7 pars propriè: & tũc aut præcedit interrogatio generalis: vt cùm dicam, †o-
mnes seruos meos: & sequitur respõsio generalis cum exceptione, vel par
ticularis: & tunc stipulatio valet, vt in quæstio. hîc in glo. notabili, secun-
dum quod intellexi. Ratio. quia non inducitur diuersitas stipulationis: vt
hîc. §. si stipulanti. quando præcedit oratio vniuersalis seu indefinita: vt qñ
ponitur aliquod nomẽ collectiuum, sine signo vniuersali: vt grex, homo.
vt in petitione hæreditatis. Et tunc si oratio vniuersalis erat resoluenda in
solutionem particularem: vt promittis mihi hominem. & isto casu pro-
mittendo partem hominis in genere, sicut præcedit interrogatio, valet sti
pulatio: quia non inducitur diuersitas obligationis: vt. j. l. proxi. §. si tamẽ
hominem. & ibi dicam. Aut promitto partem certi hominis, vt stichi, qñ
præcedit interrogatio de homine in genere. & stipulatio non valet: quia
inducitur diuersitas obligationis: vt. l. inter stipulantem. §. si stipulante. j.
eodem. coniuncta. l. cum his. §. fina. j. de condictio. indebit. j. eodem. l. pro-
xi. §. ij. Si verò præcedit interrogatio vniuersalis, quæ requirit vniuersalẽ
solutionem: vt promittis gregem, vel promittis nauem: tũc isto casu sub-
distingue. Aut responsio continet partem quotam, vt dimidiam, vel ter-
tiam, pro indiuiso: & valet. & non inducitur diuersitas obligationis: vt. §.
si stipulanti. Si verò continet partem indiuidui: vt illam tabulam istius na
uis: vel illam ouem albam. & non valet. quia alia res est: vt. l. j. in fin. cum
sequen. s. de rei vendica. & . l. naue. s. de euictio. si verò præcedit interroga-
tio indiuidui: vt stichi, & sequitur responsio partis: & valet: vt. l. si stipula-
tus. §. j. j. de solu. & hoc. §. si stipulanti. ¶ Tertio casu, quando sequitur re-
sponsio, quæ continet eandem rem cum adiectione alterius rei, vel cõtrà:
& tunc aut adijcitur alia res copulatiuè, & valet: vt hoc. §. sed si mihi Pam
philum: & . l. inter stipulantem. §. si stipulante. j. eodem. Aut alternatiuè, &
tunc aut inter species: & non valet: vt. l. inter stipulantem. §. si stipulante. in
primo casu. aut inter quantitates: & valet. vt. d. §. si stipulante. ij. responso.
quod dic, vt dixi. s. §. proxi. Verùm, quod dixi non valere, intellige, nisi
diuersitas illico complacuerit: vt. §. cùm adijcitur. Potes dicere quando di
uersitas inter responsionem & interrogationem inducit diuersitatem in
re, vel qualitate obligationis, vitiatur stipulatio. & ad hæc dicta restringuntur omnia prædicta membra.

plures haberi non possent: adde quod stante statuto quæstio credatur iu-
dicio medicorum: an vulnus sit mortale, & vulneratus non adhibeat, nisi
vnũ, cum plures etiam haberi possent, deinde moriat̃, q̃ stabitur dicto il-
lius medici, dicẽtis vulnus nõ fuisse mortale: qa nõ debet esse in potestate
vulnerati subtrahere defensiones reo. ita voluit Bal.. onsi. cciij. li. ij. quodtamen intelligit, nisi esset vulnus nõ indigens iudicio medicorũ: vt sunt illa ex quibus quis statim morit̃, vt ibi per eũ. & an credat̃ peritis in arte, vide Pet. de Anc. cons. cclxx.

SVMMARIVM.

1 *Mistum, quod comprehendatur sub simplici.*
2 *Legitimandi spurios, item incestuosos potestate alicui concessa: quòd potest legitimare spurium, & incestuosum.*

LEX II.

STipulationum.

¶ Gl. continuat legem, & si bene aduer
tis continuationem, gloss. diuidit legem
præcedentem. ¶ Opponitur, & videtur, quod stipu
latio consistat in verborum expresione: vt lege pri
ma. eodem titulo. suprà in principio. non in dando.
id est, in promisione dandi. ¶ Secundò oppon. &
videtur, quòd ista diuisio non sit perfecta: quia quæ
dam est stipulatio, quæ consistit in dando, & facien
do: vt. l. cum seruus. s. de conditio. & demon. Gloss.
1 sol. sic not. †quòd sub simplicibus comprehenditur
mista. & ita habetur insti. de acti. §. omnium. & pro
hoc. s. de libe. & posthu. l. si ita. & de hære. insti. l. si
2 ita. §. j. & . l. clemens. ¶ Et illud† inducebatur ad quæ
stio. disputatam Bonon. Papa concesit legato, vt
posit legitimare spurios: Item incestuosos. Modò,
quidam erat spurius, & incestuosus, an posit legiti-
mare? & videtur quòd non: quia mistum est species
per se: vt. l. adeò. §. cum quis. de acquiren. re. do. Sed
illa non facit: quia ibi mutatur rei substantia: hîc nõ:
sed remanet. Sed si sunt qualitates plures sub vno, al
legatur, quòd debet considerari potentius: vt. l. ge-
neraliter. j. de fideiusso. ita hîc inspicimus incestum:
quia semper mihi consanguineus fuit: ex tempore
verò fuit matrimonium: ideò incestuosus diceretur.
Istud est nihil dicere, quia hîc sunt qualitates mistę,
quæ possunt simul esse: secus in. l. generaliter. vt. l. si
adulterium cum incestu. j. de adul. Item allegatur. l.
seruis. §. si alij. s. de leg. ij. sed nihil facit. Determina
ri potest per iura. s. alleg. scilicet per dictam. l. si ita.
de libe. & posthu. vbi dicitur, quòd secundum iuris
rigorem sub simplicibus non continetur mistum.
sed ex benignitate sic: vt ibi. Cum ergo quæstio no-
stra loquatur in beneficijs: fiat largisima interpre-
tatio: vt. l. fina. ff. de constitu. princip. Item sub sim-
plicibus continentur mista, causa euitandæ contra-
rietatis: vt hîc. Item vbi lex hoc exprimeret: vt in. §.
omnium. & sic extra hos casus dispositio facta de
spurio, & incestuoso, separatim non porrigeretur
ad casum, in quo esset simul incestuosus, & spurius:
e vt. j. de adulte. l. vim passam[e]. §. præscriptione. vbi
est casus. facit. l. tutorem. s. de his quibus vt indignis.

a ¶ Notarius Latin⁹. Adde qualiter notarius ad dictũ interpretis conficiat instrumentũ: Fede. consil. mihi cxlix.

POMATES.

b ¶ Rñdeo iudex. contra Bar. tamen tenuit Ro. hîc in fi. q̃ imò iudex nõ posit esse interpres. sequit̃ Ang. in. §. in hac re. inst. eo. ti. & do. Christopho. de Nicellis. & Aret. hîc. & & ad hæc vide aliqua in simili per Felin. in ru. extra. de const. co. pe. & vide etiã in. c. proposuisti. col. iij. ad fi. de prob. & in. c. veniens. co. ij. ver. iij. inquantum. & de interprete vnũ verbũ eiusdẽ in. c. intimauit colũ. iij. de constit. & vnũ verbũ in. c. à nobis colũ. iij. ver. fallit. iij. de test. & in. c. ad audientiã. co. ij. in fi. de præscrip. & Ias. in. l. iuris. colũ. pen. C. qui admittant. & latè ac pulchrè Alexan. in consil. clxxix. col. fina. volum. ij. vbi loquitur de Iudæo interprete. facit bene in. l. veteris. C. de committ. stipu.

c ¶ Vide quæ dixi in. l. mutuum. de acqui. pos. And. Barb.

d ¶ Xxxvj. denarios. adde secundũ Bal. in. c. bonæ. el. j. de elect. vt hîc refert Alexan. quòd si sunt duo testes. & vnus dicat de tribus solidis, alius de. xxxvj. denarijs. & idem voluit Ant. de Butrio. & Abb. in. c. nihil. de verbo. signi. Tu adde quod idem vult Bald. consi. cclxxix. lib. j. inci. in Christi nomine in ista causa.

e POMATES. ¶ L. vim passam. vide pulchram quęstionem, quam ad propositum ponit Alexand. in. l. cætera. §. fina. s. de leg. j. & vide consi. xvj. in. ij. colum. ad fi. volu. ij. & vide etiam Oldra. cxxviij. in. ij. colum. in prin. & Alex. consi. xxviij. col. ij. volu. iiij. & vnum verbum Feli. in. c. fraternitatis. colum. vj. versi. item limita ex his quæ dixi. de testi. & in. c. dilecto. col. ij. ver. & ex istis habes eo. tit. & in. c. pastoralis. colum. ij. de excep. ver. dicit Abb. & aliquid etiam in. c. fina. in prin. de excep. in. ij. col. versic. fallit. iiij. & in rub. de præscrip. in. vj. col. ver. fallit. iij. & vide etiam in. l. j. §. si vir. ff. ad sil. & Cæp. consil. xix. & Roma. ccxciij. colũ. iij. Ana. lxiij. & xcv. col. fi. Anch. in. c. canonum statuta. colum. lxxxix. de constit. & Alexan. consi. lxij. volu. j. & Areti. ij. colum. j. ad finem. & sequenti. & Panor.

in.c.at si clerici.colum.iiij.in.§.de adul.& ibi Barba.in.x.col.& seq.de iudi.& tex.in.c.statutū.& in Gemi.de illo.& Ia.in.l.vt liberis.col.viij.post alios.C.de colla.& Alex.consi.xcvj.vbi quærit,an decretum,quod loquitur in causis motis,habeat locum in causis appellationis.& consi.lxxxij.col.iiij.volumine.iij.vbi ponit,an statutum loquens sub simplicibus,det casum mistum,vide etiam Roma.consil.iiij. vbi ponit,an statutū dictans, controuersia inter personas, vel vniuersitatem compromittatur: habeat locum vbi esset controuersia inter personā, & vniuersitatem.

POMATES.

a ¶Ius vel factum. Hāc opi.Bar.hîc, dicit communem Roma.hîc,& hāc tenuit ad Bar.in.l.si is,qui pro emptore.in.iij. quæstio.principali. in ver.fallit.in fi.ibi, habere gl.&c.

b ¶Doctor. vltramon.à seruo,tunc domino nō acquiritur.vt.d.§. cum factum.sed cū stipulatur fiendum ab aliquo,ipsi domino acquiratur. Andræ.Barbat.

c ¶Gl.bene dicere.Adde ꝙ idem, vt refert Alexan. tenent Angel. & Imo.hîc nullo addito. Idem tenet Ro.per.l.ratio.§.final.de act.emp. Bald.in.l. corrup. C.de vsufruct.qui pro hoc alleg.in.l.vbi.§.fundi.j.e.& ipse Alex.qui cū opi.gl. trāsit.alle.tex.j.e.l.§.itē si in facto.in rē agere ne.& tex.à nemine allegatum in.l.qui vsumfructū.§.fi.s.de vsufr.vbi si legaui ibi vsumfructū serui,& hęres me⁹ fuit in mora dandi seruū:& sic nō fuit præstita potentia vtendi & fruendi,pōt agi ad interesse. quod fieri nō posset,si esset obligatio dādi:in qua ratione moræ non succedit obligatio ad interesse. d.l.vbi.§.fina.Quod secus est in obligationibus faciendi, in quibus succedit obligatio ad interesse:vt.d.l.stipulationes non diui.ver.Celsus.

d POMATES.¶Si cer.pe.Facit & bene.l.cùm hic status.§.si sponsus.ver.siue autem.s.de do.inter vi.& vxo.ibi,pendere acceptilationem, non ipsam,sed eius effectum.

e ¶Bene dicit.Dy.Adde secundùm Alex.quod idē tenet Ray.Ang.Imo.Pau.de ca.sed Pe.Cy.& Ro.ī obligatiōe alternatiua discrepāt ab opi.Bar.

¶Opponi.quod non sit bona diuisio:quia quædā est stipulatio in non faciendo:vt.j.§.item si in facto.sol.vt in gloss.¶Extra gloss.oppo.quòd illa diuisio,non sit bona,cùm obligatio dandi contineatur sub appellatione faciendi:vt.l.in facto.s.de condict.& demonstra.solut.ibi ponitur obligatio facti largè,& largissimè:hîc strictè.

SVMMARIVM.

1 Stipulatio usufructus,quòd sit facti.
2 Stipulatio operarum,quòd sit diuidua.
3 Stipulās uiam,uel aliam seruitutem,dicitur stipulari ius & factum:& agendo ex stipulatione,agit ad factum.
4 Agens confessoria,uel negatoria pro seruitute,dicitur agere ad ius:& patientia uenit officio iudicis.
Obligationis dandi natura:quæ sit:& quæ faciendi?remißiuè.
5 Hæredum promissoris hominis in genere,si unus soluit partem suam Sticho:an liberetur:& qualiter agatur contra alios?remißiuè?nu.9.
6 Solutio partis in obligatione generis,uel alternatiuè,an & quando faciat obligationem esse in pendenti?
7 Obligatio generis,& alternatiuæ,quòd sint eiusdem generis quo ad quædam.
8 Exercitiū obligationis alternatiuæ,quando est soluta pars, respectu solutorum dicitur esse in pendenti.
9 Obligatione generis contracta,nullus certus est in obligatione,sed determinandus per solutionem,sic.

Et harum omnium. ¶Iste.§.est notan.
multum.Primò loquitur in stipulatione,quæ cōti
net diuiduum natura,& effectu.Secundò de stipula
tione,quæ cōtinet indiuiduum simpliciter.Tertiò
de ea,quæ continet diuiduum natura:sed indiuiduū
effectu.Secunda ibi:quædam non recipiunt.Tertia
ibi,quædam partis.¶Et breuiter hoc intendit.Sti
pulatio dandi est diuidua natura,& effectu:sed sti
pulatio seruitutis est simpliciter indiuidua.stipula
tio autem generis & alternatiua,est diuidua natura,
& indiuidua effectu.hoc dicit.¶Dicitur,hîc,& ha
rum omnium &c.innuit quòd stipulatio facti pos
sit esse diuidua:quia suprà posuit de stipulatione,
quæ consistit in faciendo:& hîc dicitur & harum.
&c.Contrà.j.eodē.l.stipulationes non diuiduntur.
Solut.dicit gloss.illud regulare:sed quandoque fa
ctum est diuiduum:vt in.§.Cato.& in.§.operarū.
Item in stipulatione vsusfructus:sed ista sunt spe
cialia:ita sentit gloss.j.huius.§.& alia gloss.posita
1 super verbo,viam.¶Item oppo.innuit glo.†quòd
stipulatio vsusfructus,sit stipulatio facti.Contrà.s.
de vsufruct.l.j.vbi videtur iuris.gl.bene dicit:quia
vsusfructus est iuris:tamē tenetur pati,quod est fa
cti:vt.l.vbi autem.§.qui id,quod.j.eodem.&.j.di
cam.¶Item op.gl.innuit.s.quòd stipulatio opera
rum diuiditur.¶Sed contra hoc oppo.de.l.liber
tus.§.j.s.de oper.liberto.&.l.stipulationes non di
uiduntur.§.j.Solut.gloss.quod volente stipulatore
diuiditur.hoc non est verum per.l.stipulationes nō
diuiduntur.j.eod.ideoq; dat aliam solutionem:quia
ibi quando duobus debentur operæ:hîc quando
vni.Glo.non bene soluit:quia opera de se est indiui
dua:vt.l.iij.de oper.liber.tangetur in.l.in stipulatio
2 nibus.§.operarum.¶Quid dicemus?† dico quòd
imò potest diuidi:vt.d.§.operarum.&.l.libertus.§.j.superius allega.Si ve
rò vis diuidere vnam operam:& tunc non potes,nisi deuenias ad taxatio
nem quantitatis:vt.l.in stipulationibus.§.operarum.&.l.stipulationes nō
diuiduntur.secundo casu dicitur hîc quod recipit præstationem natura,
& effectu.Quid est hoc dicere?& dic natura:quia est diuisibilis.effectu
proter duo:quia propter.l.xij.tabularum diuiditur:vt.l.j.C.si certum pe
tatur.¶Item partis præstatio præstat liberationem in parte.¶Venio ad
secundam particulam,& aduertatis:dicitur hîc,quòd non recipiunt serui
tutes diuisionem,nec natura,nec effectu.¶Oppo.s.ad.l.Falcidiā.l.j.§.si
vsusfructus.Solut.speciale in vsufructu.de hoc dicetur in.l.stipulationes
non diuiduntur.j.eodem.ideò dimitto.¶Opponi.de.l.stipulationes non
diuiduntur.ij.responso.j.eodem.Solut.illud quando peruenitur ad præsta
3 tionem interesse:secus quando præstatur seruitus.¶Quæro aliquis†sti
a pulatur viam vel aliquam seruitutem:an stipuletur ius,vel factum[a]?& di
b cit glo.quòd factum.Docto.vltramonta.[b]insurgunt contra glos.& Petr.
hîc,& Cyn.in.l.corruptionem.C.de vsufructu.circa principiū.& dicunt
quod stipulatur ius:vt.l.si seruus communis meus & tuus.j.de stipu.ser.
coniuncto instit.de stipu.ser.§.sed cùm factum.Illud non est verum:quia
quando seruus stipulatur factum fiendum à seipso,non acquiritur domi
no:vt.§.sed cum factum.Sed cum stipulatur fiendum ab alio ipsi seruo,
domino acquiritur:vt.l.quod dicitur.infrà eodem.Verbi gratia,promit
tis seruo,quod sibi ire & agere liceat:nō acquiritur domino.sed si promit
tis seruo facere domum:& tunc,quia illud factum venit explicandum à
promissore,non à seruo stipulatore,domino quæritur.¶Contra gloss.
facio vnam fortissimam rationem de.l.prima.in fin.de seruit.rusticorum
prædiorū.vbi dicitur,quòd patientia venit per officium iudicis:ergo non
est in obligatione:vt.l.qui per collusionem.§.primo.s.de acti.empt.ergo
non factum,sed ius videtur stipulatus.Præterea.l.dicit,quòd seruitus est
ius:vt.l.prima.de rerum diui.& institu.de re.corpo.& incorpo.§.primo.
Præterea Iurisconsultus hîc videtur dicere vsque ad.§.item si in facto.de
obligationib⁹ dandi:ibi de obligationibus faciēdi:& sic hîc videtur dicere,
c quòd sit iuris.Credo gloss.bene dicere,[c]& qui stipulatur seruitutem,sti
pulatur ius & factum:ius,inquantum seruitus debeat constitui:factum,
inquantum patientia debeat præstari:vt.l.tertia. post principium.suprà
de vsufruct.in versic.dare.Et ideò gloss.quæ est in.l.corruptionem.bene
dicit,quòd constituendo non liberatur:quia etiam tenetur ad factum:sci
licet pati.& sic remanet obligatus ad patientiam.Idem no.j.eod.in.l.plu
ribus.§.fin.¶Ad.l.j.in fin.s.de ser.rusti.prædio.dic quòd quando agitur
reali.s.confessoria,vel negatoria:tunc patientia venit iudicis officio,non
iure actionis:hoc est quod dicit gl.in.l.harum.si ser.vendit.& sic loquitur
in.l.j.in fi.de ser.rustico.prædio.Sed quando quis agit ex stipulatione vel
actione ex testamento:tunc est in obligatione datio:hoc est cōstitutio ser
uitutis:& patientia:vt expressè dicit tex.in dicta.l.iij.§.dare.de vsufructu
4 & sic gloss.bene dicit.¶†Quæro,quæ est natura obligationis dandi:&
quæ est natura obligationis faciendi?gloss.hîc tangit.dicam in.l.stipulatio
nes non diuiduntur. ¶Venio ad tertiam partem.hîc dicitur,quod quæ
dam sunt indiuidua natura:sed indiuidua effectu:& sic statim repetuntur
contra.l.si non sortem.§.si decem.suprà de condictio.indebi.Solu.de ri
gore incontinenti potest repeti:sed de æquitate est in pendenti:& hoc di
cunt duæ gloss.paruæ hîc positæ.¶Venio & intro gloss.mag.& ad diui
sionem oppo.sol.vt in gl.¶Oppon.secundo,si non liberatur:ergo &c.di
co quòd interesse obligatum,& non obligatum est medium:scilicet,cessa
tio obligationis ad tempus.& sic est in pendenti.¶Videamus quid vult di
cere illa gloss.non est obligatio.sed obligatio cessat?¶Quæro,an cesset
obligatio vel executio actionis.gloss.hîc ponit verba impropriè.Dic me
lius.quandoq; obligatio fuit semel nata:sed ex aliquo casu dicitur in pen
denti:vt in casu nostræ legis:& tunc exactio est in pendenti, non obliga
tio:quia durat:vt.l.pecuniam.s.si certum petatur.Vnde cum hîc actio &
obligatio est semel nata:propter solutionem partis non est in pendenti ob
d ligatio,quia durat:vt no.l.pecuniam.suprà si certum petatur.[d]sed est in
pendenti exactio ratione futuri euentus.Quandoque ab initio obligatio
non est nata,sed est in pendenti:& tunc natiuitas obligationis pendet pro
pter spem,quòd nascantur:vt.l.inter stipulantem.§.sacram.infrà eodem.
¶Ostendo quòd gloss.ista dicat malè,& contra.l.si stipulatus.§.fina.j.de
solution.Nam si debes hominem in genere,& soluis partem stichi,totum
potest peti.& sic non est in pendenti obligatio,nec exactio.Solutio,dicit
Dyn.quod gloss.in ob.generis malè loquitur,in alternatiua bene dicit:
e per.l.si non sortem.§.penulti.s.de conditio.indebi.& bene dicit Dy.[e]Et
est ratio:quia in alternatiua vtraq; est in obligatione:& ideò soluendo Sti
chum,soluit partem eius,quod est in obligatione:sed in stipulatione gene
ris,nihil est in obligatione:vt.l.cum incertus.s.de legatis primo.¶Sed cō
tra hoc videtur hic textus.quia actio in obligatione generis dicitur esse in
pendenti.Solu.quod dico in obligatione generis,dico quod nō est in pen
denti obligatio: quia potest exigi sicut primo:sed obligatio illa, ex qua
debet condici, quod est solutum, est in pendenti: vtrum nascatur.:valet
igitur obligatio: & condictio indebiti pendet: & hoc est quod dicit tex.
hîc,aut in pendenti &c.Istud dictum videtur falsum.Et pro declaratione
5 formo quæstionē positam in gloss.Plures sunt hæredes vnius promisso
ris hominis in genere:vnus soluit partem suam Sticho: an liberatio con
tingat:

tingat. vide glo. quæ hic dicit, quòd ſic. Gl. iſta eſt contra præcedentem de
terminationem, vbi in obligatione generis in pendenti eſt obligatio. ſed
dictum gloſſæ, verum eſt in hæredibus promiſſoris: ſed quod dixi primò
eſt verum in ipſo promiſſore. hoc dicit hæc gloſſ. licet non probet. ſed qđ
hæredes non liberentur, videtur caſus. j. proxi. §. ex his. & j. eodem. l. in e-
xecutione. §. pro parte. Dic quòd hæres reſpectu præſentis ſtatus libera-
tur, hoc eſt, exercitium actionis contra eum impeditur, donec alij conue-
niantur. & ita intelligit glo. in. gl. in. d. §. ex parte. licet contra ipſum princi
palem exercitium non impediretur. Si autem glo. intelligeret, quod verè
ſtatim liberaretur malè diceret, & l. qui hominem. j. de accepti. quam alle-
gat glo. nihil. facit: vt dicam ſtatim in. §. ſi tamen hominem. Et ratio diffe-
rentiæ inter hæredes & principalem promiſſorem, poteſt eſſe: quia quan
do vnus hæres ſoluit partem, quam debet, totum ſoluit, quod debet: ſed
principalis promiſſor non ſoluit totum, quod debet, ideò non videtur in
6 pendenti obligatio. pro hoc facit. j. §. Cato. in fine. ¶ Reaſſumo † ergo bre-
uiter cum quęritur, vtrum in obligatione generis, vel alternatiua, partis
ſolutio faciat obligationem eſſe in pendenti, vel nõ: ſic diſtingue. Aut quæ
ris vtrum ſit in pendenti obligatio, vel liberatio ad repetendum ſolutum,
& eſt in pendenti: vt hîc. aut quæris. vtrum ſit in pendenti obligatio. ideſt
quo ad ſubſtantiam ipſius: & non eſt in pendenti: vt. l. pecuniam. ſi cer. pet.
& l. ſi non ſortem. §. ſi decem. s. de condi. inde. Aut quo ad exercitium: &
tũc aut præceſsit obligatio alternatiua, & eſt in pendenti: vt. l. ſi nõ ſortẽ. §.
ſi decem. s. de condi. inde. ſi obligatio generis præceſsit, & tunc aut loque-
ris in principali promiſſore: & tunc non eſt in pendenti: ſed ſtatim poteſt
exigi: vt. l. ſi ſtipulatus. §. j. j. de ſolu. Aut loqueris in pluribus hæredibus
promiſſoris, & eſt in pendenti: vt hic in glo. & j. eo. l. in executione. §. pro
parte. quod intellige, ſi vnus ſoluit totũ, quod debet: ſecus ſi partem partis
quam debet quia eſſet idem, quod in principali. ¶ Procedo vlterius: tu di
cis quòd hæres ſoluit totum, quod debet tamen non pfectè liberatus. cõtra
inſti. q. mo. tol. obl. in pri. Sol. hîc nõ ſoluit: put debuit, qa eſt dubiũ ne ali⁹
7 ſoluat in alio homine. ¶ Op. † ſecundùm Dyn. & videtur, quòd ſtipulatio
generis & alternatiua ſint eiuſdem generis. Sed contra quia vtrunq; eſt in
obligatione: vt. l. illud aut illud. s. de conſtitu. pecu. l. ſi duo rei. j. ti. in obli
gatione generis, nullum eſt in obligatione, vt. l. cum incertus. s. de legatis. j.
Dy. dicit, quòd eiuſdem generis, & conditionis ſunt quo ad quædam. &
idem dicit glo. in. l. cum his. §. fi. s. de condi. inde. ¶ Item. op. de. l. ſi ſtipula
tus. §. j. de ſol. So. ibi homo certus debebatur. ¶ Oppo. j. §. ſi tamen homi-
nem. ſo. in gl. dic, vt ibi dicam. ¶ Quæro, quid ſi alter hæres non vult ſolue
re in eodẽ homine? gl. dicit quòd fiet condemnatio in æſtimatione &c. dicã
8 j. proxi. §. Quęro, dixi † quòd aliquando exercitiũ obligationis alternati-
uę, eſt in pendenti: vt ſi debes decem, aut ſtichum & ſoluis quinq;: vt in. §. ſi
decem. Quid eſt illud, quod eſt in pendenti? Rñ exercitium reſpectu illo
rum quinq; ſolutorũ. vnde poſſum agere ad quinq;, aut ad ſtichũ: ita intelli
9 go. §. ſi decem. ¶ † Quæro, dixi quòd ſi vnus ex hęredibus ſoluit partem
ſuam obligatione generis, quòd pro illa parte in pendenti: qualiter agã con-
10 tra alios? dic vt in. l. executione. §. pro parte. & ibi dicam. ¶ † Sed quęro, in
obligatione generis, quid eſt in obligatione? vna eſt gl. de lega. ij. l. meuius
§. duobus. ſuper ver. homines continet &c. quæ dicit, quòd in obligatione
generis, nullus eſt in obligatione: ſed omnes in ſolutione. Idem not. in. l. cũ
his. §. fi. de condi. inde. Iſtud nihil eſt dicere. l. cum incertus. de lega. j. quia
ſi nullus eſt in obligatione, per ſolutionẽ eius, qđ non eſt in obligatiõe, nõ
tollitur obligatio, & hic vult, ꝙ tollatur obligatio: vt. l. & per iuſiurã. §. ſi is
qui hominẽ. j. de accept. Quidã hoc volẽtes ſuſtinere, dicũt, ꝙ ipſum ge-
nus eſt in obligatione, nõ aliquod indiuiduũ per ſe. Sed illud eſt truffa: qa
genus per ſe ſumptum, eſt quędam imaginatio, quæ non eſt in cõmercio
noſtro: ergo non eſt in obligatione. vt in princip. inſti. de inuti. ſtipulatio.
Iaco. de are. voluit dicere, ꝙ quilibet eſt in obligatione ſub cõditione, ſi ſol
uet: vt. s. qui & à qui. l. ij. Sed iſtud eſt truffa, quia ſi nullus eſt in obligatio
ne. niſi cõditionaliter: ante conditionẽ nõ poſſet agere: vt. l. cedere diẽ. de
a verb. ſig. Pretereà, ſi decederet legatarius, nõ trãſmitteret,[a] cõtra. l. hęredes
§. ſi in certo. s. fami. er. ¶ Quid dicemus? dico ꝙ glo. in. l. meuius. §. duob⁹.
in verb. homines. in fi. ma. gl. dicit verũ: qa nullus eſt in obligatione cert⁹ &
determinatus: ſed determinand⁹ p ſolutionẽ. & ille, qui ſoluet, ab initio fin
git fuiſſe in obligatione. Eſt ergo obligat⁹ de pſentia ad dãdũ vnũ, ſed ille
vnus an ſit hic, vel ille, pẽdet ex futuro euentu. & hoc vult dicere illa gl. l. cũ
incertus. de leg. j. & l. ij. s. q & à qui. qa nõ eſt cõditio ꝓpriè, quę ſuſpẽdit
propriè obligationem, ſed habet ſpeciẽ cõditionis, quia in. l. ij. s. qui. & à
qui eſt dictio quodãmodo, q̃ eſt nota improprietatis, vt. l. ſi me in vacuã. s.
de acqu. poſ. hoc mõ debet intelligi. l. ſi pamphilo. & l. hominem. de op. le
ga. aliter ſi eſſet cõditio propriè, licet tacita, ſuſpendet obligationem, ſicut
expreſſa, vt. l. item quia. s. de pact. & gl. & ibi, & ideo non poteſt agere.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio non mutat conditionem ex perſona hæredis, ſed condemnatio moderatur.*
2 *Actio negotiorum geſtorom quòd competit pro his quæ, fiunt ex uoluntate.*
Actio fami. er. competit pro his, quæ fiunt ex neceßitate.
3 *obligatio perſonalis diuiditur inter hæredes: ſed id quod eſt in conditione, non: & ideo pœna pro ſolido committitur, niſi ſolidum ſoluatur reſpectu eius, quod in ſtipulatione pœnali, quod dicitur eſſe in conditioue.*
4 *Minor pars ſi contradicit maiori, quando ſtetur dicto maioris partis: uel minoris?*
5 *Hæredum promiſſoris obligati in genere ſi unus ſoluit in Sticho, alij diſſentiant, quomodo ſubueniatur creditori contra ipſos hæredes? Quòd ſi plures diſcordant ad præiudicium tertij, iudex poteſt eos cogere ad concordiam. Et cum plures hæredes diſcordant quando conſentire cogantur per iudicem, ut eis conſulatur. numero. 6.*
7 *Obligatione generis contracta uel alternatiua, ſi decedit ſtipulator pluribus hæredibus relictis, & non cõcordãtibus, qualiter ſuccurratur?*
8 *Hæredum promiſſoris in obligatione generis, de neceßitate cogitur unus ſoluere totum, creditore non uolente recipere partem.*
Creditor obligationis generis, non cogitur partem ab uno recipere, niſi alij hæredes conſentiant in alijs partibus eiuſdem hominis.
9 *Creditor quando agitur contra unum ex hæredibus ad ſeruitutem inſolidum, & eſt condemnatus in executione, non liberatur hæres conuentus, niſi ſoluat æſtimationem.*
10 *Actio ad intereſſe intentata pro ſeruitute, datur pro hæreditaria portione, & ſic intereſſe quando principaliter petitur, cenſetur diuiduum.*
11 *Hæredum ſtipulatoris ſi unus agit inſolidũ ad ſeruitutem, & deuenitur ad executionem ſuper intereſſe, non præſtatur, niſi pars.*
12 *Hæredes plures in obligatione indiuidua, an dicantur duo rei, ex quo quilibet tenetur inſolidum? remiſſiuè.*
13 *Seruitus poteſt pluribus inſolidum conſtitui.*
14 *Sententia lata pro uno ex pluribus hæredibus agenti ad ſeruitutem conſtituendam actiõne perſonali, non prodeſt alijs, ſecus ſi egiſſet actione confeſſoria ad conſtitutam.*
15 *Sententia lata contra unum ex pluribus hæredibus pro ſeruitute, non nocet alijs.*

Ex his igitur ſtipulationi

bus. ¶ In obligatione diuidua natura, ſed indiuidua
effectu, ſi ſunt promiſſoris hæredes: quilibet tene-
tur pro parte, ſed partis præſtatio liberationem nõ
probet, ſed in obligatione indiuidua, omnimodo
hæredes promiſſoris tenentur inſolidum, & hære-
dibus ſtipulatoris inſolidum actio competit. hoc
dicit. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò ponit il-
lationem vſq; ibi: & ideo. Secundò ponit aliam vſq;
ibi, ex quo. Tertiò ponit aliam vſq; ad. §. ſi tamen.
Item prima ſubdiuiditur in duas, ſcilicet dictum &
rationem. Secunda in duas, ſcilicet dictum & deter-
minationem quæſtionis circa illud. Tertia in duas,
ſcilicet dictum, & reſponſionem tacitæ obiectio-
nis: partes patent. ¶ Examinemus iſtas illationes
1 per particulas. In prima dicit, quòd ex perſona † hæ
b redis non mutatur &c. Contra. s. de[b] re iudica. l. non
tantum. glo. ſoluit non mutantur conditio obliga-
tionis, ſed condemnatio moderatur. Dicit Petrus,
non debet mutari, verum eſt ad commodum alte-
rius. ſed ad commodum creditoris ſic. glo. dicit me-
c lius quàm Petr.[c] quia ibi erat ex priuilegio perſonę
ideo eſt, quod mutetur, quia perſonale, vt. l. quia ta-
le. ſuprà ſoluto matrimo. ſed qualitas obligationis
non mutatur. ¶ Opponi. de. l. legatarius. ſuprà de
legatis primo. Solu. glo. hîc paſsiuè, ibi actiuè. Et
vult dicere, quòd ex perſona hæredis promiſſoris
non mutatur: ſed ex perſona actoris mutatur. Sed
iſta ſolut. non videtur vera: per illationem in text.
primò factam, quia idem eſt in hæredibus promiſ
ſoris & hæredibus ſtipulatoris. In contrario ſolut.
glo. quod ibi in diuiduis: hîc in indiuiduis. Dyn.
non videtur tenere iſtam ſolutionẽ. & dicit, quòd
ibi alterius partis non intereſt, imo ſibi prodeſt,
hîc partis intereſt, & nihil ſibi prodeſt. Petrus dat
aliam ſolu. conditio non mutatur reſpectu rei, quæ

POMATES.
a ¶ Non tranſmitteret. Breuiter ꝙ trãſmittat legatarius oẽs in genere facit. l. nec ſemel. s. qñ di. leg. ced. Ad materiã etiam huius. §. vide aliquid per Anch. in c. peccatum. colũ. xxviij. de regu. iu. in. vj.

POMATES.
b ¶ Contra. s. de. Pro quo etiam aptior tex. i. l. Põpo. la. ij. in fi. volẽs ex qualitate perſonarum condẽnationem moderari.

POMATES.
c ¶ Melius quam Petr. Eſt iudicio meo verũ. nã conditio obligationis initiatur ex pſona hæredis, etiam in detrimentũ creditoris. Si enim debes centũ, non poteris ſoluere quinquaginta. Debes enim ſoluere tota centum: ſi vis liberari. l. tutor. §. Lucius. de vſur. & cũ deceſſeris relictis duobus hæredibus vnus partẽ ſoluendo: liberat. l. j. C. ſi cer. peta. l. ſi teſtõ. §. j. de fideicom. Et tenet Bar. j. ibi pro declaratione, dum refert opi. Pet. & alleg. d. l. ſi teſtamento. q̃ꝗ in ſolutione partis nõ, imo ſit dãnũ. l. planè. s. fami. erci. & ſic contra ſol. Pe.

a POMATES. ¶ Pro declaratione huius leg. Exponit quod Dy. dubitat
duabus de causis. & primò, quia legatum est indiuiduum. l. nomē. ṡ. de le
ga. iij. quia hæc lex loquitur in diuiduis. Tamē vt mihi videtur, in gl. ij. nec qc
q̃. propter hoc est motus ipse Dy. quia legatū sit indiuiduū per separatio-
nem, tamen oblata est dim idia propter leg. xij. tab. l. ea quæ. C. fami. erci. l.
j. si cert. pe. & hoc
licet loquatur de
obligatione diui-
dua, tamen non lo-
quitur de ista, quę
diuiditur natura,
nō effectu. ī casib.
iiij. nota. admittitur
pars solu. §. & ha-
rum. ṡ. ea. l.
b ¶ Gl. quærit. vide
gl. notabilem in. c.
cū omnes. de cōsti.
POMATES.
c ¶ Non est verum.
Potest & alia rōne
ostendi, quod dictum
gl. non possit pro-
cedere: quia dato
quòd staret dicto
maioris partis, ad
huc tñ nō esset ple
nè prouisum: quia
posito quòd non
esset dare maiorē
partem. vt puta qa
essent duo tm̃ hęre
des, vel si plures,
tñ ab vtraq; parte
remaneāt: & hoc
casu manet reme-
diū, cum nō sit vni
uersale, sed an vbi
datur maior pars,
possit procedere:
tamen huic obie-
ctioni ita iudicio
meo respondendū
est tenendo glo. di
cit non solùm de-
bet considerari ex
numero maior
pars: sed etiam ex
cumulatione par-
tium hęredis: sicut
in simili videmus.
& debemus consi
derare de debiti cu
mulatione. l. maiorem. suprà de pact. & isto casu cessaret consideratio: &
gl. bene diceret. quia posito, quòd Sempronius, cui legatum esset hoc in-
certum, decederet relictis pluribus hæredibus, quos ex diuersis portioni-
bus instituisset, certè tunc staret illis qui essent instituti de ampliori portio
ne: vt est tex. in. l. sancimus. §. fin autē amplioris. C. de dona. & voluit bart.
in. l. si. in. prin. C. cum de leg. Aduerte tamen, quòd hæc solutio confundi-
tur ratione, qua confunditur opinio gl. vnde cogita, & vide tex. in. l. si quæ
sunt cautiones. ṡ. fami. ercis.
d ¶ Officium iudicis. Adde secūdū Ange. & Bal. vt refert, & sequitur Ale
xā. quòd hic fallit, nisi iudex videat īminere periculū scandali, quia tūc po
test eos compellere ad concordiam. argu. l. æquissimum. ṡ. de vsufru. & . l.
congruit. suprà de officio præsi. & etiam dicit Ange. quòd si res de qua cō
tenditur, non potest commodè diuidi per partes. & in vsu rei partes sunt di
scordes, tunc recurrendum sit ad remedium diuisorium, diuidendo inter
partes vsum alternis temporibus. allegat. l. Lucio. de aqua quo. & ęsti. Et
per hoc etiam quòd si plures habent iurisdictionem in castro & discordāt
in vsu iurisdictionis, compellendi sunt diuidere vsum per tempora. al-
leg. notab. dictum Innocentij in capitulo prudentiam de officio delegatis.
in glossa quæ incipit, nobis Alexan. addit gloss. xvj. quæstione. in capitu
lo licet. quam dicit Abb. reputare vt no. in terminis istis in. c. finali. de re iu
dica. Tu etiam adde quod Bal. consili. cxxviij. libro tertio. dicit, quòd va-
let arbitramentum latum ex abrupto cum iudex videt partes ad arma pa
ratas. qualiter autem plures fratres habentes iurisdictionem, illa vti debeāt
adde Bar. cōsi. clxxix.
e POMATES. ¶ Vt. l. pro parte. Et melius facit. tex. in. l. ij. ṡ. eodem
ti. de seruitu.

est in obligatione: vt hic. sed alio modo bene recipit
mutationem: quia obligatio inter hęredes diuiditur
& Cy. refert verba. pet. in. l. iij. C. de nego. gestis. &
hoc tenet Iaco. de Are. hic. & dicit conditio obliga
tionis. i. vtilitas rei, quæ est in obligatione. Omnes
solu. sunt bonæ: & solu. glo. bona, quia aliud in diui
duis: aliud ī indiuiduis. Et quæ est ratio istius, quod
dicit Dy. quia in diuiduis non noceret stipulatori,
in indiuiduis sic: declaratur per solutionē Pet. & Iac.
¶ Oppo. de. l. eadem. §. fina. Sol. vt ibi videbitis: qa
ibi quando deuenitur ad æstimationem partis: aliâs
a secus. ¶ Pro declaratione huius leg.[a] formo vnum
contrarium. & oppo. suprà eadem. l. §. & harum. vbi
dicitur quòd quādo decem sunt in obligatione, par
tis præstatio liberat hæredem, sed defunctum non
liberat: & sic loquitur. l. tutor. §. Lucius. ṡ. de vsur.
Quidam huius timore dicunt, concedo oppositum
quòd non liberatur præstando partem. Pet. tenet
contra hoc in. l. tertia. de nego. gest. C. & dicit quòd
ibi est casus coniungendo. l. hęredes. §. an ea. melius
in. §. si vnus. suprà fami. erciscundæ. inducendo hoc
2 modo. † Ea quæ fiunt ex necessitatè, veniunt in a-
ctione familiæ erciscun. & ea, quæ fiūt ex voluntate
veniūt in actione neg. gest. sed in dicta. l. iij. hæres v
nus soluendo totū habet actionē neg. gest. ergo nō
tenebatur soluere. sed casus melior in. l. si testamen
to. §. j. j. de fideiusso. Respond. ad legem istam, quod
hic loquitur in obligatione, quæ est indiui dua effe-
ctu, ibi verò diuidua omnino. & est ratio, quia hic si
esset liberatus, & mutaretur: hic fieret solutio in alio,
quàm tenebatur defunctus: quia vnus soluit partem
vnius rei, & alter alterius: & sic contingeret muta-
tio respectu rei, quod defunctus non potuit. Secus
quando est diuidua: vt quantitas. quia illam pręstāt
plures hæredes, quàm defunctus præstitisset. Nec
contingit mutatio respectu rei: vt quia id defunctus
debuit. sed illud videtur contra. l. stipulationum. §.
3 §. finali. infra eodem. ¶ † Hic debes scire, quòd obli
gationes personales diuiduntur, per. l. xij. tabu. vt
l. ea quæ. C. fami. erciscundę. & lege prima. C. si cert.
pet. vnde si teneris ad centum, & haberes duos hæ-
redes, vnusquisq; tenetur ad quinquaginta. Item il-
lud quod est in conditione, in persona hæredum,
non diuiditur: vt. l. cui fundus. in fine. ṡ. de conditi.
& demonstr. sed illud quod erat in obligatione, re-
spectu stipulationis pœnalis est in conditione. Cum ergo conditio non di
uidatur inter hæredes, pœna committitur pro solido: nisi solidum soluatur.
Sed quantum ad ipsum principale debitum: solutio partis liberaret pro
b parte: vt plenè videbimus. j. §. Cato. ¶ Glossa quærit:[b] quid si vnus cōsen
4 sit in soluendo hominem: alij dissentiunt. Glo. dicit † quòd statur dicto ma
c ioris partis. Sed illud non est verum[c], tunc enim statur dicto maioris par-
tis. quando sunt communia pluribus, vt vniuersis, secus si pluribus vt sin
gulis, vt in casu. l. maiorem. ṡ. de pactis. Tangit Dyn. in. c. quod omnes. ex
tra de reg. iur. libro. vj. & . l. quod maior. j. ad municipal. l. si autem plures.
de aqua plu. arcen. & ibi de hoc dicam. Transit glossa ad aliam so. & aliā
gl. habetis in. l. in executione. §. penul. in fi. mag. gl. j. eodem titu. vbi po-
nit duas solu. quæ est ergo verior. & Oldra. dicit: quòd ista est vera illa nō.
Ray. concor. videbatur illas glossas hoc modo. Quandoq; maior pars con
tradicit minori: & tunc loquitur ista gl. Quandoq; sunt in pari numero: &
tunc cogerentur consentire officio iudicis: vt in. l. contra. Sed nescio quo
iure istud probetur. Dic quòd primò debet considerari qualiter subuenia
tur ipsi creditori contra hæredes, secundò qualiter consulatur hæredibus
5 inuicem. ¶ † Circa primū dic: quòd si quidem ante sententiam constat iu-
dici hæredes debitoris dissentire: potest eos iudex cōdemnare in pecuniā
ad petitionem creditoris: vt nota. ṡ. proximo. §. in gloss. mag. Item facit,
quod nota. ṡ. de actio. emp. l. j. in princi. Item si iam facta esset cōdemna-
tio ad ipsum hominem: & hæredes dissentirent, posset fieri executio in
æstimatione eadem ratione, vt infra statim videbitis in ver. sed quo casu.
argumento eius: quod nota. j. eodem. l. eum qui certarum. §. j. & . l. si seruū.
§. finali. Item posset petere actor: vt iudex cogeret eos ad concordiam, qa
quoties plures dissentiunt ad præiudicium tertij, possunt cogi ad concor
6 diam per iudicem: vt. l. huiusmodi. §. finali. de lega. j. ¶ † Circa secundum
dic primò: quòd non est vera ista opinio. quòd stetur dicto maioris partis
vt dixi. Item non est verum, quòd vnus cohæredum possit petere, quòd
per iudicem cogatur consentire, quia quando plures dissentiunt ad ipso
d rum incommodum, cessat officium iudicis:[d] vt. l. quoties. de vsufructu. &
de serui. rusti. prædio. l. itinere. licet glo. ibi aliter sentiat. Sed si adhuc nul
lus cohæredum est passus damnum: sed timeretur pati, posset petere: vt
sorte dirimatur. argu. l. fin. in princip. C. communia de lega. & quod nota.
in. l. executione. §. finali. in glo. mag. Si verò alter passus sit iam damnum:
tunc recuperat à cohærede iudicio fami. erciscun. vt hac glo. & tex. hîc in
7 versi. sed quo casu. ¶ Sed quæro: † in stipulatione generis, vel alternatiua:
si decedat stipulator pluribus hæredibus relictis, & non cōcordent, quid
iuris? Respond. si electio erat stipulatoris: habes casum in. l. hæredes. §. si in
certo. ṡ. familiæ erciscundæ. Si verò erat electio promissoris, tūc res est ex
pedita: quia potest offerre quod vult. Tamen si vni hæredum vellet dare
partem in vno homine: alij partem in alio: nō cōtingeret liberatio: vt. j. de
solu. l. qui hominem. §. j. vnde solutione facta pro parte vni: eius respectu
actio esset in pendenti: donec alteri soluatur, sicut. ṡ. dixi in hæredibus pro-
missoris: quia iste recepit totum: quod sibi debetur. ¶ Venio ad versic. &
ideo. Oppo. quòd impossibile sit vnum ex hæredibus insolidum præsta
e re seruitutem, vt. l. pro parte[e]. ṡ. de seruitu. Quod tamen dicitur hîc, sed
8 quo casu &c. † Sol. iste ver. potest referri ad primam illationem. ṡ. de obli-
gatione generis: vt tangitur hîc in glo. & secundùm hoc habes hîc casum:
quod vnus ex hæredibus, de necessitate in obligatione generis habet soluere
totum. Quod patet: quia potest repetere per actionem familiæ erciscun-
dæ: vt. l. hæredes. §. si vnus. ṡ. fami. erciscun. Nam licet actio, & cōdemnatio
fiat pro parte, tamen perfectè non liberatur soluendo partem. puto tamē
quod creditor non cogatur aliâs recipere partem: nisi alij hæredes cōsentiāt
in alijs partibus eiusdem hominis: vt. l. in executione. §. pro parte. j. eod. &
hîc: quia si creditor reciperet partem, cogeretur & hæres, qui solueret spō
te agere negotiorum gestor. & cessaret familiæ erciscundæ. Illud autem
quod. ṡ. proxi. §. fuit dictum: quòd pro parte soluta ab hærede, actio esset
in pendenti, est verum in sponte recipiente. Alio modo legitur hîc versi.
quòd referatur ad hunc casum. quando est indiuiduū natura, & effectu, vt
in prima parte glo. & tunc ad contraria respondeo: quòd non constituit
seruitutem insolidum: sed soluit ęstimationem insolidum. ¶ Sed tunc op
po. quando deuenitur ad æstimationem: non tenetur, nisi pro parte. ergo
soluens solidū, non soluit ex necessitate. quod tex. innuit, dū dicit familię
9 erciscundæ. Respondeo, † quandoq; actum est contra vnum ex hæredibus
ad seruitutem insolidum, & est condemnatus tunc in executione, quia nō
potest constituere seruitutem, non liberatur, nisi soluat æstimationem to
10 tius. ita loquitur hîc. Quandoq; † ab ipso initio formatur actio ad interes
se, tunc datur pro hæreditaria portione, vt. ṡ. eo. l. stipulationes non diuidū
11 tur. Et prædicta vera in hæredibus promissoris, † sed si vnus ex hæredibus
stipulatoris ageret ad vnam insolidum, & deueniretur ad executionem
super interesse: nō pręstaretur nisi pars, vt. l. hęredes. §. an ea. familiæ. ercis
cundæ. Ratio, quia non esset ęquum, vt haberet plus debito, sed in pręce
denti casu stipulator cōsequitur totū. quod sibi debetur ab illo vno, & il
le repetit à cohęredibus. ¶ Nunc veniamus ad ver. ex quo dicitur hîc, quod
plures hæredes stipulatoris &c. Opp. de. l. hęredes. §. an ea. ṡ. fami. erciscū
dæ. Sol. vt in glo. ¶ Vlterius oppo. de. l. pro parte. ṡ. de serui. Sol. quando
fundus vadit ad successorem pro parte, stipulatio extinguitur &c. vt in glo.
¶ Vlterius opp. de. l. si vnus in fin. de ser. rusti. prędio certè secundùm
vnam

vnam lectu.concor.ſecūdum aliā diſcordat.dic,& ſo.vt ibi.Extrà gl.in hoc
12 verſi.†quæro,ſi ſunt plures hæredes ſtipulatoris,quilibet habet actionem
inſolidū,& plures hæredes promiſſoris in obligatione indiuidua tenentur
inſolidū:an ſint correi?& Cy.in auť.hoc ita.C.de duob.reis.dicit,quòd nō.
quia ex natura rei dicuntur inſolidū obligari & gl.videtur in.§.fi.ſi tamen
hominē.j.eo.& tex.ſ̈.de euic.l.rē hæreditariā.& dicam.j.de duob. reis.l.j.
vel in .l.reos.§.cū in tabulis.¶ Venio ad ver.ſed quidā.& quæro qualiter
debet intelligi?& gl.ponit duos intellectus.& ſecūdū vnū intellectū fit vna
obiectio.& eſt reſponſio tacita,non expreſſa.Et ſecundum iſtam.pone ca
ſum ſic.Videtur,ꝙ iſta ſtipulatio vitietur quia deuenit ad eū caſum,à quo
incipere non poteſt:vt cum per ſingulos non pōt ſeruitus acquiri. & hoc
quidam Iuriſconſulti conceſſerunt, & malè. vnde author legis reſpon-
dit:difficile eſt,ꝙ ſeruitus conſtituatur pluribus.quia oportet omnes con
ſentire:aliâs non valet:vt.l.receptum eſt.cōmunia prædio.cum ſimi. not.
hic in gl.ſed difficultas præſtationis non vitiat obligationem,quia per hoc
non deuenitur ad eū caſum à quo non potuit incipere.potuit em̄, licet cū
difficultate. ¶ Secundo modo legitur,op.& videtur:ꝙ hæc ſtipulatio vi
tietur:quia reus non poteſt dare eandē ſeruitutē pluribus inſolidum:& ſic
ſtipulatio vitietur tanquam cōtinēs impoſsibile:quod quidā conceſſerūt.
Sed iuriſconſultus,author legis,dicit ꝙ illud eſt difficile reo,ſicut dare mil
le mercas ei,qui non habet:ſed difficultas non vitiat obligationem.Et iſta
fuit lec.Io.quæ colligitur ex gl.ma.hic poſita.Tu tene primā pro vera,&
13 bona,& præcedēs non eſt vera:†quia pluribus pōt ſeruitus inſolidū cōſti
tui:vt.l.lucio.ſ̈.de aqua quoti.& ęſti.&.l.via.§.fi.ſ̈.de ſerui.reſti.p̄di.& ſic
14 nō eſt difficile.¶†Venio ad vnā.q.gl.qlibet hæredū habet actionē inſoli
dū,vnus egit,& obtinuit,an poterit vti anteꝗ̃ alij agāt?Quidā ꝙ ſic.Io.ꝙ
nō.Vide iſtā gl.q̄ iſtarū opi.eſt vera,& iſtud eſt difficile:& per gl.nō pōt
haberi intellectus.& videtur ꝙ prima opi.eſt vera: cum in cōfeſſoria,vni⁹
victoria,ꝓſit alteri:vt.l.loci corp⁹.§.ſi fundus.ſ̈.ſi ſer.vē.Sed illud in ſerui
tute cōſtituta:ſec⁹ īſeruitute cōſtituēda:& ideo licet vn⁹ egerit& obtinuit,
ſibi ꝓ pte nō pōt cōſtitui:ideo,nō pōt ipſe,nec ali⁹ vti.Quòd ſibi nō poſ
ſit cōſtitui:eſt caſus in.l.ꝓ pte.ſ̈.de ſerui.¶ Quid dicem⁹?Iſta gl.debet in
telligi hoc mō.ſi quidē hæredes ſunt in diſcordia,eis non poteſt conſtitui
ſeruitus:vt.l.itinere.& no.ſ̈.de ſer.ruſti.p̄dio.& nullus poterit vti,cū non
poſsit cōſtitui:& ſic loquitur opi.Io.ſed ſi ille,qui debet ſeruitutē:vni vel
let cōſtituere pro parte:non pōt conſtituere,tn̄ ille cui eſt ſic conſtituta,
nō poterit prohibere quin vtatur:vt.l.p fundū.ſ̈.de ſerui. ruſti . prædio.&
15 ita loquiť opi.aliorū.¶†Pone ecōuerſo ad gl.quòd vn⁹ ſuccubuit,certè nō
nocet alteri:vt.l.ſi de cōmuni.ſ̈.ſi ſer.ven.no.in.d.§.ſi fundus.& alteri ac-
creſcit:vt.ſ̈.communia prædio.l.ꝓprium,& perinde eſt ac ſi nō ſit ille,qui
ſuccubuit.

§ **Si tamen hominem.** ¶Iſte.§.legitur in gl. duob⁹ modis.& Tertio ſecūdū ſuā lect. h.d.per ſententiā & acceptilationē,vnus ex heredibus promiſſoris,qui tenebatur in genere, poteſt liberari.¶ Opp.ſ̈.ea.l.§.j.&.§.ex his.vbi vno ex plurib⁹ hr̄dib⁹ ſoluēte,nō cōtingit liberatio obligatiōis:ꝓpter qđ gl.dat duas lect.Vna eſt ꝙ loquitur in homine certo in obligationē deducto,ibi in genere.& illa eſt in ſe vera,per.l.ſi ſtipulatus.j.de ſol.& eam tenet Dy.& gl.ſ̈.ea.l.§.j.in gl.mag.ſed nullū dubiū poneret.Alio mō legiť, & loquiť in obligatione generis , quòd interim ſit in pendenti, ſed iſta eſt contra tex.ibi pars duntaxat &c.prætereà,iſta lectu.non eſt bona per dictionē ſi tn̄,quæ eſt aduerſatiua ſuperioribus. vnde gl.dicit,quòd hic fuit ſolutum ſtipulatori nolenti:vt ſuprà eodem lege prima.§.primo. Iſtud non eſt verum.quia.§ .primus debet intelligi in ſtipulatore: volente quia inuitus non poteſt cogi accipere partem:vt.ſupràproxi.§.dixi.¶ Quid ergo dicemus?dic ſecūdū Pet.quòd in obligatione generis,non cōtingit liberatio p ſolutionē:ſed per acceptilationem,& ſentētiā,cōtingit pro parte.Et ratio eſt,quæ ponitur in.l.in executione.§.pro parte.j.e.& eſt ratio,ne alius hęres poſsit ſoluere partem in alio hoīe,qđ eſt abſurdū.partē em̄ haberet in diuerſis hominibus: ſed in ſententia, & acceptilatione, hæc ceſſat iniquitas.quia vnam partem tantummodo debet habere. Et per hoc habes intellectum.l.qui hominem.j.de accepti.& ſecundum hoc expone hic egero & ſuccubuero,licet gl.aliter dicat,& non bene.Sed iſta ratione attenta,dicas ſemper pro parte liberarionem poſſe contingere,vbi non deuenitur ad illā iniquitatē.¶ Op.de.l.ſi ex pluribus.primo reſponſ.j.de acceptila. gl.quæ eſt hic,dat duas ſolu.& quælibet eſt bona.vna, quòd ibi ſunt duo rei,hîc non.& ſecundùm hoc dixi vobis ſuprà proxi.quòd idem eſt in re indiuidua,in obligationem deducta , & non ſunt duo rei.& tene menti hanc gloſſ.Quærit gl.quid ſi accceptilatio fiat de vna ſpecie in obligatione generis?Dicit,quod continget liberatio,vt.l.per.iuſiurandum. infra de de acceptilatio.§.ſi is q hominem.ſed ſecus in pactis:vt.l.ſi vnus.§.ſed ſi generaliter.ſ̈.de pact.dic vt ibi.d.§.ſi is qui hominem.

SVMMARIVM.

1 *Pœna in ſtipulationibus facti,uno ex hæredibus contra faciente, inſolidum committitur.*
2 *Intereſſe,quando conſideretur in ſtipulationibus pœnalibus?*
3 *Intereſſe in obligationibus facti,an ſit,an uerò ipſum factum?remiſsiuè.*
4 *Pax an dicatur rupta,quando eſt facta,& promiſſum non offendere te,neq; tuos, & offenditur unus ex hæredibus ſtipulatoris?remiſsiuè.*
5 *Florentinus ſi habet repreſalias contra Piſanos ob delictum unius Piſani,& Piſanus excutiatur Florentiæ:an excuſſus agere poſsit contra illum,cuius occaſiōe repreſaliæ fuerunt conceſſæ.*

§ **Item ſi in facto.** ¶Vidiſtis ſuprà de obligationibus iuris,& etiam aliqualiter facti,nunc ponit
de obligatione facti merè,& vſque ad.§.Cato.hoc dicit: vno ex hære-
dibus promiſſoris contrafaciente , omnes tenentur pro hæredita-
ria portione:ſed ſi vni ex hæredibus ſtipulatoris contra fiat , pro parte
ſua tantùm ſtipulatio committitur ad intereſſe:ad pœnam verò commit-
titur inſolidum:licet alij agentes exceptione doli repellantur.h.d . Primò
loquitur,quando vnus ex hæredibus promiſſoris contrauenit. Secundò:
quādo ventū eſt cōtra vnū ex hæredib⁹ ſtipulatoris.Tertiò diſtinctionē
ponit.Quartò rationē ſuæ diſtinctionis aſsignat.Quintò extendit ad aliā
obligationem.Secunda ibi:contra autem.Tertia ibi:nam ſi pœnā. Quar
1 ta ibi,in.l.idē.§.ſed hæc differentia.Quinta in.l.eadem.in prin. ¶†Nota,
ꝙ in ſtipulationibus facti,vno ex hæredibus promiſſoris contrafaciente:
committitur pœna inſolidum.Item no.quòd vno ex hæredibus ſtipula-
toris.&c.¶ Oppo.j.eo.§.Cato.r̄ndet gl .hîc in factis indiuiduis loquiť. §.
Cato.loquitur in factis diuiduis,& iſtud contrarium tangit gl.mag.hic po
ſita.¶ Opp.ſ̈.ea.l.verſi.ex quo quidem.vbi quilibet hæres ſtipulatoris
habet actionem inſolidū.Sol.qn̄ agiť ad ipſum factum indiuiduū:quilibet
hęres agit inſolidū:vt in verſi.ex quo quidē:ſecus qn̄ deueniť ad intereſſe.
quia tūc pro patte agūt:vt hîc.¶ Oppo.ſi vnus ex hæredibus vadit ad rem
cōem:vadit nomine oīm:& pro oīm vtilitate:quia nulla eſt particula: quę
non ſit cōis:vt.l.Meuius.§.duobus.ſ̈.de leg.ergo cohæredū intereſt:vt . j.
e.l.ſi ſtipulatus fuero per te.& ſic poſſunt agere.Solu. intelligo, quod ibi
ibat cohæres ad fundū ſuum propriū,qui ſibi in diuiſionem obueniat:
vel ad partem ſuam pro diuiſio,aliâs ſi iret ad cōmunem pro indiuiſo:cum
iret,nomine omnium,omnes videntur prohibiti.vt dicta.l.ſi ſtipulatus.
2 ¶†Oppo.in ſtipulationibus pœnalibus,nō conſideratur intereſſe:vt.l.ſti
pulatio iſta.§.alteri.j.eod.glo.quæ eſt hîc,dicit de ſtricto iure non inſpi-
cimus,ſed de æquitate ſic.& vide gl.in.l.idem iuris.quæ incipit ſtricto:&
ſecundùm glo.iſtam.§.alteri.videretur imponere legē verbis,& non reb⁹,
quia de æquitate pœna impoſita nō valet.Dicit Pe.quòd quandoq; ſolet
apponi pœna in ſtipu.de cuius natura venit intereſſe,& tunc ſi non inter
eſt,non agať,vt hîc.Quandoq; apponiť pœna ratione cōtemptus,vbi in-
tereſſe non venit,& tunc nō inſpiciať,an interſit,vt in.§.alteri.Sed iſta ſo
lu.videtur contra caſum.l.vlti.j.de præto.ſtipu.Dicunt ipſi,nos reſpon-
demus,& fatemur,quòd nō debet probare q̃tum intereſſe,ſed quod aliqd
interſit,habet probare Sed illud non eſt verū,quia ſine aliqua ꝓbatiōe cō
mittiť pœna.Dy.probat,in cōpromiſſo venit intereſſe:vt.l.diem profer-
re.§.fin.ſ̈.de arbi.Sed vîdeo:quòd ſi in compromiſsis pœna eſt appoſita,
nō inſpicimus an interſit?vt.l.cum pœna.ſ̈.de arb.ergo illud dictum non
eſt bonū.¶ Qualiter dicemus?dicit ipſe,aut offenditur directò ille , cui
eſt promiſſum,& tunc non inſpicimus intereſſe:ſi offenderetur alius, nō
ille cui principaliter eſt promiſſum,& tunc inſpicimus.an interſit:vt hîc.
& hanc ſolu.dat ipſe hîc,& in.§.alteri.Sed ſecundùm illud dictum Dy.
iam ſequeretur quod hæres hîc offenſus,haberet probare ſua intereſſe,
aliâs nō poſſet agere.quod eſt cōtra iſtum tex.vbi nō inſpicitur an inter
ſit.Item eſt cōtra.l.fi.j.de præto.ſtipu.ſed ſi Dy.voluit hoc intelligere vt
dicam,bene dixi.¶ Dic,ꝙ ſi offenditur ille,cui principaliter eſt promiſ
ſum,ſiue ille qui eius perſonā repręſentat , ſtipulatio committitur, nec
inſpicimus,an interſit . vt.l.ſtipulatio. iſta . § . alteri . infrà eodem. § . al
teri.inſti.de inuti.ſtipula .Sed ſi offenditur alius,quā cui principaliter eſt
promiſſum,vel qui perſonā eius nō repręſentat,tunc inſpiciť, an interſit
ſtipulatoris,vel hæredis eius:qui eius perſonā repręſentat vt hic.& gl. eſt
in.d.l.cum pœna.cōiuncta.l.aduerſus.ſ̈.de arbi.& quaſi eſt caſus hic .Nā
hæres repręſentat perſonā defuncti in totū,ſi eſt hæres vniuerſalis:vt.l.hę
reditas.ſ̈.de acqui.re.do.Sed hæres particularis pro parte,qua eſt hæres,
repręſentat perſonā defuncti:in alia parte eſt extraneus:vt.l.cum à matre.
C .de rei ven.& not.in.l.ij.in gl.ma.in.§.fi.j.de pręto.ſtipu.Modò hic hæ
res offenſus:& prohibitus.pro parte ſua agit: & cōmittiť ſtipulatio cum
effectu,licet ſua non interſit,vt.l.cum pœna.cōiuncta.l.aduerſus.ſ̈.de ar-
bi.ſed pro parte aliorum,qui repręſentant perſonam defuncti committiť
nō tn̄ effectualiter:quia ob.exceptio cum ſint quātum ad illā partē extra
3 nei.vnde offenſiōe facta alteri nō poſſunt agere:vt.d.l.aduerſus.¶†Quę
ro.in obligatione facti,quid eſt:an factum,an intereſſe?& hoc dicam in.l.
ſtipulationes nō diuiduntur.vbi.q.iſtā examino.& vide iſtam glo . quæ
4 incipit ſequitur de his.†Et tene menti iſtum.§.quia eſt multum no.ad in
ſtrumenta pacis:promitto per me,& meos hæredes non offendere te : &
tuos hæredes:quid ſi offenditur vnus ex hæredibus ſtipulatoris:vel pro-
miſſoris:hîc Iaco.de are.tangit hoc:& dicetur plenè in.§.Cato. Item do-
5 minus Iaco.de Are.†inducit ad aliā.q.Quidam Florentinus habet repre
ſalias contra Piſanum:occaſione cuiuſdam delicti commiſsi , per vnum
Piſanum.Modò quidam alius Piſanus iuit Florentiam : ille qui ha-
bet repreſalias, excuſsit iſtum . Iſte Piſanus reuerſus , vult repetere
ab iſto : cuius occaſione datæ ſunt repreſaliæ : an poſsit ? & vi-

a detur[a], ꝙ sic, per istum. §. & per. l. si vero. §. eum autem. s. de his qui deic. vel effu. & l. licet. §. fin. s. nau. stabu & l. nam & Seruius. s. de neg. gest. non determinando dico, sed allegando, fortè dicemus.

a ¶ Videtur ꝙ sic. Adde, & limita secundũ Bal. hic cũ quo trãsit petr. de Anc. hic. & Ange. in. l. nã & seruiu⁹. s. de nego. gest. & pau. de cast. hic, si iustè represalię fuerint cõcessæ. aliâs secus. per. l. si per imprudentiam. in prin. s. de euic.

SVMMARIVM.

1 *Indiuiduum, quantum ad præsentem. §. sumitur tribus modis.*

2 *Obligatio rem tradi, quare sit magis indiuidua, quàm rem restitui? remißiuè.*

3 *Actio ad rei restitutionem quando rem restitui est in obligatione, quando detur contra poßidentem insolidum, uel detur pro hæreditarijs portionibus.*

4 *Exceptio dominij non potest opponi contra agentem interdict. de ui. & ui arma.*

5 *Officium iudicis competens alicui cõtra non obligatum, habet naturam actionis realis. & qualiter quis teneatur ad indiuiduum: n. 6.*

7 *Dispositio huius. §. non habet locum, quando pœna petitur actione bonæfidei informata ad deductum in pacto.*

8 *L. in depositi. s. depositi. loquitur in facto indiuiduo, quo ad solutionem tantum.*

9 *Obligatione rem restitui inita ille solus tenetur, qui dolum commisit: si ambo, tenentur insolidum: & an sint duo rei?*

1 *Obligatio rem restitui, quæ contrahitur secundario ratione doli uel culpæ, est omni respectu indiuidua.*

10 *Dictio quodammodo, est nota improprietatis.*

11 *Pœna seu interesse, si cõtra fiat in obligatione facti indiuidui qualiter & aduersus quos cõmittatur.*

12 *Stipulatio ad penam, uel interesse, si fiat contra stipulantem continentem factum diuiduũ, uel dationẽ, qualiter & aduersus quos committatur? & numero. 19. ubi distinguit.*

13 *Dispositio huius. §. habet locum in obligatione faciendi diuidua, in qua si unus hæredum contrafacit, incidit in totam pœnam.*

14 *Difficultas, licet non impediat obligationem principalem tamen superueniens ex post facto, impedit committi stipulationem pœnalem. & nu. 17.*

15 *Promittens dare fundum & si nõ dederit, promittit pœnã: deceßit pluribus hæredibus relictis, unus eorum potest soluere fundum promissum & dominium transfert pro parte cohæredum, ut euitet pœnam.*

Coutra hauc conclu. tenent Moder. & Iason illam defendit.

16 *Promittens simpliciter ratum sine aliqua pœna, siue sit dominus siue procurator: & contra faciat in parte, tenetur ad interesse pro parte: quia in plus non interest sua.*

18 *Stipulatio facti diuidui, cum pœna interposita in iudicijs si in parte nõ, obseruatur, committitur insolidum: licet obstet exceptio pro parte, secus in contractibus: quia committitur in totum: & non obstat exceptio. & idem in iudicijs in pertinentibus ad decisionem.*

20 *Stipulatio pœnalis facti indiuidui, adiecta facto diuiduo, si fiat contra stipulationem facti diuidui, per unum ex hæredibus promissoris: an in totum, uel pro parte committatur?*

21 *Si aliquis promisit sub pœna iudicatum solui, quæ continet clau. de defendendo, & decedat pluribus relictis hæredibus, quorum unus defendat, alij non, an pœna committatur aduersus omnes, an contra non defendentes.*

22 *Stipulatio de defendendo in una actione, est indiuidua.*

23 *Pœna siue interesse in qualibet stipulatione prætoria, siue contineat dationem, siue factum indiuiduum, siue diuiduum, siue poßit per alium explicari, siue non, indistinctè committitur tantum aduersus eum, qui contra fecit.*

ex. in. l. pœnales. §. Iulianus. s. ad. l. fal. loquitur, quando in stipulatione de defendendo erat pœna posita.

24 *Stipulatio rem ra. ha. de qua in hoc tex. an sit prætoria. & j. numero. 8. in fi.*

25 *Tex. in. l. cum ex causa. j. eo. quòd loquatur de stipulatione duplæ, quæ non est prætoria.*

26 *Promittens non excipere, quando dicatur promittere factũ diuiduum, uel indiuiduum.*

27 *Obligatus ad agendum contra aliquem: quando dicatur obligatus ad factum diuiduum, uel indiuiduum?*

28 *Promittens amplius non agere actione, quæ continet indiuiduum, uel ratum haberi, aliquod indiuiduum, an ista stipulatio iudicabitur diuidua, uel indiuidua.*

29 *Stipulatus sibi & hæredibus suis usum alicuius fundi, si decedat pluribus hæredibus relictis, an quilibet habebit totum usum, uel partem eius.*

30 *Pace facta cum Titio, facta fuit promißio de non offendendo per se: suosq; hæredes, Titio mortuo, relictis pluribus hæredibus, & unus offendatur, an pœna committatur insolidum?*

31 *Obligatio dicitur transitoria, & non trãsitoria ad hæredes, ex natura rei, super qua interponitur.*

32 *Pace facta, ut. s. si unus ex hæredibus promissoris offendat, quòd pœna committitur aduersus omnes pro portione hæreditaria.*

Stipulatio ususfructus, quòd ex parte creditoris sit personalis, ex parte promissoris est realis.

Stipulatio pro alimentis ex parte promittentis, dicitur esse in rem, ex parte creditoris, personalis.

33 *Statuto cauente quòd qui occiderit, occidatur, nisi habuerit pacem ab hærede occisi, & occisus habeat plures, an sufficiat habere pacem ab uno?*

34 *Maior pars hæredum quæ dicatur.*

LEX IIII.

Eadem dicemus.

Cato. ¶ Iste. §. est difficilis in sua materia, in cuius repetitione tenebo ordinem consuetum. Primò continuo hunc. §. ad præcedentia secundùm Pet. hoc modo. Dictũ est. s. in. l. ij. quod stipulationum quædam sunt in dando: quædam in faciendo consistunt. de his, quæ in dando consistunt dixi. s. e. l. ij. vsq; ad. §. item si in facto. licet ibi dixerit de seruitutibus: quæ habent in se aliquid facti: vt no. s. eo. l. ij. §. j. & ibi dixi. & ibi incepit dicere de his quæ in faciendo non consistunt, & hoc prosecut⁹ est vsq; huc. verùm quia Cato circa hoc posuit vnũ suum dictum obscurum, ideo illud hîc ponit, & declarat bene Iurisconsultus. ¶ Secundò iste. §. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictũ Catonis, de cuius intellectu dubitatur vsq; ibi, ab omnibus. In secundo distinctio Catonis declaratur vsq; ibi, differentiæ. In tertio differentię rationem assignat vsq; ibi, sed videamus. In quarto reuocat in dubium, quod primò pro constanti posuerat, & decidit vsque ad finem nostri. §. Hanc diuisionẽ ponit Dy. Pet. Ia. de Are. & omnes diuersimodè loquuntur. ¶ Tertiò pone summarium sic. Pœna adiecta facto indiuiduo, si contra fiat: per vnum ex hæredibus promissoris, pro parte hæreditaria committitur contra oẽs in facto vero diuiduo, pro parte contrafacientis tantummodò, sed aduersus ipsum promissorem insolidum. h. d. ¶ Veniamus ad casum in terminis. Præmitto tñ ad euidentiam, quòd iste. §. secundùm communem lect. loquatur de quatuor stipulationibus: quarum duæ continent indiuiduum vt per te iter fieri licere, vel per te nõ fieri, quominus mihi ire: vel agere liceat. Alię duę continent diuiduum, vt amplius non agi, & Titium hæredem eius ratum habiturum. ¶ Hoc præmisso, sic forma casum, quidam ꝑmisit se aliquid facturum, vel non facturum: & si contra stipulationem veniret: promisit certam pœnam. Iste promissor decessit pluribus hæredibus relictis, vnus venit contra promissa, dubitabatur qualiter & aduersus quos stipulatio pœnalis committatur. Nam inuenio, quòd Cato scribat: ꝙ pœna quoq; committatur aduersus oẽs pro portione hæreditaria: quãdoq; aduersus illum tantũ, qui contra fecit pro portione sua. ¶ Modò: quæro à vobis domine Iurisconsulte, vt declaretis mihi distinctionem Catonis. h. d. prima pars. Ad hoc respondit: ꝙ si pœna fuit adiecta facto indiuiduo, tunc pœna cõmittitur aduersus oẽs, si verò facto diuiduo, tunc aduersus eũ qui cõtrafecit tantùm. Exempla patent in litera, & est clara. & hoc dicit secunda pars. ¶ Tertiò quærit, quæ sit ratio differẽtię inter istos duos casus. Responsio patet in tex. h. d. tertia pars. ¶ Sequitur ver. sed videam⁹ vbi est duplex litera. quidam habent literam affirmatiuã, quidã habent literam negatiuam: & ista habetur cõiter. & istã prosequor, & licet litera sit satis scrupulosa, glo. bene eam declarat. Pone casum: vt habes in glo. & l. literam cum apostillis cõibus. notabilia collige per teipsum. ¶ Veniamus ad materiam examinandã per cõtraria, & quęstiones, & in tractãdo materiam tenebo hunc ordinem. quia hîc tractatur de facto indiuiduo. Primò in cõtrarijs tractabo qualiter ipsi principales, & eorum successores teneãtur ad ipsum indiuiduum. Secundò, qualiter & aduersus quos pœna & interesse committatur: si contra fiat, tam contra ipsos principales, ꝗ etiã cõtra heredes, & eodẽ modo tractabo de diuiduo, alia tractabimus per qõnes. ¶ Primò ergo opp. hîc dicitur, ꝙ si vnus cõtra fecit, oẽs tenent̃ pro hęreditaria portione. Contrà, qa in indiuiduis quilibet hęredum tenetur insolidũ, vt. s. eo. l. ij. §. ex his. ij. respon. Sol. si agitur ad ipsum indiuiduũ, quilibet tenetur insolidũ: vt ibi, si ad pœnã, quilibet tenet̃ pro parte hęreditaria: vt hîc. ¶ Secundò, contra istud oppo. fortiter. rem tradi seu rem restitui, dicitur factum indiuiduum: vt. j. eo. l. stipulationes non diuiduntur. ij. responso. s. depo. l. si duo. sed si duobus commodaui, vel apud duos rẽ deposui, ita quòd tenentur ad rem restituendã quilibet tenetur pro parte, vt s. depo. l. j. §. si apud duos. & ibi not. Item si vnus commodatarius decedit relictis pluribus heredibus, omnes tenentur ad rem restituendam pro portione hęreditaria. vt. s. commo. l. iij. §. hęres. ergo patet, quòd non est verũ quod dicitur, in indiuiduis ipsos principales, vel hęredes teneri insolidũ.

1 ¶ So. indiuiduum sumitur quantum ad propositum altero de tribus modis. Nam-

dis. Nam quoddam est indiuiduum quo ad contractũ seu stipulationem,& quo ad obligationẽ,& quo ad solutionem, vt seruitutes quæ pro parte non possunt deduci in stipulatione, nec pro parte solui: & istæ non diuiduntur inter hæredes: sed quilibet hæredum tenetur insolidum, vt in. §. ex his.&.l. stipulationes non diuiduntur. in principio. Quædam sunt obligationes diuiduæ quo ad contractum: sed ex post facto sunt indiuiduæ, quo ad obligationem & solutionem: vt obligationes factorum indiuiduorum: vt rem tradi: fossam fodi: insulam fabricari: & si. Istæ eñ ab initio pro parte pñt deduci in stip. quia possum stipulari rem pro pte mihi tradi. vt.l. locus. de acqui. pos. Itẽ partẽ insulę ædificari. In istis idẽ: quia qlibet hæredum tenetur insolidũ: vt.d.l. stipulatiões non diuiduntur. ij. rñso. Quędã sunt diuiduæ. quo ad cõtractũ,& quo ad obligationẽ: sed quo ad solutionẽ tm̃ sunt indiuiduæ: vt obligatio rẽ restitui.& ista diuidit̃ quo ad obligationem inter hæredes: qa quilibet tenebatur pro pte hæreditaria, vt in cõtrario: quo ad solutionẽ dicit̃ indiuidua: vt.l. si duo.š. depo. Indiuiduũ ergo diuersimodè accipitur: & sic cessat cõtrariũ,& aduerte: quia hoc est verũ de obligatione primitiua, q̃ cõtrahit̃ ad rẽ restituẽdã: nã de obligatione, q̃ cõtrahit̃
a secũdario rõne doli, vel culpæ alicuius: vt. j. dicã. ¶ Quare† autẽ obligatio rẽ tradi sit magis indiuidua, quã rem restitui, dicam in l. stipulationes nõ diui. in. viij. contrario.& ista sunt difficilia, q̃ do. Cy. tanq̃ habentia arduum[a]& profundum, timuit intrare: vt ipse refert in aut. hoc ita. C. de duobus reis. in. q. iij. nec ibi bñ de
3 clarat. ¶ Tertiò. contra prædicta op. tu dicis.š. proxi. † quòd in obligatione ad rem restituendam, si sunt plures hæredes, quilibet tenetur pro portione hæreditaria. Contrà, imo ille ad quem peruenit res restituenda, tenetur insolidum: vt.š. commo.l. iij. §. hære. Solu. regulariter actiones hæreditarię transeunt in hæredes, pro portionibus hæreditarijs: vt.š. dixi.& probatur. C. de hære. act.l. pro hæreditarijs. Fallit, vbi est in obligatione rẽ restitui.& est actio bonæfidei: quia tunc cõtra illum. q habet facultatẽ rei restituendæ datur actio insolidũ: vt.d. §. hæres. Ita dicit Pe.š.l. proxi.& no. Cy. in.l. pro hæreditarijs. quod sequebat̃ do. Ray. ¶ Sed ista opi. videtur cõtra.l. si plures. in princ. de vi & vi ar. vbi est actio stricti iuris.& datur ad rẽ restituẽdã solũ contra eum, qui possidet: non autẽ pro portionibus hæreditarijs. vñ dy. š. ad.l. fal.l. qui fundum. §. si tu ex parte, dicit quædam verba satis singularia. Aut actio, quæ cõpetit pro restituenda re competit pro tali re, ꝑ qua daretur etiã rei vendi.& tunc datur actio cõtra possessorẽ insolidum: vt.d. §. hæres.d.l. si plures. Aut pro di
a cta re: non cõpetit[a] rei vendicatio: & tunc non potest agi personali insolidũ cõtra possessorẽ: vt.š. de leg. j.l. si tibi homo. §. si fũdus. Quid dicemus? dico quòd vtraq; bene dicit. Pet. qa tex. est pro eo in.d. §. hæres. si bene aduertatur.& hoc æquitas operat̃ cui deseruit officiũ iudicis in actione bonęfidei. Itẽ Dy. bene dixit per leg. quas allegauit.& hoc operatur vnio actionis personalis, & realis: vt vna aliquid habeat ab altera: sicut alibi ius accrescendi, ꝓpter vnionẽ, quã habet cum substitutione pupillari, trahitur ad bona impuberis, vt.š. de acqui. hęred.l. qui patri. ¶ Sed cõtra hoc posses tu opponere. nam potest esse: quòd quis cõmodauit rem alienã vel sibi per vim abrepta est,& sic põt agere commodati, vel interdicto vñ vi, non aũt vendicare, vt.l. ita vt si fur.š. cõmo.& qđ ibi no. ergo. Dy. nõ bñ dicit, ꝙ ideo ibi, qa vendicatio põt cõcurrere cũ personali. Rñ.& dico, ꝙ q̃tũ ad
4 §. hæres. dictũ Dy. nõ ꝓcedit, ideo tene sol. Pet. q̃tũ † verò ad.l. si plures. optimè dicit: quia à possessore, seu raptore, potest indistinctè vendicare: nec potest opponere exceptio. dominij, vt C. de pscrip. xxx. an.l. si qs emptionis. §. sed hæc.& tãgit per gl. in.l. ita, vt fur.& hoc modo intellige, quod dixi vtrunq; bene dicere. Coniunge ergo istas duas opinio. statim dicam indistinctè. ¶ Sed contra istud tu posses instare, de.l. si quis ex argentarijs. §. j.š. de edendo. vbi non est actio bonæfidei, nec etiam pro illa daretur rei vẽdicatio: & tamen datur solùm cõtra illum, qui possidet. dicit pet. vt refert. Cy. in.d.l. pro hæreditarijs. quòd ibi est iudicium quasi bonæfidei, quia competit officium iudicis. Trufa est. Tu dic, quòd in hac materia natura loquit̃ de actionibus: q̃
5 dantur cõtra obligatos. Ibi loquitur † de officio iudicis, quod datur contra non obligatum, vt.š. de act. emp.l. qui per collusionẽ. §. j. meritò habet naturam rei ven. quæ datur contra nõ obligatũ, vt insti. de act. §. j. ideò datur contra solũ possessorem. quod dic
6 vt. j. de pto. stipu.l. ij. in fi. ¶ † Vt ergo ista materia liqueat qualiter quis teneatur ad ipsum indiuiduum? dic, aut est solus vnus reus,& non est dubium. aut plures,& tũc aut plures principales aut plures hæredes vnius principalis. primo casu: aut loqueris in indiuiduo, quo ad stipulationem, obligationẽ, solutionem: seu de indiuiduo quo ad obligationẽ & solutionẽ,& quilibet tenet̃ insolidum: sed nõ tãq̃ duo rei. ar.š.e.l. ij. §. ex his.&.l. stipulationes non diuiduntur.&.š. dixi. Aut de indiuiduo, quo ad solutionem tantùm: vt rem restitui,& tunc quilibet tenetur pro parte, nisi aliter actum sit. vt.d.l. j. §. si apud duos.& ibi not.š. de po. hoc verum, nisi esset res apud vnum tantùm, quia tunc posses dicere: vt statim dicam in pluribus hæredib[o]. Si verò loqueris in pluribus hæredibus vnius principalis: & tunc aut loqueris in indiuiduo vtroq; modo: & tunc quilibet tenetur insolidũ, sed non tanq̃ duo rei. arg.š. eo.l. ij.d. §. ex his. Aut in indiuiduo quo ad solutionem tantùm.& tunc aut quilibet hæres possidet pro portione hæreditaria,& sic tenet̃: vt in.d.l. pro hæreditarijs. Aut vnus possidet totũ,& tunc aut est iudiciũ bonæfidei,& ille solus tenet. vt.d. §. hæres. Aut est iudicium stricti iuris,& tunc pro illa re restituenda posset cõpetere rei vendicatio,& ille solus tenet̃: vt.d.l. si plures.š. de vi & vi ar. Aut nõ posset cõpetere rei vendica.& tunc pro portionibus hæreditarijs, vt.d.l. si tibi homo. §. si fund[o]. ¶ Quarto op. hic dicitur, ꝙ ex facto vnius pœna committatur contra omnes. Contra.š. ad fal. l. fi.š. de ope. no. nun.l. de pupillo. §. si plurium. vbi ille solus, q̃ contra fecit, tenetur. Sol. licet ibi factum esset idiuiduum, tamẽ non descendebat ex causa hæreditaria: nec ipsi ex eorum con-
a tractu tenebantur insolidum: vnde pœna suum tenet authorẽ: hic vero[a] obligatio descendebat ex causa hæreditaria: vnde si vn[o] hæredum, qui representat defuncti personam contra faciat, o-
b mnes tenentur.[b] ¶ Quintò: contra istud op. nam videtur ꝙ etiã in obligationibus, quæ descendunt ex causa hæreditaria: ille solus tenetur,[c] qui contrafecit: vt.š. depo.l. in depositi.&.l. seq. So
7 lu. ibi loquitur † in actione bonæfidei.[c] in qua officio iudicis con
c uenit: vt ille solus teneatur, qui deliquit. arg.š. commo.l. iij. §. hęres.& quod suprà dixi. hic verò stricti iuris. Fateor ergo, quòd si hic pœna aliqua peteretur actione bonęfidei, fortè informata ex pacto incontinenti apposito, ꝙ ageretur insolidum cõtra illum, qui contra fecit ar. prędictorum iurium. Hanc tenet Pe.
8 š.l. proxi. Vel solue † aliter: videlicet ꝙ hoc in facto indiuiduo omnino: scilicet quo ad obligationem & solutionem, ibi in facto indiuiduo quo ad solutionem tantùm. vnde cum obligatio ipa principalis diuidatur inter hæredes, meritò vnus ex facto alterius non tenetur. Et vtranq; so. puto veram. ¶ Sextò: contra prędicta oppo.& videtur quòd in actione bonęfidei,& in his, quę sunt indiuidua quo ad solutionem tantùm, dolo commisso quilibet insolidum tenetur, tanq̃ duo rei: vt.s. cõmo.l. si vt certo. §. si duobus vehiculum.& depo.l. si duo. ver. quod si lancem.& eo. ti.l. j. §. si apud duos. vbi æquiparantur tutoribus, quos constat insolidum teneri. So. licet in intellectu dictorum iurium: fit magna difficultas: & gl. intricatè & malè loquantur in.d. §. si duobus. tamẽ omissis superfluis pono: quod credo. verũ. ¶ Dic
9 ergo: † ꝙ obligatio principalis ad rem restituẽdam, qualiter cõtrahatur, dixi.š. in proxima distinctione,& de tali non loquimur: sed obligatio: quæ contrahitur ratione doli: culpæ, vel negligentiæ adhibitæ ad interesse, siquidem dolus committatur ab vno tantùm, ille solus tenebitur, vt dixi.š. proxi. contrario.
c Si ambo committant, ambo tenentur insolidum, sic loquitur. §. si duobus.&.l. si duo.&. §. si apud duos. si bene inspiciatur. Aduerte ad rationem, obligatio ad rem restituendam, solùm quo ad solutionem dicitur indiuidua, vt.š. dixi, sed obligatio quæ contrahitur ratione doli & culpæ: ex eo quòd debetur custodia & diligentia, est indiuidua vtroq; modo. Nõ enim possum adhibere custodiam in vna parte pro indiuiso: quin adhibeam in alia, nec possum cõmittere dolum in vna partẽ, quin committatur in alia. Est enim indiuidua omnino: meritò ergo plures debitores in hoc sunt quodammodo duo rei,& quilibet tene-
10 tur insolidum: vt.d. §. si duobus.& not. ꝙ tex. ibi dicit † quodãmodo: quod est nota improprietatis. Non enim sunt propriè duo rei, quia tunc ex facto vnius, omnes tenerentur: vt.l. fi. C. de duo. reis. Sed hic quilibet tenetur ad custodiam: & ideo appellantur duo rei: sed tamen factum vnius solius, nõ nocet alteri, sed si omnes delinquunt, omnes tenentur insolidum. Dices tu: ꝙ ista sunt cõtra casum nostri. §. nam hic plures hæredes ad factum: quod est omnino indiuiduũ, tenentur quilibet insolidũ, nec ꝓpriè sunt duo rei: vt dixi.& tñ factum vni[o], licet non noceat alijs: vt quilibet insolidũ teneat̃, tenet̃ tñ pro hæreditaria portione: sed in contrarijs nullomodo tenentur. Possumus dicere, quòd ibi loquitur in actione bonęfidei: vt.š. dixi. hic in stricti iuris: quæ habet causam hæreditariã,& ideo siue ad pœnam, siue ad interesse committatur, ex facto vnius omnes tenentur: licet per iudicium fami. ercis. in effectu reuertitur ad eum, qui cõmisit: vt.š.e.l. ij. §. item si in facto.& fami. ercis.l. hę
11 redes. §. in illa. ¶ † Vt ergo liqueat ista materia qualiter & aduersus quos pœna, seu interesse committatur: si fiat contra obligationem facti indiuiduum, sic distingue. Aut sunt plures debitores: aut sunt plures hæredes vnius debitoris. Primo casu, aut fuit actum, quòd quilibet teneretur insolidum: &

a ¶ Nõ cõpetit. Adde ꝙ paul. de cast. hic tenet contrariũ ꝙ etiã si nõ cõcurrat rei vendicatio, insolidum posset agi cõtra possessorẽ. per.d. §. hæres.& idẽ vult. Ro. vt refert Alexan. qui ab hoc cõtrario saluat Bar.

POMATES.

b ¶ Omnes tenent̃. pro ista solutione quoties quis est obligatus obligatione descendente ex cã hæreditaria, ex facto defuncti, q. si contra actum sit per hæredẽ suum, quod ipse teneatur quia purificatur cõditio stipulationis hæreditariæ. fa cit.l. inter coheredes. §. qđ ex facto in fine.š. familiæ erciscun.

c ¶ Actio bonæfidei. Adde cũ hac limitatione, vt refert Alexã. transit Pet. Ray. Angel. Raph.& Alexã. q hic dicta in hac quinta opi. infert ad. q. de pluribus hæredibus alicui[o], qui habebat emphyteusim, vt vno soluẽte & alijs nõ, ꝙ nihilomin[o] soluẽs incidat in pœnã. quia contract[o] emphyteutic[o] est stricti iuris: & debet habere locum iste tex.& hãc partẽ dicit tenere gl. in.d.l. cõmuni diuidundo.š. cõi diui. Bart. in.l. fraudati.š. de publi. cum vna modificatiõe Spec. licet Alex. nonalleget in tit. de loca. §. nunc aliqua ver. xxix. Fede. cõsi. ccxxiij. in princip.

tunc sunt duo rei,& factũ vnius facit cõmittere pœnã & interes
se aduersus omnes.argu.C.de duo.re.l.fi.& de vsur.l.mora.§.fi.
Aut nõ fuit actũ:& tũc aut vnus facit cõtra,& nõ alĳ:& sol⁹ ille
tenetur insolidũ,& alĳs nõ præiudicat:vt.d.l.j.§.si apud duos.
in fi.§.Ratio:quia non sunt propriè duo rei:vt dixi.Aut oẽs fe-
cerũt cõtra stipulationẽ,& oẽs tenentur insolidũ,quasi duo rei,
vt in.§.si duobus vehiculũ.&.l.si duo rei.ĳ.responso.s̈.deposi.
¶ Secũdo casu,qñ quæris de pluribus hæredibus:& tunc aut il
lud factum indiuiduũ non descẽdebat ex causa hæreditaria:& fa
ctum vnius sibi nocet:& non præiudicat alĳs:vt suprà ad sil.l.fi.
de noui oper.nunti.l.de pupillo.§.si plurium. Aut descendebat
ex causa hereditaria.Et tunc aut illa pœna,vel interesse petitur
per iudicium bonæ fidei,& agitur contra eũ tantũ,qui contra fe
cit:vt supra.depositi.l.ĩ depositi.&.l.sequẽti.& si omnes cõtrafa
ciunt,contra omnes agendũ est:vt dicta.l.si duo.Aut per actio-
nem stricti iuris:& tunc siue petatur pœna,siue interesse,ex fa
cto vnius committitur contra omnes pro hæreditaria portione:
licet postea contra illum solum habeatur recursus per actionem
fami.er.vt.s̈.fa.erc.l.hæredes.§.in illa.& hic.&.s̈.eo.l.ĳ.§. item
si in facto.Et prædicta vera prætereꝗ̃ in stipulationibus prętо
rĳs:in quibus dic,vt dicã.ĩ.ĳ.q.¶ Et aduerte:quia ideo hic non
distinguitur inter factũ indiuiduũ omnino,& inter indiuiduũ
quo ad solutionẽ tantũ.qa in illo prout cõtrahitur abligatio ad
interesse:qa nõ restituit:est idẽ,qđ dixi in prima distinctione.
sed ꝓut cõtrahit̃ obligatio rõne doli vel culpæ,vel diligentiæ o-
missæ:tũc cadit in ista distinctione:illa aũt sunt oĩo indiuidua:
vt.s̈.dixi.Ista sunt multũ difficilia,quæ scripsi prout putaui ve-
ra.& p̃dictis videtur assentire Iac.de Are.& Iac.bu.in.d.§.si a-
pud duos.¶ Nunc restat tractare de obligationib⁹ facti diuidui
& de obligationibus dandi:& qualiter teneantur isti principa-
pales,& qualiter hæredes,quod satis est clarũ:quia diuidit̃ inter
hæredes per.l.xĳ.tabu.Itẽ satis habuistis.s̈.eodẽ.l.secunda.in
pri.&.§.j.& gl.bñ distinguit,in.l.si seru⁹.§.si pluriũ.s̈.si qs cau.
12 ¶ Videam⁹ †ergo qualiter,& aduersus quos cõmittatur stipula
tio ad pœnã,vel interesse,si fiat contra stipulationem continen
tem factum diuiduum,vel dationes.¶ Opp.ergo septimò sic,
hic dicitur,ꝙ in facto diuiduo pœna nõ cõmittit̃,nisi ꝓ pte.Cõ
tra.j.eo.§.in fi.Sol.ibi loqtur in ipso principali,hic in pluribus
hæredibus eiusdẽ principalis,quod qualiter intelligat̃.j.dicam.
¶ Octauò opp.qa etiã cõtra ipsos hæredes videt̃ cõmitti insoli
dũ,vno cõtrafaciente:vt.j.l.proxi.§.fi.Sol.dicũt quidam, illud
speciale,qñ pecunia debetur propter singularia præcepta,vt.s̈.
si cer.pet.l.singularia.& ita no.in contrario.Istud est fal.qa illud
qđ ibi dicitur in pecunia,idẽ dicit̃ in specie.vt.j.eo.l.in execu-
13 tione.§.pe.vnde gl.†hic aliter dicit, videlicet vt distinctio hui⁹
§.habeat locũ in obligatione faciendi,secus autẽ in obligatione
dãdi,vt in cõtrario. quia qđ ab vno dari debet,potest meli⁹ da
ri p aliũ,quã factũ vnius explicari p aliũ,vt hic habetis in gl.ista
ratio gl.nõ videt̃ bona,& per cõsequens nec solutio.nã vnus ex
hæredibus,sicut actũ alterius nõ põt explicare, ita nec partem
fundi alterius dare eo inuito,vt in reg.iuris.id quod nostrũ est.
Et si tu dicas,poterit dare æstimationẽ,eadẽ rõne in facto pote
rit dare ptẽ interesse.p̃terea facili⁹ est facere,quã dare vt.s̈.de op.
liber.l.hę operę.§.finali. nota.C.de sen.quę pro eod.l.vna.ergo
&c.Ideo Odofr. assignat aliã rationem,scilicet quia datio po-
test explicari vno momento,facta autem habẽt tractum succes
siuũ per dies,vt.l.j.s̈.de ope.liber.ideo facilius potest dare, quã
facere.ista ratio nõ est bona,quia loquitur in facto momẽtaneo
scilicet rẽ ra.hab.vñ Pe.dicit,ꝙ impossibile est quẽ esse obliga-
tũ ad factũ alienũ,vt.j.eo.stipulatio ista in princ.sed bene pos-
sum esse obligatus ad dãdũ rẽ alienã,licet istud dare sit mihi dif
ficicile,& difficultas non impedit obligationem,vt.j.eo.l. con
tinuus.§.illud.ver.& generali.sed impossibilitas impedit.& ista
ratione cohæres nõ incidit in pœnam ex facto alterius,quia im
14 possibile est eum ad illud teneri,secus in datione.Ita dicit Pet.li
cet per multa verba.aduertatis†hoc non credo verum.licet em̃
difficultas non impediat ipsam obligationem principalem,vt
d.§.illud.tñ difficultas ex post facto superueniens impedit com
mitti stipulationem pœnalẽ,vt.s̈.ad leg.Rhodiam de iac.l.si ve
henda.§.idem iuris.& hoc est verum etiã in obligatione dandi,
vt no.glo.in.l.quod te.s̈.si cer.pet.in fi.antepe.glo. Cum ergo
esset mihi valde difficile dare partem cohęredis mei,excusare à
pœna.quod est contra hunc textum.¶ Quid dicemus?dico gl.
optimè dicere,si bene intelligatur,nã melius põt dari pro alio,
quã fieri.hoc declaro sic.Aut dari debet quantitas,& tunc certũ
15 est quòd hæres põt dare pro cohęrede. † Aut debet̃ species:&
tũc sicut vnus ex hæredibus põt soluere partẽ suã in illa specie.
ita pt soluere partẽ,quã debet cohæres suus,sicut trãsferre dñiũ.
hoc probatur.s̈.man.l.si procurator.§.si ignorantes.vbi fideius-
sor soluit de substantia dñi dño ignorante:ita hic cohæres pote

POMATES.

a ¶ Solu.matri.Ista solu.non lestetiam bona,alia ratione, quia si determ naretur iste.§.per dictum.§.si pluriũ.sequeretur, quòd ex quo obstaret exceptio,ꝙ.§.iste impositus esset verbis,contra.l.ĳ.C.cõmu.de lega. cũ paria sint aliquid peti non posse,aũt ꝙ obstet excepti.

POMATES.

b ¶ Iac.but.ego dico,ꝙ imo etiam in fine non est vera hęc solutio:prout affert hic Rayn.qa ex hoc sequeretur per.l.si vehẽda.ꝙ nõ cõmiteretur pęna in seruo ducẽdo non præsentato,ꝙ tamen negat illę tex.

rit partem soluere cohæredis.Præterea,posito quòd tradendo
pro parte cohærẽdum nõ posset trãsfere dñiũ saltẽ ille cuius no
mine solueret̃,cogeretur habere ratũ tãꝗ̃ vtiliter gestũ:vt.s̈.de
nego.gest.l.põponi⁹ scribit.ita dicit hic Iac.de are.qđ mihi vr̃
verũ.& hoc voluit sentẽtire gl.hic pro hoc induco leg.bñ faciẽ
tẽ.C.de epis.&.cle.aut̃.si captiui.& apertius in cor.vñ sumit̃ in
tex.vt cũ de.ap.co.§.si vnũ de p̃dictis.&.§.in hmõi vero causis
in fi.col.viĳ.pro hoc,qđ no.s̈.de iudi.l.venditor in gl.&.C.vbi
de cri.agi op.aut̃.qua in prouincia.præterea,socius inuito socio
põt vti re ad eũ vsum,ad quẽ destinata est:vt.l.si ædes.s̈.cõi di-
ui.& per Dy.in.c.in re cõi.extra de re iu.li.vj.Sed posses tu di
cere:q̃ est rõ,ꝙ ipsa principalis obligatio dandi,vel facti,diuidi
tur inter hæredes:adeò ꝙ vnus soluendo partem suam, non po
test amplius conueniri:vt.j.de fideius.l.si testõ.§.ꝙ si duo.&.C.
de nego.gest.l.iĳ.& ibi per Cy.sed cõmissio pœnalis stipulatio
nis,nõ diuiditur in obligatione dandi:imò cessat in parte & cõ
mittitur in totum,secus in facto diuiduo.Rñdeo,istud quod est
in obligatione quantũ ad stipulationẽ pœnalẽ,est in conditiõe
si bñ inspicias:sed conditio dandi per leg.xĳ.tab.non diuiditur
inter hæredes:vt.s̈.de condi.& de.mõ.l.cui fundus.in fi. debet
ergo à quolibet dari totũ:ne stipulatio pœnalis cõmittatur.Sed
cõditio facti diuidui,bñ diuiditur inter hæredes,ne deueniam⁹
ad impossibile:vt hoc.§.qđ tenet Cy.C.de condi.inser.l.si plu
res.in.j.q.& ibi te remitto.quaŕ id qđ est in cõditiõe simpl̃r
debet impleri,qđ hic nõ tractabo,l3 gl.tractet in.l.si seru⁹.§.si
pluriũ,quò vos remittit.¶ Op.nonò.hic dicit̃,ꝙ si ipse dñs ratũ
habet ꝓ pte cõmittit̃ stipulatio pœnæ insolidũ cõtra.j.rẽ ra.ha.
l.si procurator.in prin.dicit gl.sol.vt ibi:& dant̃ tres sol. Prima
est,ꝙ hic ipse dñs ꝓmisit:vñ ꝓ pte nõ habet ratũ:ibi ꝓmisit ꝓ
curator.Ista sol.ponit diuersitatẽ casuũ nõ rationẽ.p̃tereà est fal
sa.Nã ipse ꝓcurator,q ꝓmisit ratũ habiturũ,vr̃ ꝓmittere se fa-
cturũ & curaturũ &c.vt.j.e.l.quoties qs.& no.Cy.C.de ꝓcu.l.
j.in.vĳ.q.ergo promittit ꝓcurator factũ suũ.Si ergo factũ hoc,
scilicet curare,nõ impleuit,nisi ꝓ pte:deberet cõmitti pœna in
totũ,sicut hic,qñ ĩpe dñs ꝓmisit,& pro pte tm̃ obseruat.Secũ-
do mõ soluit̃,ꝙ hic erat negotiũ tale:qđ ꝓ pte poterat haberi
ratũ ab hærede,nõ à defuncto:vt.l.legatari⁹.s̈.de leg.j.Istud est
diuinare.¶ Tertia sol.est ꝙ hîc fuit pœna ꝓmissa:ibi non.Istã
solutionẽ impugnat pe.qa nihil refert vtrum adĳciat̃ pœna vel
nõ,secũdũ eũ.Nã si pœna adĳciat̃,est loco interesse,& ideò si
nõ interesse,pœna nõ cõmittit̃,saltẽ ope exceptionis,vt.s̈.eo.l.
ĳ.in fi.&.l.seq.Ideo ipse pet.soluit alio alio mõ & sic.Aut quis
vult hr̃e ratũ ꝓ parte,vt habebat actionẽ,& nõ põt,vt.l.cũ qrit̃
s̈.de admi.tu.& ita intelligit hũc fi.Aut vult hr̃e ratum pro par
te,vt euitet̃ pœna.vel interesse cõmissio,& põt ita loquit̃ lex
cõtra.Ista so.nõ placet doc.quia si bñ intuearis hũc fin.hic loq
tur in ꝓmissore:qui volebat hr̃e ratũ ꝓ pte,vt euitaret̃ pœnę cõ
16 missio,& non potest.¶ †Quid ergo dicemus?certè tertia solu-
tio gl.est verissima,qa hic fuit pœna ꝓmissa,ibi nõ.& iõ ibi sti
pulatio cõmittit̃ ad interesse.Nõ interest aũt in plus,ꝗ̃ in ea pte
in qua non est subsecuta ratihabitio,ergo &c.& hoc ꝓbat̃ ĩ tex.
ibi qa in id cõmittit̃ stipulatio &c.Et hoc tenet.d.ray.nec ob.ra
tio Pet. qa verũ est.ꝙ ibi stipulatio pœnalis succedit,ideo inte
resse nõ cõmittit̃,nisi intersit,cũ in aliquo interest, non curatur
quãtũ,sed pœna cõmittit̃ in totũ,vt.j.de p̃to.stip.l.fin.Vel dic
aliter vt dixi.s̈.l.ꝓxi.¶ Decimò op.& vr̃,ꝙ cõtra ĩpm principa
lẽ nõ cõmitttatur:nisi ꝓ parte,qa in alia pte obstat exceptio,vt
a s̈.si qs cau.l.si seruus.§.si pluriũ.Sol.Mar.[a] dixit indistinctè in
oĩbus obligationib⁹ dãdi,& facti diuidui,licet pœna cõmittatur
insolidũ,tñ de æqtate obstat exceptio ꝓ ea pte,ꝓ qua est paritũ
& sic oẽs istæ leg.determinant̃ p.§.si pluriũ.Istud ab oĩbus re-
probat̃.Nã statutũ est dicere,ꝙ illa lex loqtur in iudicĳs,& loq
tur in factis,determinet leg.loquẽtes in cõtractibus & in obliga
tionibus dãdi.Cũ em̃ sint separata,nõ infert̃ de vno,ad aliud, vt
s̈.de ca.l.fin.ergo gl.in leg.cõtraria aliã solutionẽ dat.videlicet,
q̃ speciale est in iudicĳs,vbi insolidũ pœna cõmittit̃,sed in pte ob
stat excepti.sed ĩ cõtractib⁹ solũ in pte cõmittit̃ vt hoc.§.ista so.
ẽ falsa.qa si aliud est aliud ĩ iudicĳs,aliud ĩ cõtractibus debet esse,
aliud ĩ hoc cũ magis faueat̃ ĩ iudicĳs ad pœnę cõmissionẽ euitãdã
quã in cõtractib⁹.vt.s̈.si qs ca.l.& si post tres.C.de fideius.l.sanci
m⁹.Sed secũdũ istã sol.nõ esset sic,qa durius cõmittet̃ ĩ iudicĳs,
ꝗ̃ in cõtractibus.p̃tereà,ꝙ cõmittat̃ stipulatio ꝓ pte in facto
diuiduo,habet locũ in hæredib⁹ principalis,nõ ĩ ipso principali
vt hoc.§.in fi.& hoc etiã tãgit gl.in.d.§.si pluriũ.Alĳ ergo dãt
aliã solu.vc3,aut potuit in totũ implere.& non fecit,pœna con-
mittit̃ in totũ sine remedio exceptionis,vt hic.Aut partẽ fecit
& partem omisit,qa nõ potuit & tũc in obstat exceptio vt.d.§.
si pluriũ.arg.s̈.de coll.bo.l.j.§.si cum duobus.Hæc solutio po-
17 nitur ibi in fi mag.gl.¶ Ista sol.†communiter reprobatur per
b l.continuus.§.illud.j.e. tamẽ in veritate vt dicit Iac.Butr.[b] lex
contraria

contraria,in se vera est.quia difficultas superueniens:licet non excuset ab ipsa obligatione,tamen excusat à pœnę commissoriæ,vt.d.l.si vehenda. §.idem iuris.ad.l.Rho.de iac.&.s.dixi.tamen quia continet diuinationē, ideo respuenda.Alij ergo,vt Pet.dant aliam solutionem.videlicet , ꝙ hic loquitur,quando vnum factum diuiduum est in obligatiōe:sed.l.contraria loquitur,quando plura facta copulatiuè sunt in obligatione:vnde quā do ibi fuit promissum Stichum,& Erotem in iudicio sisti,& si stati nō essent,fuit promissa pœna,si vnus fuit in iudicio tm̄ de rigore pœna cōmittitur in totũ:quia verũ est eos status nō esse oīno.ergo ibi sumpta fuit ex vniuerso,sed de æquitate ibi in parte ob.exceptio.Et idē intelligit Pe. esse in cōtractibus,& in iudicijs.& hoc videtur sequi Ia.bu.in.l.contraria. Ista opi.est contra.l.si is qui ducenta.§.cũ ita.ij.rn̄so.s.de reb.dub.&.§.

18 vtrum.ea.l.vbi indistinctè dicit̄ pœnā cōmitti aliquo nō facto. ¶†Quid ergo dicemus?dico sicut gl.primò dixit,videlicet ꝙ spāle est in iudicijs, tamen alia specialitate,ꝗ̄ gl.dixerit:quia in contractibus si in parte nō ob seruatur committitur stipulatio in totũ sine obstaculo exceptionis,siue sit vnum factum,vt hic.siue plura copulatiuè conceptas,vt in.§.cũ ita.& in §.vtrum.Sed in iudicijs mitius agit̄,quia stipulatio cōmittit̄ insolidũ,sed de æquitate in parte obstat exceptio:vt in.§.si pluriũ.Et illud videtur tenere glo.in.l.proxi.§.fi.&.s.fami.ercis.l.hæredes.§.idem iuris.hoc etiam tenet glo.in.d.§.vtrum.in vlti.gl.mag.& ibi hoc tenet Dyn.hoc etiam tenuit do.Ray.me audiente super hoc.§.licet quandoq; aliter dixeri.Et hoc puto verum in his,quæ pertinent ad ordinationē,secus in his,quæ pertinent ad decisionē.quia tunc idē quod in cōtractib⁹,vt.s.l.proxi.§.fi.,put ibi loquit̄ de sententia arbitri.arg.ei⁹ quod not.s.de arbi.l.Celsus.in prin. ¶Vlti.posset opp.ad hunc fi.quia si nō licet defuncto implere pro pte:

19 ergo nec hæredi,vt.s.l.ij.§.ex his.Sol.ibi diuiduum.vel dic,vt ibi. ¶†Vt ergo ista materia liqueat qualiter & aduersus quos committatur interesse vel pœna adiecta facto diuiduo:vel dationi:sic distingue:quia aut loqueris de principali,aut de hæredibus ei⁹.Primo casu:aut non fuit adiecta pœna,& stipulatio ad interesse committit̄ pro ea parte,pro qua non est obseruatũ:vt.j.rem ra.ha.l.si procurator.in prin.Aut fuit adiecta pœna,& tunc aut loquimur in cōtractibus:& pœna cōmittitur sine obstaculo exceptionis,vt hic.&.l.si is qui ducenta.§.cum ita.&.§.verũ.de reb.du.Aut in iudicijs:& tunc aut in his,quæ pertinent ad decisionē.& idem vt.j.l. proxi.§.fi.Aut ad præparationem,& tunc si in parte obseruatur pœna in totũ cōmittitur de rigore,sed de æquitate in parte obstat exceptio,vt in §.si pluriũ.Si verò loqueris,in pluribus hæredibus:tunc aut obligatiōe dā di:tunc vno contra faciente pœna cōmittit̄ contra oēs:vt.s.l.proxi.§.fi.& l.in executione.§.pe.j.eod.Aut in obligationibus faciendi,& cōmittitur pœna solũ cōtra eũ:qui cōtrafecit:vt in hoc.§.hoc semp saluo:tam in pri cipali:ꝗ̄ in hæredibus:& tm in obligatione dādi,ꝗ̄ faciendi:ꝙ si aliqs ex causa superuenieti impeditur implere totũ:vel partē:ꝙ illa difficultas excusat à pœna:vt.d.l.si vehēda.§.idem iuris.s.ad le.Rho.de iac.quod tenet Iaco.but.in alle.§.si pluriũ.quod tamen nō est intelligendum sine distinctione.Sed dic vt dicā in.l.continuus.§.illud.j.eod.¶Vnum etiam scias, ꝙ Canonistæ prædicta ita subtiliter non intuentes,non faciũt differentiā inter obligatiōe dādi & faciendi:vt extra de pœn.c.suā.dic vt; ibi ꝑ eos. ¶Expeditis cōtrarijs veniamus ad quæstiōes propriè ptinētes ad nostrũ

20 §.Primò quæro,†loquit̄ hic qñ noīe pœnæ fuit promissa certa pecunia:& sic res diuisibilis.Sed pone,promissum fuit noīe pœnę aliquod indiuiduũ quid iuris?Respondeo Dicit Pet.quandoq; facto vel dationi adijcit̄ pecuniaria pœna,& tunc dic:vt.s.in dist.Quandoq; adijcit̄ pœna:non cōsistēs in pecunia:sed in facto:& tunc quandoq; facto diuiduo apponit̄ pœna facti diuidui,& tunc idē ꝙ in pecuniaria:vt hic dicit̄:qa eadē est ratio. Quandoq; adijcit̄ facto indiuiduo pœna facti diuidui,& similiter idē. Quandoq; facto indiuiduo adijcit̄ pœna facti indiuidui,& sic vtrunq; indiuiduum:& tunc ex facto indiuiduo vni⁹ ex hæredib⁹,pœna cōmittitur insolidũ contra omnes.ar.s.eo.l.ij.§.ex his.Quandoq; facto diuiduo adijcit̄ pœna facti indiuidui.Verbi gratia,promisit aliquis non agere:& si ageret:promisit nomine pœnæ iter fieri.Ista est quæstio:in qua est dubiũ,nā ipsum primũ factũ diuiduũ diuidit̄ inter hæredes:sed illud quod est in pœna nō pōt diuidi:quid ergo erit?certè dicit Pet.ꝙ pœna cōmittet̄ tātũ aduersus eũ hæredem,qui cōtrafecit.arg.huius.§.vbi dicitur,ꝙ pœna adiecta facto diuiduo:cōmittit̄ tantũ pro parte,verũ quia ipsa pœna continet indiuiduũ,cōmittitur aduersus illũ hæredē insolidũ:hoc adiecto,quòd actor debeat ei offerre æstimationē pro parte cohæredũ.arg.s.si ser.vendi.l.loci.§.fund⁹. & de leg.ij.l.cũ filius.in prin.s.ad le.fal.l.in lege falcidia interuenie͂te.cũ si. Ista sunt verba Pe.quę vtrũ sint vera:hoc vltimo casu relinquo sub dubio.

21 ¶Secundò†quæro aliquis promisit iudicatũ solui sub certa pœna:quæ stipulatio continet clausulā de defendendo:vt.j.iudi.sol.l.iudicatũ solui. & iste decedit pluribus hæredibus relictis:vnus hæredũ defendit,alter non: quæritur vtrum pœna cōmittat̄ aduersus oēs:vel solũ aduersus nō defendentem?Dicunt quidā,quòd cōmittatur solũ aduersus non defendētem: quia talis stipulatio est diuidua.Casus est.j.de preto.stip.l.ij.§.incertā.s.ad leg.fal.l.pœnalis.§.Iulianus.Pet.tenet contrariũ.s.quòd aduersus oēs cōmittatur pro portione hæreditaria.Hoc probat sic,promissio de defendē do dicitur indiuidua:vt.j.proxi.§.in fi.ergo &c.Præterea dicitur in.l.ꝙ plures hæredes cogunt̄ dare onũ procuratorem ad defendendũ:ne defensio diuidatur:vt.j.iud.sol.l.iam tñ.§.pen.ergo patet,quòd stipulatio est

diuidua.Præterea posito,quòd stipulatio ista cōtineret diuiduũ:tñ adhuc pœna committit̄ cōtra oēs.hoc sic probat.Iura sunt facta per pũcta rōnis vt vbi est eadē ratio,sit idē ius.l.adigere.§.quamuis.de iure patro.cũ simi. Sed ratio quare in obligationibus dandi,pœna cōmittit̄ aduersus omnes, est:quia pōt pro alio dare.vt.s.dictum est.Eadem ratio est hic,quia quis pōt pro cohærede suo defendere:ergo si non fecit pœna cōmittit̄ insolidũ. Nec ob.iste.§.vbi dicitur,quòd in factis diuiduis pœna cōmittit̄ pro parte tm̄:quia istud est verum in factis personæ cohærentibus:adeò quòd nō possunt per alios explicari inuitis cohæredibus:vt patet in exeplis positis in tex.Ita dicit Pet.ad.§.incertā.sed ad.§.Iul.non respondet.¶Sed quidā moderni harũ partiũ respondent,quòd ibi agebatur ad interesse:ideo agi

22 tur ad partem,secus si ageret̄ ad pœnā:nos qd dicem⁹?Certè primò†oportet videre,an ista obligatio de defendendo sit diuidua:vel indiuidua,& dico quòd est indiuidua,si aliquid petitur vna actione.Hoc probatur per tex.j.proxi.§.fi.&.j.e.l.cum ex causa.j.iu.sol.l.ex clausula.præterea hoc probatur p ratione.Illud factũ dicitur diuiduũ,quod tantā vtilitatē affert in parte habita consideratione quo ad partē,quantā affert totũ:habita cōsideratione quo ad totũ.Et ecōtra illud factũ dicit̄ indiuiduũ:qd' non affert tantā vtilitatem in parte quo ad partē:quātā in toto quo ad totũ:vt patet in exemplis huius.§.& probat̄.j.eo.l.in executione.§.ij.& dicā lati⁹ j.e.l.stipulationes nō diuidunt̄.Sed in proposito si quis defenderet in totũ:euitaret cōmisiōnē pœnalis stipulationis.Itē euitaret pœnam contumaciæ.Sed si aliquis vult pro parte defendere:non euitat cōmisiōnē pœnalis stipulationis:nec pœnā cōtumaciæ inuito actore,vt.j.iudi.sol.l.iam tamen.§.si cum plures.& ibi no.ergo est indiuidua.¶Collige ergo ex prędictis,quòd stipulatio de defendendo est indiuidua,nec defensio pōt diuidi:& hoc est verũ actore inuito:sed eo volente sic.Itē hoc verum,qñ vna actione agit̄ ad aliqd:secus si ex varijs causis diuersæ actiones intentantur vt.d.l.iam tamen.§.si cũ plures.in gl.super ver.desiderante.¶Nunc restat videre,si pro parte contra fiat,qualiter pœnalis stipulatio cōmittat̄?& di

23 co quicquid dicat̄,ꝙ si ipse principalis contra faciat in parte:pœna cōmittitur in totũ:vt hic in fi.facit de dam.infe.l.in stipulatione.Sed† in pluribus hæredibus,si vnus contra faciat,dico gñaliter in qualibet stipulatiōe prætoria:siue contineat dationē:siue factũ indiuiduum siue diuiduũ:siue possit paliũ explicari,siue nō:indistinctè pœna seu iteresse cōmittit̄ aduersus eũ,q cōtrafecit tm̄. Hic est casus in.d.l.pœnales.§.Iul.s.ad.l.fal.ibi dicitur oēs pretorias stipulationes &c.No.oēs.& sic siue sit apposita pœna siue.non .¶Item aduerte,quia ibi ponitur exeplũ in stipulatione iudi.sol.quæ cōtinet dationē ex eo,quod verbũ sonat:& tamen pœna nō cōmittit̄ aduersus oēs,quod in alijs stipulationib⁹ non prætorijs,est secus: vt.s.dixi.Itē continet stipulationem de dolo:quòd absit.quæ est indiuidua.Itē stipulatio de defendendo quæ regulariter indiuidua est,vt.s.dixi & tũ nō committitur aduersus oēs,sed solũ aduersus eũ,qui cōtrafecit,licet in alijs stipulationibus secus vt hoc.§.Item in casu,quo stipulatio de defendendo est diuidua continet factum:quod pōt per alium explicari:& tñ non cōmittitur aduersus hæredes oēs,vt ibi patet.licet Pe.s.dixerit cō

24 trarium.& malè.¶Dicendum†est ergo:quòd.§.iste non habet locum in stipulationibus prætorijs:sed in alijs.& ideo in stipulatione rem ra.ha.dicitur hic,quòd indistinctè cōmittatur cōtra eum,qui cōtrafecit:& ei soli cōtra quē fuerit cōtra factum,siue fuerit interposita super diuiduo,siue super indiuiduo,si ponim⁹ eā esse prætoriā.Et est ratio,vt statim dixi in actionibus bonæ fidei,vbi ex facto vnius non conueniunt̄ cæteri cohæredes,sed ille solus:q contrafecit:& hoc propter æquitatem officij iudicis, quod in illis actionibus multum potest,vt dixi.s.ita hic in stipulationib⁹ prætorijs officium iudicis multum potest:vt.j.eo.l.in conuentionalibus: & de preto.stipu.l.j.§.fi.& per hoc tollitur quicquid potest dici in contrarium.Istud dictum probatur in.d.§.Iul.probatur etiam.j.de preto.stipu. l.ij.§.incertam.prout dico,quòd quamuis ibi ponitur aduersatiuè secundùm glo.& Dyn.& sic tex.ibi dicit aliud esse in stipulationibus prætorijs aliud in alijs.Nec obstat prædictis.d.l.iam tamen.§.pe.quia ibi omnes hæredes veniebant ad defensionem,& dabant diuersos procuratores,ideo cōtra omnes committitur stipulatio:quia omnes peccant in eo: quod non concordant in vno,sed in quæstione nostra,ille solus peccat: qui non defendit.Item non ob.j.eo.l.cum ex causa.Debetis enim scire ꝙ stipulatio duplę quandoq; est prætoria,vt quando promittitur pro seruo.tunc em̄ descendit ab edicto ædilitio.Quandoq; non est prætoria,vt quando interponitur pro alijs rebus pretiosis.vt.s.de euict.l.emptori.No.per glo.s. de ædil.edil.l.quòd si nolit.§.quia assidua.& dicā.j.l.proxi.Dico ergo ꝙ

25 †l.cum ex causa.loquitur in stipulatione duplæ:quando nō est prætoria: aliàs dicerem idem,quod in alijs prætorijs propter generalitatem illius

26 §.Iul.Ista sunt subtilia & vtilia.¶Tertiò quæro,†aliquis promisit non excipere.vtrum videatur promittere factum diui duum,vel indiuiduum?dicit Petrus factum diuiduum:nam stipulatio amplius non agi:est diuidua,sed excipere est agere,vt supra de exceptio.l.prima ergo &c.Tu dic aut est talis exceptio,quæ opposita ab vno hærede facit preiudicium actori,quo ad eum tantùm , non quo ad alios : & dicitur stipulatio diuidua , quia tantam vtilitatem assert in parte obseruantium,quantam in toto , si omnes obseruassent. Aut est talis exceptio , quæ opposita ab vno herede , facit preiudicium actori : etiam contra non opponentes , quod accidit quandoque propter officium iu-

dicis:vt.s.de procu.l.filiusfami.§.veterani.& de po
stu.l.quos prohibet.qñq; propter connexitatē; cau
sarū:vt.j.de appel.l.scio.§.j.&.l.si quis separatim.
§.fi.& tunc iudicabitur indiuidua:qa obseruata ꝓ
27 parte nō affert vtilitatē.¶ Quæro quartò.aliqs † te
neť mihi ad agēdū cōtra aliquē:vt in casu.l.cū ī plu
res.§.messem.s.loca.&.s.de leg.j.l.si sic.§.fi.vtrum
ista obligatio cōtineat diuiduū,vel indiuiduum?di.
cit Pet.Aut qs debet agere noīe suo:& ista actio cō
tinet diuiduū:qa inter hæredes diuiditur p.l.xij.ta.
bu.vt.C.fami.erci.l.ea quæ.Aut debet agere noīe a
lieno:& tūc cōtinet indiuiduū:vt.j.sol.l.ia tñ.§.pe.
Certè illa.l.nō probat hoc:imò in hæredibus acto.
ris indistinctè pmittit diuisionem iudicij.Dic ergo
secūdū Iac.de are.& dñm Old.ꝙ illa est regula, ꝙ
diuisim possunt agere plures hr̄des vt.l.iā tñ.§.pe.
nulti.Fallit vbi natura negotij requirit simul & p
vnū agi:vt.s.de ędi edi.l.quòd si nolit.§.si plures.&
a fami.erc.l.si familię.[a]Ita no.dicti doct.in.d.§.pe.itē
hoc verū,nisi actio cōtineat indiuiduū:vt dicā.j.pro
28 xi.q.¶ † Quintò quæriť pone ꝙ promisit quis am
plius non agere ea actione,quæ cōtineat indiuiduū:
vel ratū haberi aliquod indiuiduum:vtrū ista stipu
latio iudicabitur diuidua,vel indiuidua?Dicit Dy.
quòd tūc istæ stipulationes dicūtur esse diuiduæ,
qñ actio cuius cōtēplatiōe interponiť,cōtineat quā
titatē,vel factū diuiduū: aliâs si illa actio,cuius cōtē
platione interponiť cōtineat indiuiduū iudicabiť sti
pulatio indiuidua:arg.eius qđ aliâs dicem⁹,ꝙ illud
qđ est diuiduū de sui natura,rōne adiūcti iudicabiť
indiuiduū.s.de ma.test.l.si ista fuerit.§.hæc.q.Pe.
post multa verba dicit cōtrariū.Nam illa stipulatio
dicitur diuidua,q̄ si in parte obseruetť,affert eā vti.
litatē respectu ptis,quā obseruata in totū affert re.
spectu totius vt.s.dixi.sed hæc est hmōi in effectu,
ergo &c.nā si sunt plures hr̄des ,qlibet habet actio.
nē ad indiuiduū:sed ille,qui vult parere stipulatio.
ni,nō agit:licet alius agat insolidū:tamē nō cōsequiť
seruitutē vt.s.de ser.ru.p̄di.l.itinere.& dixim⁹ .s.e.
l.ij.§.ex his.Idē in stipulatiōe rē ra.hab.Cū ergo in
patte affert vtilitatem,ergo est diuidua.Indistinctè
ergo verum est,quod hîc dicitur,ꝙ stipulatio am.
plius non agi,& ratū haberi,sunt diuiduæ.¶ Quid
dicemus?Credo Dy.verum dicere per suas.ll. Non
ob.quod dicit Pet.nam falsum est,quòd afferat vti
litatem si obseruetur pro parte.nam aut loqueris in
seruitute formata,& tunc vn⁹ ex hęredibus non po
test partem remittere,quin alijs cōpetat integrum
ius:vt.s.de ser.l.pro parte.in fi.& quēad.ser.amit.l.
aquam.Aut loqueris in seruitute formanda, & tūc
agit vnus insolidū,quia habet affectionem. Et ista
actio habebit talē effectū:qa vel præstabit iste æsti
mationē pro parte alterius non agentis,vt.l.cū fili⁹.
in prin.de leg.ij.vel posset offm̄ iudicis īplorare, p
quod cogať alter cohæres,vel cōsentire sibi ,vel for
ti cōmittere,ne īuicē se īpediāt,vt.C.cōia de le.l. fi.
in prin.&.s.de iud.l.ī trib⁹.& sic apparet,quod nō
affert in parte tātā vtilitatē,quātā in toto:& sic est
indiuidua.Sed certè licet pręstet partē æstimatiōis,
diuidua debet dici:qa affert vtilitatē tantā in pte re
spectu partis,quātā in toto respectu toti⁹. ¶ Item
istud qđ diciť,ꝙ alter cohęres cogeť cōsentire: vel
sorte dirimere:nō est verū hoc casu.qa esset iniquū
ꝙ qs cogeretur consentire hęredi malè faciēti,& cō
tra ꝓmissionē defuncti,sed potius ille agēs debe.
ret cogi nō agere.vt.s.fa.erc.l.hęredes.§.an ea.&.§.
in illa.Concludendo ergo dico,ꝙ in seruitute for.
mata verum dicit Dy.Itē in seruitute formanda. si
ponā hęredē:q agit habere totū fundū.cui seruitus
debet cōstitui,ita ꝙ dissensus aliorū nō īpedit,& sic
haberet locū.l.itinere.aliâs verū dicit Pet. Itē licet
stip.ľo rē ra.ha.sit indiuidua,tñ qa prætoria est, cō.
mittiť solū cōtra hęredē cōtra faciētē,vt hoc.§.ī fi.
29 &.s.dixi.¶ † Sextò quęro aliqs stipulatus est vsum
alicui⁹ fundi sibi & hęredibus suis,iste decedit plu
ribus hęredib⁹ relictis:nunquid qlibet habebit totū
vsum:an quilibet partem vsus.Debetis em̄ scire,ꝙ
licet vsusfruct⁹ sit diuidu⁹,tñ vsus est indiuidu⁹.vt
s.de vsu & habi.l.vsus pars.Dicebant quidam quòd
hîc,vt in alijs stipulationibus seruitutū realiū:q̄ sunt
indiuiduæ,quilibet hæredum habet actionē insolidū:tñ prędiū seruiēs nō
in plus grauatur,q̄ si esset vnus dñs:vt.s.eo.§.ex his.ita hîc,quilibet hære
dū habebit vsum insolidū:cùm tātum pcipiēt,q̄tū fuisset necessitas testa
toris:& nō plus.¶ Aduertatis:quia hîc dicūt ipsi ex æquitate:nā nō pro.
cedit secūdū pūctū rōnis:debetis em̄ scire,quod seruitutes reales cōstituū
tur secūdū indigētiā prædij dominātis:vt.s.de ser.rust.pręd.l.ergo.§.fi.sed
prædiū nō eget plus,si est pluriū,q̄ si sit vnius:& ideò licet habeāt plures
actiones insolidū:tñ nō cōsequūtur plus,q̄ vnus:sed seruitus vsus cōstitui
tur secūdū indigētiā psonæ:vt insti.de vsu.& habit.§.j.sed plures psonæ
plus indigēt,q̄ vna:& sic videreť,quòd qlibet deberet habere vsum pro
se:tñ qa hoc videť incōueniēs:ideò sic dicūt prædicti docto.Pe.aūt in ista
materia mētē iuris subtiliter inspiciēs,dicit ꝙ si eēnt cētū hæredes, quili
bet,habebit vsum insolidū:& qlibet pcipiet secundū necessitatē suæ pso.
næ.Hoc sic ostēdit:quædā sunt,quæ directò descēdūt à persona defuncti
ad hæredē:vt stipulatiōes & obligationes psonales: & quædā iura realia:
& illa vel diuidūtur inter hæredes:vel si sunt indiuidua,habet locū quod
s.dixi.Quædā iura psonalia,quæ ad hæredes nō trāseūt,vt vsus & vsusfru
ctus:& in istis,si aliquis stipulať sibi:& hæredibus suis:hæredes nō habe.
tio debet cōmitti propter factum:& tunc consideratur persona minoris,
cũ nō solũ ex cōtractu facto à maiore cōmittat̃: sed etiã ex facto minoris.
3 & istud vult dicere glo. ¶†Et istã glo. bene no.doc.in aut. quas actiōes.C.
de sacro.eccle.in.q.illa.vtrũ priuilegiat[9] succedēs nō priuilegiato, vtat̃ pri
uilegio suo: debes limitare. Quãdoq; cōmittit̃ propter nō factũ simplici-
ter: vt quia pecunia nō soluit̃ debito tempore posito in cōtractu:& tũc mi
nor nō vtitur priuilegio suo. Quãdoq; propter non factum, aliquo tamen
gesto cũ minore, seu cũ priuilegiato:& isto casu vltimo vteret̃ priuilegio
suo. Exemplũ obligatio nō habet diem: interpello hæredē minorē, quòd
solueret: nō facit.& pone qđ defunctus nō fuerat in mora: tũc quia ex per
sona hæredis minoris mora cōtrahit̃, haberet restitutionē ex p̃sona sua.&
gloss.videtur facere istã limitationē in.l.si cũ militãtibus.C.de restit.mili.
& gl.videtur tãgere in.l.qui in alterius.j.de reg.iur. Habes ergo, quòd quã
doq; cōmittit̃ p̃pter factũ,& tũc vtitur priuilegio, vt hic: aut propter non
factum. Et tunc aut nihil est actum cum priuilegiato:& nō vtitur priuile-
gio suo. Aut aliquid est actũ:& tũc potest: vt glo.in.l. si cũ militãtibus.C.
4 de resti.mi. ¶†Quæro hæres succedens in rem emphyteuticã, non soluit
pēsionē: an cadat à iure suo? Et glo.in.l.ij.C.de iur.emphy.in vlt.glo.dicit,
qđ cadit: sed datur restitutio. Idē tenet Dy.hic,&.d.c.cũ qs in ius.& Spec.
de emphy.§. cũc aliqua.versi.xviij. Pet.dicit, q̃ nō restuit̃: quia cōtractus
habuit originē ex persona maioris:& nihil est gestũ cũ hærede: ergo &c.
vt.l.j.&.ij.C.si aduer. vē.pig.& hoc videt̃ sentire Cy.in.l.ij.de iur.emphy.
in.xij.qō. sed hoc nō placet. Quare dic: aut enim hæres vult restitui priui
legio suæ personæ: quia minor, vel miles:& nō potest, si nihil est gestũ cũ
c eo: vt supra dixi. Aut vult[c] restitui ex causa iustæ ignorãtię:& sic ex clau
sula generali.& istud nō cōtinet priuilegiũ: quia etiã ipsi defuncto cōpe-
teret, si iusta ignorãtia incideret.& tũc potest indistinctè restitui, siue mi-
nor, siue maior: vt dixi.s.in p̃io cōtrario. Et sic intelligo dictã.l.j.&.ij.C.si
d aduer.vē.pig,& de mino.l.ęmili[9].qđ est verisimũ,& notãdũ[d]. ¶ Quæro,
qũo potuit heres absens impedire? Glo.timore huius dicit, q̃ hęres fuit ab-
sens tēpore interpositę stipulatiōis: erat tamen pręsens cũ prohibuit. Ita
colligitur ex duab[9] gl.super ver.videt̃.& sup verbo absit. Alij dicunt, quòd
verè erat abseus: sed forte colonus, vel p̃curator eius impediuit,& tenetur:
qa debuit curare stipulator, ne impedirēt̃.vt.j.l.p̃xi.& hoc est verũ.vt ibi
e dicam.& hoc sentit glo.super ver.oportet[e]. ¶ Quæro, quid si pupillus ha
beat tutorem,& eo volente prohibuit? certè stipulatio committitur, vt.s.
eo.l.si ex legati.cũ.l.seq.sed daretur restitutio. Idē in adulto habente cu-
5 ratorem. Quid in non habente? dic, vt.d.l.si ex legati. ¶†Vltimò ex præ
dictis apparet cognitio, quæ sit contumacia procuratoris,& quæ domi-
ni. Nam si procurator est contumax, vel negligens: nullo actu celebrato
cum eo dicitur contumacia domini, non procuratoris. Verbi gratia, citat̃
dominus: ipse constituit procuratorē, qui non comparet, certè est dñs cō-
tumax, quia cũ procuratore nil est gestũ, sicut hîc dicimus, qñ nil est gestũ
cũ hærede defuncti, dicit̃ mora defuncti. Itē si dñs debet soluere, vel ali-
quid facere certa die, facit procuratorem ad istud faciendũ, qui nō facit, di
citur mora domini, non procuratoris. Non enim excusatur, quia manda-
uit, quod ipse facere debuit, vt.l.si procurator.§.si tutores.s.manda.vbi est
tex.not. Sed si cũ procuratore esset aliquid gestum, quia ipse fuit citatus,
vel interpellatus, tunc ex contumacia procuratoris sicut.s.dixi, q̃ est cō-
tumacia

a ¶ Pupillus. intellige secundùm Ia.de Are.in pupillo non doli capace, nō in proximo pubertati, quia tunc committeret̃ stipulatio in sua persona.l.j.§.hoc edicto.s.ne vis fiat ei.&.l. impuberem.j.de falcid.& hoc etiam sequitur Raph.qui dicit hanc limi.primo fuisse Dyn. Idē sequitur Alex.

b ¶ Debet explorare. Adde, q̃ concordãt Ang.Imo.& Pau.de cast.

c ¶ Aut vult. De ista clausula, si qua iusta causa, vide Bar.in.l.æmilius.de mino.& in l.si infanti.C.de iu.deli.&in.l.qui duos.ff.de re.du.& in.l.ij.C.si aduer.ven.pig.& q̃ remisi ad.d.l.ęmilius.& in.l.ij.C.de iur.emp.vbi tenet gl.& Salyc.in d.l.ij.C.de iure emphyt. dicit q̃ cōiter doc. sequũtur glo. Idem voluit i.l.ij.si aduer.ven.pig. Andræ. Barba.

d ¶ Et notandum. Adde q̃ idem no. Bar.in.l.ad diem.s.eo.& in.l.ęmili[9] s.de mino. Ange. in.l.si insulã.i.vij.fallē.j.eo.& in.l.sed & si sub conditione.s.de hær.insti. Bal.in.l.fi.§.j.si pen.appe.mors inter. Pet.de anc.& Imol.in.c.potuit.de loca.& facit secũdùm Ale. quod voluit Bar.& Ange.in.l.j.§.si qs aũt.s.de itin.actuq; priuat. vbi tenent, q̃ licet currat præscriptio ignoranti: tamen poterit petere restitu.in integ. ex dicta clausula generali.cum ignorantia tribuat iustum impedimētum,& idem dicit tenere Spec.in ti.de præscr.§. illo.versi.sed pone colonus. Ange.in.l.fi.si quis test.li. esse ius.fue.& in.l.ij.de præscri.lon.temp. Io.de Imo,in.c.fi.de præscr.& Abb.in.c.vigilanti.eo.tit. Imol. in.l.Pantoni[9]. de acqui.hær. inquãtum ipse Alexã. non audet firmare, quòd aduer.præscript.xxx.ann.vel.xl.non detur restitutio, dic quòd Ro.consil.cccvij.tenet quòd non detur restō, nec etiam ecclesię, nisi in aliquibus casibus.vt ibi per eum. Et idem de priuato voluisse videtur Paul. de cast.consil.mihi.ccxcvij. Et quòd hæres emphyteutæ ignorans non cadat in pœnam, in effectu voluit dominus Petrus de Ancharano.consilio.clxxiij.& dictum domi.Dyni sequitur Baldus consilio.ccv.&.cclxxv.iij.lib.

e ☞ Hæc glossa.super versicul.oportet, non habetur in exemplaribus cōmunibus.& ideò in perquirendo tempus ne teras. Alexander losæus.

tumacia hæredis,& tunc recurrimus ad illã materiã,an cõtumacia procu-
6 ratoris noceat dño tetigi.s.de dã.infect.l.q̃uis. ¶ †Sed quid si in casu præ
dicto,quando cũ procuratore nil est gestum,procurator nõ fuit cõtumax
sed fuit iusto impedimento impeditus? Respon. si causa excusationis in p
curatore esset priuilegium personæ:hoc nõ posset allegare dñs:vt.s. de
mino.l.cũ mandato.sicut nec hæres.s.dixi.Sed si causa excusationis esset
casus fortuitus,quẽ posset allegare dñs,si in eius personam contigisset po-
terit allegare,vt.l.cum à matribus.C.qui pe.tut.& extra de pig.c.significã
te.sicut posset hæres ignorantiam,vt dixi.& hæc sunt notabilia.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio facta die feriata,uel in alio loco,quàm destinata sit solutio,ut soluat tamen loco conuento,an ualeat? & an etiam ualeat interpellatio facta ante diẽ ut soluat ante diem? nu.2.*

1 Si promissor. ¶Interpellatio facta non congruo tempore,
non constituit quem in mora.h.d. ¶ †Quæ-
ro,feci protestationẽ die feriata,vt.l.cum deberes soluere Florentiæ,inue
ni te Perusij,fui protestatus,vt solueres Florẽtiæ.de hoc per Cy.in.l.in mi
norum.C.in quib.cau.in integ.resti.nõ est neces.vbi tenet,q valet, quia
sufficit cõferri in tps licitũ,vel locũ licitũ,vt.l.in tps.s.de hære.insti.l.fi.de
offi.præfecti vrbis.Sed in eo,quod dicit de die feriato,nil ad ppositũ:cum
hec interpellatio sit actus extraiudicialis,vt dixi.s.e.l.si ex legati cã.&.l.si
... ergo dies feriata nõ curatur,vt.C.de ferijs.l.dies. ¶ Sed†pone[a] inter
pellationem factam ante diem,vt solueret post diem:& valet.sed hîc fuit
interpellatus vt solueret ante diem.De loco puto,q verũ dicat,& si credi
tor est eius fori,nõ habet necesse dicere,protestor,q soluas Florẽtiæ in ta
li hospitio,sed sufficit simpliciter dicere:q soluat,cũ extunc teneatur reus
eum quærere in loco suæ habitationis.aliàs si nõ esset eiusdẽ fori, debet
exprimi loc9 ciuitatis,& deberet creditor ostendere se illa die ibi fuisse,&
tutius est q omnia in protestatione declaret.arg.j.quod vi,aut clam.l.aut
qui aliter.§.j.& prædicta probantur.de consti.pecu.l.item illa.& ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Abstinere à malo nisi fiat,quod bonum est,non sufficit.*
2 *Faciens quietationem de pecunia sibi debita,& promittens ulterius non petere sub pœna,si procurator eius generalis,non ipse petit,quãdo pœna committatur?*
3 *Dominus dicitur prohibere re ipsa procuratorem,ne petat,si non dat sibi instrumẽta necessario ad causam facientia.*

LEX L.

1 In illa stipulatione. ¶†Nõ sufficit abstine
re à malo:nisi fiat, qd
bonum est.h.d.¶ Opp.q factũ alienũ nõ videt qs promittere
vt.s.e.l.stipulatio ista.in prin.Glo.nõ soluit,vñ dic, q hîc vr
factũ suũ pmisisse:demũ alio ĩpediẽte tenet,si eũ poterat phibere . aliâs
nõ.s.loc.l.si fundus.&.l.fluminũ.§.q̃q̃.de dã.infect.secũdùm Pet.& Ol.
Vide gl.q̃ ĩcipit.vt.s.de hære. vẽ.ibi q aũt.Sed hîc,& in pcedẽtib9 concor
dat in idipsum,cuius acquisitionẽ ĩpediuit,futur9 erat obligari ex pcedẽti
cõtractu:ĩ cõtrario sec9.Vel loqt in cõtrario de actiõe,q̃ dat cõtra aliũ,hîc
2 de ea,q̃ dat aduersus ipm nõ lucrãtẽ.¶ Pro declaratiõe hui9†.l.q̃ro,aliqs fa
cit quietationẽ de pecunia sibi debita,& pmisit vlteri9 nõ petere sub pœ
na,ipse nõ petijt:sed procurator ei9 gñalis,an cõmittat pœna? vr q nõ,
quia nõ venit in gñali mãdato,vt.l.si pcu.cũ si.de cõ di.inde.Et hoc puto
verũ,si qs ageret ad pœnã,tanq̃ dñs petierit,vel peti fecerit.Sed si qs age
ret ex alio capite tacitè intellecto,scilicet,quia debuit curare,ne peteret,
scilicet ab ipsis,quos ipse poterat prohibere:vt à pcuratore,vel à filĩ, tũc
pœna cõmitteret,& exigi posset.Casus est hîc,&.s.l.pxi.§.in hac.& ibi
dixi.& gl.&.l.inter stipulãtẽ.in prĩ.secũdũ sol.Ioã.j.c.Nã est quasi ĩ cul
pa,q pcuratorẽ nõ monuit,ne à tali peteret.Et idẽ in filĩ:vt.s.mã.l.si fide
iussor.§.j.cũ si.¶ Et pdicta vera in obligatiõe,vbi ipse tacitè,vel expsè est
obligatus curare &c.vt hîc.aliâs sec9.Tunc eñ requiritur,q habeat faculta
tem prohibẽdi eo tpe:quo aliquid illicitũ fit.vt in.l.in delictis.in princ.&
l.iij.de noxa.secus si nullũ haberet mãdatũ.j.rẽ ra.ha.l.pcurator.Vel dic,
si esset procurator spãlis ad hoc,vt nõ dicat cõtra illũ facere,añ cõtestatio-
nem:debet dñs sibi denũtiare,vt d.l.si fideiussor.§.j. Si gñalis:& tũc idẽ in
3 his,quæ ipso facto expediunt,vt.s.l.proxi.§.in hac.In his†quæ expediunt
in iudicio,satis videtur prohibere re ipsa,si facit ne instrumenta ad procu
ratorem ipsum perueniant.arg.j.rem ra.ha.l.amplius.& hoc plus placet.

SVMMARIVM.

1 *Verba dubia in stipulationibus conuentionalibus interpretantur ex mente contrahentium,in prætorijs ex mente Prætoris.*
2 *Stipulationi prætoriæ,si aliquid additur,uel detrahitur,an dicatur conuentionalis,uel remaneat prætoria?*
3 *Stipulatio,quæ ab inuito extorquetur,dicitur prætoria.*

LEX LII.

In conuentionalibus. ¶Secundũ opi.
quã puto verio-
1 rem.h.d.Verba†dubia in stipulationibus conuentionalibus in
terpretantur ex mente contrahentium,in prætorijs ex mente
prætoris.h.d.¶ Ibi dant,subaudi,& ideo eorũ mens in ambiguo sermone
seruatur,vt.s.eo.l.eũ,qui in prin.de reg.iur.l.semp.
Ibi,detrahere subaudi per ĩterpretationẽ verbi am-
bigui,quia eorũ mens interpretata est à prætore.
¶ Et hæc.l.secũdùm quod ex gl.possum colligere,
habet duas lect.vnam in stipulatione interposita,
aliã in stipulatione interponenda. Secũdũ primam
op.j.de pto.stip.l.j.in fi.Sol.nõ licet detrahere sine
licẽtia ptoris viui,vt remaneat ptoria,sed trãsit in cõ
uentionẽ.At hîc volebat detrahere p interpretatio-
nem verbi ambigui,quod volebat interptari secun-
dùm mentẽ ipsius stipulãtis,vel promittentis,qd
quidẽ nõ licet,qa debet interpretari ex mẽte prẹto
ris:vt hîc,& in contrario.¶ Alius ergo est modus
concludendi,qñ petit declaratio verbi ambigui in
stipulatione prẹtoria.alius in conuentionalibus, qa
hoc posset principaliter peti.dixi ĩ.l.stipulatio ista.
§.in stipulationibus.s.eod.¶ Secũdo modo legitur
in stipulatione interponenda,tunc opp.de.l.j.§. sti
pulatio duplæ.j.de præto.stipu.Sol.non licet adde
re,vel detrahere,vt remaneat prætoria.quia efficitur
conuentionalis.arg.s.de iust.& iure.l.ius ciuile.aliâs
non licet addere,vel detrahere de necessitate,sed ex
partium conuentione sic.& hæc est vera.¶ Sed quẹ
2 ro,†cum additur vel detrahitur,an remaneat præto
ria,vel efficiatur conuentionalis? Quicquid hîc di-
cat glo.tu dic,aut additur vel detrahitur aliquid cir- a
ca id,quod nõ erat ab edicto prætoris mortui limita
tum,vel alia lege,sed erat in iudicis cognitione posi-
tum.& tũc remanet prætoria,quia hoc fit de men-
te prætoris.Quid eñ aliud agit prætor,nisi vt par-
tes componãt,vt.l.j.§.post operis.s.de ope.no.nũ.
& est tex.in.l.si finita.in princi.s.de dã.infect. Aut
additur,vel detrahitur,circa illud,quod à prẹtore est
limitatum,& tunc aut talis adiectio, vel detractio,
inducit diuersitatem in qualitate obligatiõis,& tũc
efficitur conuẽtionalis,quia alia res est:vt.l.j.§.si qs
simpliciter.s.e.& qd distinxi.e.l.§.fi.Aut in quali
tate nõ inducit diuersitatẽ:sed ĩ quãtitate, vel alte-
rius rei adiectiõe,& tũc remanet prætoria,vt patet
in adiectiõe pœnæ,vt.l.fi.j.de præto.stip.facit.s.l.j.
3 §.si stipulãti,& qd distinxi ĩ fi.l.j.†¶ Quæro,qua
liter hoc intelligatur prætoria? dicit Dy.oĩs,quæ ab
inuito extorquet,vt.l.j.de pto.stip.qd satis placet.

a ¶ Sed pone.Si est eiusdem fori,reus cum actore,debet ire ad domum. vide gloss.singu.in d.l.item illa.de consti.pe.Andrẹ.Barba.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio qua tenetur uenditor,non continet merum factum,sed mistum.*

Si quis vacuam. ¶Promissio tra-
ditiõis vacuæ pos-
sessionis,non continet nudum factum , sed causam
bonorum.h.d.ibi causam.subaudi necessariam con-
secutiuam traditionis,quæ est dominium,si tradens
erat dominus:vel vsucapiendi conditionem,si non
est dominus.¶ Opp.de.l.si rem tradi.s.eod.Timo
re huius contrarij, ista lex habet plures lec.vna, &
hîc intelligatur causa bonorum.i.interesse. ¶ Ad
istam op.de.l.iij.§.j.de act.emp.&Item op.de l. si
stipulatus.s.de vsu.sol.vt in glo.m plene dicam.j.e.
l.si filius.§.j.¶ Secundo modo legitur,quòd expo-
natur causa bonorum.i.dominiũ, vel vsucapiendi
conditio.tunc ob.contrarium.Respon.quia aut prẹ
cedit contractus,ex cuius natura quis tenebatur ad
translationem dominij,si est dominus,vel vsucapiẽ
di conditionem:vt contractus emptionis, & vendi.
vt.l.ex empto.in princi.s.de act.empt. & procedit
ista lex.Aut talis contractus non procedit, & tunc
1 secus:vt.d.l.si rem tradi.¶ Ex quo no.†q obligatio
qua tenetur venditor non continet merum factum,
sed mistum:vt hîc patet. No.glo.in.l.certi condi.
ctio.in prin.s.si cer.pet.& dicam latè in.l.stipula-
tiones non diuiduntur.

LEX LIII.

Stipulationes com-
modissimum.Clausula generalis,non refer
tur ad specificata.

LEX LIIII.

In stipulationibus.
¶ Stipulatio specierũ diuiditur in quotas:
stipulatio generum diuiditur numero.h.d.

a ¶ Hîc in melius. Adde quod Alex. cõtra, per casum in. l. si is qui rem. . §. Iu. j. de fur. & insti. mã. §. & huic. & in. l. si quis seruo. j. de sol. vbi habetur, ꝙ etiã si mutauit statum in melius, puta de seruo efficiatur liber, per hoc reuocatur mandatum. & hoc dicit tenere Bar. & alios in. d. l. si quis seruo Bal. in. l. mandatum. C. man. & cum hac opi. transit.

Operarum. ¶ Stipulatio plurium operarum, diuiditur numero: secus si vna opera. h. d. ¶ Oppo. de. l. stipulationes nõ diuidunt. j. e. Breuiter, opera nõ diuiditur, sed æstimatio sic. & illud contrarium examinabo, in. l. stipulationes non di.

LEX LV.

Cum quis sibi. ¶ Hæredi adiecto nõ potest solui. h. d. Et rõ est, quia in adiecto est merum factum, ne aliquid iuris sibi acquiritur. Videbis in. l. iul. j. eo. tit. Præterea, assimilatur mandato vt. d. l. Iu. §. j. & sic morte mandatarij finitur.

LEX LVI.

Cum qui ita. ¶ Qui stipulatur sibi, & alij decem, non de alijs intelligitur. hoc dicit.

Te & Titium. ¶ Expressio futuri hæredis nihil operat̃: & perinde habetur, ac si exp̃ssus non esset. h. d. iste §. Vel sic. non põt contrahens vnũ ex plurib⁹ hæredibus cotrahendo grauare. h. d. & habet. §. iste altam materiam non explicandã hîc, sed. j. eo. l. cõtinuus. §. vlti. vnde nõ põt cõtrahens vnum ex hæredibus grauare. ¶ Opp. s̈. de pac. l. auus. so. in cõtrario multũ gl.¹ inuoluit se. Breuiter ibi in pacto liberatorio, hîc in obligatorio. ¶ Sed videt̃ hoc cõtra. ibi & quauis conuenisset &c. dic ibi. ex postfacto, hîc in ipsa obligatione. ¶ Opp. de. l. cõtinuus. §. fi. j. eo. sol. vt ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Solui quando poßit adiecto ad obligationem?*

2 *Solui quando poßit monacho, uel procuratori, ex promißione eis facta.*

Qui sibi aut filio. ¶ Adiecto ad solutionem, etiã post emãcipationẽ põt solui: sec⁹ si adijciat̃ ad obligationẽ. h. d. ¶ Opp. de. l. cũ qs. j. de sol. Sol. ibi conditio mutat̃ in deteri⁹, hîc ĩ meli⁹ ᵃ. ¶ Op. de. l. Cai⁹. in fi. s̈. so. ma. vbi adiect⁹ est ad obligationẽ p dictionẽ aut, & sibi põt solui. & sic opp. duob⁹ modis. Primò, quia adiecto ad obligationẽ p dictionẽ aut, põt solui: hîc sec⁹. Sol. hîc adijcebat̃ ad obligationẽ quærẽdã alteri, ibi ad obligationẽ querẽdã ipsi adiecto. ¶ Secũdò opp. quia p dictionẽ aut: vr̃ adijci ad obligationẽ, qd' vr̃ cõtra hũc tex. Sed dic: 1 † qñq; stipulator adiungit sibi alium in obligatione, per coniunctionem copulatiuam, & tũc ꝓ sua parte valet obligatio, & ille habetur ac si nõ esset adiectus, vt. j. e. l. si mihi, & Titio. & hac. l. ĩ pri. Qñq; adijcit̃ p cõiũctionẽ alternatiuã aut, & tũc aut præcedit persona stipulatoris: & seqt̃ p̃sona adiecti: & tũc videt̃ adiect⁹: vt possit ei solui, siue sit fili⁹, siue nõ: vt hic. Aut præcedit p̃sona adiecti, & seqt̃ p̃sona stipulatoris: & tũc aut potest sibi quæri actio: & videt̃ tũc ad obligationem adiectus. aliâs si nõ põt sibi queri: tũc sibi solui põt: vt: l. Caius. in fi. s̈. solu. mat. & . j. de stipu. ser. l. j. §. pe. Et ibi habet̃, ꝙ idẽ est in dictiõe vel, qd' in dictione aut: quãtũ ad ꝓpositũ. ¶ Op. j. de stipu. ser. l. sed & si ita. sol. hic priò qs stipulat̃ sibi, & ali⁹ adijcit̃ p cõiũctionẽ aut: sec⁹ si duob⁹ alternatiuè stipulet̃: vt in cõtrario. vide tex. hic. ¶ Et opp. qñ ex p̃sona filij querit̃ actio patri: tũc filio põt solui: vt. l. qd' seru⁹. s̈. de po. de pac. l. si vn⁹. in princip. Sol. quãdoq; ex persona serui, vel filij acqrit̃ nobis obligatio, sine aliquo nostro facto: & tũc loquũt̃ cõtraria. Quãdoq; acqrit̃ nobis interueniente facto nostro: tũc loqt̃ hic. ¶ Et ex hoc 2 † apparet solutio quæstionis. ꝓmisi monacho ᵇ an sibi possum soluere? & dic, ꝙ si facto suo acqrit̃ obligatio Abbati, sine facto Abbatis, ei põt solui: vt ex p̃dictis apparet. Idẽ dico in procuratore. Nã si qs pecuniã mutuo accepisset à ꝓcuratore: vel cũ eo aliter cõtraxisset: nullo actu domini interueniẽte posset procuratori soluere. arg. expressum. j. de sol. l. ꝙ seru⁹. Sed quãdo interueniente actu domini, puta, qa actionem iam quæsitã domino deduxit in iudiciũ & fecit reũ cõdemnari: non potest procuratori solui: vt. j. de solu. l. hoc iure. cum simili.

SVMMARIVM.

1 *Tempus non est modus tollendæ, uel inducendæ obligationis.*

2 *Tempus appositum in stipulatione, quando dicatur adiectum causa limitandæ obligationis, uel causa differendæ solutionis?*

3 *Promittat si quis mihi. x. quo ad uiuam, si sum pauper, uidetur facta promißio causa alimẽtorũ, & stipulatio dicit̃ annua, aliâs secus, & debet̃ donec uiuã minuatĩ.*

4 *Exceptio quæ inest obligationi, uel actioni intentatæ, an debeat opponi per partem an uerò satis sit, quòd in allegationibus deducatur per aduocatum?*

5 *Debitor in die conuentus ante diem, si non apponat, an sibi præiudicet?*

Qui ita stipulatur. ¶ Obligatio sui natura, est ꝑpetua: & nõ finitur tẽpore ipso iure etiã ex partiũ cõuẽtiõe, sed ope exceptiõis. ᶜ qd' trib⁹ probat̃ exẽplis: h. d. ¶ No. ꝙ in initio tẽporis potest peti. ¶ 1 † No. ꝙ tẽpus nõ est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis: vt. l. obligationũ ferè. §. placet. s̈. titul. j. & . l. nemo potest. s̈. de lega. j. Habeo istum. §. pro subtili. & aduerte. ¶ Oppo. s. eo. l. qui hoc ãno. Solutio. ibi adiectũ fuit tẽpus causa differẽdæ solutionis: hic causa limitandæ obligationis, eo, quòd dixi quoad viuam. Itẽ causa multiplicandę obligationis, eo quòd intelligitur annuũ, vel menstruũ: vt. j. dicã. & hoc vult dicere gloss. super ver. cõfestim. & bene. ¶ Opponitur de. l. lecta. s̈. si cer. pet. solu. ibi tempus fuit adiectum executioni: hîc obligationi. ¶ Extra glossam opponit̃. dicit̃ in. l. nostra. post tempus petere non possum &c. Cõtrà de. l. si mandato Titij. §. Paulus respõdet. s̈. manda. vbi post diem videtur posse peti. Dy. format illud contrarium, & soluit bene. ꝙ ibi tempus fuit adiectum causa solutionis differẽdæ: hîc causa limitandæ obligationis. & illud est verũ. ¶ Sed vnũ 2 † est dubiũ, qñ dicatur tp̃s adiectũ causa limitãdæ obligatiõis, & qñ causa differẽdę solutionis: dicã latissimè. Qñq; dies apponit̃ cõditiõi: & tũc aut dies apponit̃ cõditioni affirmatiuæ: & tũc videt̃ appositũ ca̋sa limitãdę obligatiõis: & cõditio veniẽs intra tp̃s facit cõmitti obligationẽ: secus si veniet post tẽpus: vt. l. dãni. §. sa bini. s̈. de dã. ĩfect. Qñq; apponit̃ cõdõni negatiuę: & tũc vtrũ videat̃ adiectũ cã limitãdæ, vel cã differẽdæ: vidistis. s̈. e. l. ĩ illa. & . l. hoc iure. s̈. e. Qñq; dies appõit̃ dispõni, & tũc dies apponit̃ dispõni, p hãc dictionẽ ex: vt ex die calẽdarũ: & tũc videt̃ appositũ causa differẽdę solõnis: vt. l. obligationũ ferè. §. j. j. rñ. s̈. tit. j. Aut apponit̃ per dictionẽ ad: vel per dictionẽ quoad: vel quousq;, & si. tũc aut p̃cedit obligatio, in qua adiectũ est tp̃s causa multiplicãdę obligatiõis & tũc causa limitãdę obligatiõis videt̃ facta vt ꝓmittis mihi dare x. ãnua quoad viuã: vt hic in. §. nostro. Aut præcedit obligatio simpl'r: & tũc aut obligatio cõtinet aliqd, qd' habeat cãm successiuã, vt pacti: & tunc videt̃ apponi cã limitãdę obligatiõis: vt hic. vlti. rñ. & . l. iiij. de serui. Aut cõ-
d tinet aliqd, qd' cãm habeat momẽtaneã. & tũc causa differẽdę ᵈ solutiõis videt̃ facta: nisi cõtrariũ agãt cõtrahẽtes, ꝙ causa limitãdę obligatiõis fiat: vt l. obligationũ ferè. §. j. ij. rñ. & ibi no. s̈. ti. j. & . l. si mãdato Titij. §. Paul⁹ rñdit. s̈. mã. & . j. ꝓxi. §. & . j. eod. l. ad diẽ. & . C. e. l. magnã. cũ si. ¶ Quero 3 † ꝓmittis mihi dare. x. quoad viuã: qd est hoc dictũ? intelligiturne de vna. i. semel. x. tm̃: aut de. x. anuis. Tex. hoc non declarat. sed gl. j. dicit mẽstrua. & habem⁹ tex. s̈. de an. arg. l. legatũ. vbi dicit, ꝙ debem⁹ intelligere ãnua. Pet. nõ hic, sed alibi dicit: ꝙ ĩ stipulatio nõ debet itelligi de ãnuo. & sic ĩ. l. legatũ est speciale fauore vltimę volũtatis. facit. l. pe. eo. tit. de an. le. & gl. videt̃ sentire ĩ. l. legatũ. ¶ Quid dicem⁹? dubito in hoc, sed reducerẽ me ad tex. in l. cũ hi. §. si in ãnos. s̈. de trãsac. vbi dicit̃, si est persona pauper: tũc pręsumit̃ causa alimẽtorũ: sed si nõ est persona talis, secus. Ex hoc dico, quòd primo casu, qñ pro alimẽtis, præsumitur annuum. àliâs secus. Sed videtur, ꝙ aliquid det annuatim, donec viuat ¦ minutatim, ita quòd in summa ascẽdat dictam quantitatem, vt. l. si cum præfinitione. in princip. qñ di. le. ce. facit
e qd' dixi. s̈. e. l. si Stichũ. §. j. ¶ Moueo ᵉ tibi vnum dubium, 4 † hæres egit, nõ fuit sibi opposita exceptio pacti. Modò in allegationibus dicitur allegãdo, quòd sibi obstat exceptio: an sufficiat? & hic tex. videtur requirere, ꝙ
f opponatur exceptio. Dico sic, quandoq; exceptio inest ipsi obligationi, ᶠ vt in pactis incontinenti appositis, vel in pactis, quæ tacitè intelliguntur, vt. l. lect. §. dicebã. s̈. si cer. pe. & in. l. iurisgentium. §. quinimo. s̈. de pac. Et ĩ
a his nõ ẽ op⁹, ꝙ ps oppõet, qa ipi actiõi ᵃ inest, & sic actor ꝓponẽdo actionem, proponet

b ¶ Monacho. Limita, vt hîc p Alexan.

POMATES.

c ¶ Ope exceptionis. Aduerte ꝙ q emit cũ pacto de retrouendẽdo intra certum tẽp⁹, ꝙ illo elapso amplius nõ tenet̃ illo iure retrouendere & est liberatus. tex. est in. l. ij. per quẽ cõsuluit ang. cõsi. suo. cxcix. inci. rẽ q emit. C. de pact. inter empt. & vẽ. & est bon⁹ tex. i. l. si à te, aliâs sane, e. tit. Itẽ aduerte, ꝙ partiũ cõuentione finiret̃ ipso iure, qñ hæredes ad quos trãsire debet definer et interesse. Iste est tex. quẽ ibi põderant Tortus & Deci⁹ in. l. ex conuentione. de pac. & vide Berẽ. in. c. ad nostram. in fi. de emptio. & Sozi. cõsi. ccxlj. col. xv. ad fi. & seq.

d ¶ Causa differendæ solutiõis. Adde, ꝙ hîc sequitur Ang. Imo. Paul. de cast. & Alexã.

e ¶ Moueo. vide Bart. in. l. lectã. si cer. peta. & in. l. exceptionẽ. C. de ꝓb. Bal. ibi addit ꝙ poterit actor condẽnari ad duplicatas inducias. vide. d. Ant. Ioã. de Imo. & . d. Ab. in. c. exceptionẽ, de excep. vbi trãseunt cũ Bart. sed Saly. in. d. l. exceptionẽ. aliter loquitur, vide oĩno Bald. & Saly. & Ang. in. d. l. lecta. vbi trãseunt cũ Bart. sed Pau. de cast. & Lud. ro. ibi cõtradicũt. vide Lud. ro. in consi. lxxiiij. incip. in cã notabilis. vbi pulchrè loquitur quo ad istum casum. Bart. vide Lud. ro. in consi. ccxlj. vide Bald. in. l. ordinarij. ad fi. C. de rei ven. vbi dicit idem in rçplicatione. dixi in. c. fi. de ordi. cog.

f POMATES. ¶ Quia ipsi actioni. Quando actio habet in se exceptionẽ, non est necesse, ꝙ cõtra eã opponat̃ ipsa exceptio. de qua decisione, vide aliquid per. d. Alex. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. & in. ij. sol. glo. ad. l. qui cũ tutoribus. j. eo. tit. & ad verbũ facit, quod no. Bart. in. l. post diuisionem. in fi. C. de iur. & fac. igno. & vide Ro. consi. xlij. versi. iiij. hoc idẽ & . lij. & Barb. xviij. col. ij. vol. j. & . xxxvj. col. viij. volu. j. & Ro. lxxj. col. fi. & . ccxliiij. & Imola. cxxxvj. & vide Bar. & quæ ibi posui in. l. exceptionem. C. de proba. & do. Alex. consi. cxix. col. j. vol. j. & etiam Ias. in. l. filię de colla. & vide non ab re. Raph. cu. in. l. j. in prin. s. de ope. no. nun. vbi dicit, ꝙ nunq; videtur remota exceptio, quæ ex euidentia facti colligi põt. & Fel. etiã non ab re in. c. ad hæc. col. ij. de appel. & Bald. in. c. de testib⁹, extra de testi. & Ro. consi. cccclxxij. vbi dicit: ponẽdo pulchrũ exemplũ, ꝙ nunq; intelligitur remota exceptio, quæ descẽdit ex eodem fonte, quo descendit petitio. & Barba. in. c. super eod. col. fi. in prin. de offi. dele. vbi etiam ipse tenet hæc. Et latè etiam ad hoc do. Felin. in ca. ex parte. col. iiij. ĩ ver. x. fallit. de offi. dele. vbi etiã ipe, & ĩ pulchro casu Sozi. cõsi. lxvj. col. vij. vbi dicit, exceptio simulati. q ẽ ĩ istro p̃sumpta, nõ ẽ necessaria appõi.

a nem,proponet eam cum exceptiõe,quæ ſibi ineſt [a]ſui natura.vnde ipſi⁹
actionis expreſsio ſufficit aduerſario.Simile.ſ.de iureiur.l.ſi duo].patro-
ni.§.ſi quis iurauerit.&.§.Marcellus.& ideo hîc ſufficit hoc allegare tem
pore allegationis.Quandoq; exceptio non ineſt obligationi,ſed venit ex
trinſecus,vt eſt exceptio pacti poſteà facti,& oĩs exceptio, quæ par tiũ
conuentione nõ venit,vt exceptio met⁹,& erroris,& ſimiles,& tunc eſt
b neceſſe,ꝙ opponant̃[b],vt inſti.de excepti.per totum,&.ſ.man.l.ſi fideiuſ
5 ſor.§.quædam cum ſimili.¶ †Item quæro debitor in diem poteſt conue-
niri ante diem,ſed ob.exceptio:an habeat neceſſe opponere?& ſiquidem
pactum de dilatione fuit factum,poſt ex interuallo,debet opponi,vt in-
ſtitu.de exceptio.§.temporalis.Si verò ab ipſo initio fuit dilatio cõſtitu-
ta,adhuc debet opponi exceptio,vt.l.exceptio.C.de proba.aliâs ſequere-
tur cõdemnatio.Et aduerte,quia condemnatio ſequeretur ad quantitatẽ
ſoluendam tempore debito,non ſtatim.Ratio,quia iſta dilatio ineſt obli
gationi ad differendam ſolutionem,vt.l.j.§.diem.ſ.de edendo.Eadem ra-
tione ſolutio differtur.etiam ſi non opponatur,ſed quo ad impediendum
iudicium,quòd ſequitur abſolutio,quaſi malè agat ante diem , hoc non
ineſt.oppo.enim ad proceſſum non obligationi.Facit ad prædicta, quod
not.per Innocen.extra de exceptio.c.paſtoralis.Ex prædictis intelligis,
quid eſt dictũ pactũ ineſſe,vel non ineſſe,tu qui nunc intellexiſti ante.

Quinta ſtipulatur ante calendas. ¶ Oppo. de.
l.ſi ita fuerit libertas.ſ.de man.teſta. Gloſſ.dat tres ſolutiones, neutra eſt
bona.dic,debet intelligi ante calendas,ſcilicet finitas,& dic , vt dixi in.l.
qui ante.ſ.eodem.

Si a te ſtipulatus. ¶ Et breuiter.h.d.quòd ſolutum nõ in-
ducit liberationem,illud ꝓmiſſum nõ
inducit nouationem.Item ſolutione totius,liberatur debitor partis. h.d.
¶ Opponitur,quòd fiat nouatio,quia ſtipulatur partem eius,quod per-
uenit in primam obligationem.ergo &c.vt inſtitu.quib.mod.tol.obliga.
§.prætereà.Solu.vt in glo.& plenè dicam.j.eod.l.qui vſufruc.¶ Secundo
opponi.de.l.is cui.ſ.de actio.& obligat.Sol.hîc quælibet promiſsio erat
ex cauſa lucratiua,ſecus ſi vna ex cauſa lucratiua,& alia ex cauſa oneroſa,
vt in contrario.hîc videtur formari libellus,vt petatur vſuſfructus.Contrà
quia imò poteſt petere totum fundum.vt.j.eodem.l.Iulia.§.j.&.l.etiam.
infrà de ſolutio.Dicit glo.fateor contrariũ,quod non poſsit petere vſum
fructum.Contrarium not.ſuprà de leg.ij.l.Meuius.§.fundo.ſcilicet quòd
ſolus vſuſfructus petatur.& hoc tenet Dy.per hunc.§.& per.l.non quocũ
q;.§.fundus.ſupra de legatis primo.Ad leg.Iulian.§.j.& ad.l.etiam. Dy.
reſpondet.hîc ſoluta eſt pars rei,ſcilicet proprietas,ideo alia pars petitur,
ibi tota res erat ſoluta,ſed deficiebat aliquod ius extrinſecum,ideo petit̃
totum.Simile vidiſtis in.l.ſi ſtipulatus.§.primo.j.de ſolutionibus. ¶ Sed
iſtud dictum videtur contra.l.ſi ſt ita ſtipulatus.§.Titius.j.eodem. dicit
Dy.quod non contingit liberationi in aliqua parte,ſed in parte ſoluta eſt
in pendenti,ideo petere non poſſum niſi partem,vt.l.ſecunda.§. primo.
ſ.eodem.&.l.ſi non ſortem.§.ſi decem.ſ.de condictio.indebi.& tex.hîc,
quia nec ſoluendo &c.licet gloſſ. dicat quòd contingat liberatio in dicto
§.fundus.& malè.¶ Sed quę eſt ratio,quòd ſi debeo fundum,& ſoluo me
dietatem , tunc contingit liberatio immedietate, vt.d.l.ſi. ſtipulatus.§.
primo.ſed ſi ſoluo proprietatem nudam,non contingit liberatio in ali-
quo?Ratio eſt:quia obligatio fundi quo ad ſolutionem,bene eſt diuidua
per quotas,ſed diuidendo in proprietatem,& in vſumfructum , tunc eſt
indiuidua.Rationem huius collige ex his,quæ dicam in .l. ſtipulationes
non diuiduntur,& patet in tex.j.eodem.l.ſi ita ſtipulatus.§.primo. quia
non affert tantam vtilitatem in parte,reſpectu partis,quantam in toto re-
ſpectu totius.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſub conditione non poteſt in mora conſtitui negligendo ,ſed faciendo ſic.*
2 *Stipulatio ſequens,quando tollat effectum moræ præcedentis ſtipulationis?*
3 *Liberatio principali acceptilatione,non liberatur ille,qui promittit animo nouandi.*

Si hominem. ¶ Iſte.§.ſolet videri horribilis ſcholarib⁹,nec
poſſet extrahi intellectus.Sed aduerte,ſtipula
tio conditionalis animo nouandi moram præcedentem non purgat,& cũ
certum eſt ſecundam ſtipulationem committi non poſſe: ſtatim poteſt
agi ex prima.& re deficiente in conditionis euentum, ſecunda committi
non poteſt,ſecus ſi extat,licet prima obligatio ſit ſublata.hoc dicit.caſum
pone ſub nube.¶ Oppo.ſtipulatio ſequens purgat moram præcedẽtem,
vt.l.quoties.verſicu.vnde Marcellus.j.de noua.ergo homine mortuo pro
miſſor non tenetur:vt.l.ſi ex legati cauſa.ſ.eodem.Solu.huius timore.l.
iſta habet duplicem lectu.vna lectu.eſt,ꝙ mora fuit contracta per Titiũ,
poſt ſtipulationem animo nouandi interpoſitam,& ſic fatetur, ꝙ prima
fuit purgata,ſed propter nouam moram tenetur.¶ Sed contra de.l. pecu
niam.ſ.ſi cert.pet.vbi ſub contraria conditione,tenetur,ex prima obliga-
tione:ideo mora poſt ſecundam non poteſt comitti:quia ibi nulla poteſt
eſſe petitio:vt.l.nulla.j.de reg.iur.&.l.ſi pupillus.j.eod.Solu.dicunt qui
dam,quòd mora non poteſt contrahi negligendo:
ſed contrahitur faciendo.ſ.occidendo.¶ Contra, qa
dicit tex.ꝙ deceſsit poſt moram,ſed ſi ponis morã
præcedere caſum,tunc deceſsit propter moram,&
in ipſa mora.Glo.volendo ſuſtinere dicit,ꝙ primò
eum vulnerauit,& poſteà eũ occidit.& vide iſtam
lectu.in glo.ibi,alij quod hîc &c.vſq; ibi tertij . &
ad hoc tendit.j.eadem gl.ibi.vel dic &c.in ver.item
oppo.quia pendente &c.ibi:vel dic,ꝙ hîc poſteà
&c.& iſta ſol.videtur vera in ſe,ſed continet magnã
diuinationem.Alij reſpondẽt,ꝙ non poteſt eſſe in
mora.verum eſt ſi quidem ipſe promittit , ſecus ſi
alius,& vide glo.ibi verſi.illud quando &c.ſed cer-
tè tex.eſt,ꝙ non refert ſiue ipſe,ſiue alius,vt.l.pecu
1 niam.ſ.ſi cert.pet.¶ Et ex hac lec.† ſuſtinenda ha-
bes notare,ꝙ debitor ſub conditione, non poteſt
conſtitui in mora negligendo,ſed poteſt conſtitui
faciendo,& tenè menti.quia vera eſt in ſe.tamen qa
continet diuinationem,ideo ſecundo modo legit̃, a
quòd ante ſecundam ſtipulationem interpoſitam
fuit mora contracta.Contrà,ſtipulatio ſequens ani-
mo nouandi interpoſita,tollit & purgat præceden-
tem moram,vt.l.quoties.verſi.vnde Marcellus.j.de
nouat.Modò ſi eſt purgata,tunc interitu ſpeciei li-
beratur,vt.l.ſi ex legati.ſ.eod.¶ Huius timore con
trarij iſta lect.ſubdiuiditur in duas.Vna eſt : quòd
ſecunda ſtipulatio non fuit animo nouandi interpo
ſita,vt in prima glo.parua,ſuper verbo promiſerit.
& in mag.gl.ibi tertij,ꝙ hîc.Sed iſta eſt vera in ſe,
ſed ſi non eſt facta animo nouandi,non refert , ſiue
Stichus viueret,ſiue non,quia ex prima poſſet agi.
Sed illud eſſet contra tex.iſtũ,qui innuit,ꝙ non po
teſt conueniri niſi poſt mortẽ,ſi non eſſet nouatio
ante conueniretur.vt.l.ſcire debemus.§.fi.ſ.eo .Sic b
ergo legitur alio modo,ꝙ ſtipulatio fuit interpoſi
ta animo nouandi.Et pro ſolutione contrarij , dicit
gloſſ.ꝙ hîc fuit actum tacitè,non mora præcedens
purgetur,cum promittens voluit prouidere credi-
tori non reo promiſſori,quia non ratione promiſſo
ris fuit interpoſita,& vide in gloſſ.in principi. vſq;
ibi alij.Et dum dicit gloſſ.hîc pro ſeipſo &c.colligi
tur,quòd voluit purgare moram,ꝓpter ipſum de-
bitorem,ſed propter creditorem,& eius contem-
platione,quæ lect.videtur vera,& notabilis,& pro
batur ex text.quia ſi promiſiſſet quaſi fideiubendo
primo liberato per acceptilationem,liberaretur ſe-
cundus,qui vt fideiuſſor intercedit,vt.l.& per iuſiu
randum.§.& ſi fideiuſſor.infrà de acceptilatio.&.l.
iiij.§.nunc de effectu.ſuprà de libe.legat.In dubio,
puto fauore debitoris promitti,vt.l.fideicommiſſ.
§.interdum.ſuprà de legatis tertio.quod patet,quia
habet contra eum actionem nego.geſt.vt.l.ſoluen-
do.ſ.de negotijs geſtis.& infrà.de ſo.l.ſolutionem.
& quod in eis not.facit.l.Stichum.§.fin.j. de noua.
Alia ſolutio.eſt quod fuit actum expreſsè,quod nõ
tolleretur prima mora.& vide gloſſ.ibi quarti re-
ſpondent &c.Et iſtam tenet Dyn.quæ licet ſit ve-
ra in ſe,continet tamen diuinationem. ¶ Quæ eſt
eſt ergo vera ſolu.dic,quòd præcedens.Vel dic,ſe
cundùm Iacobum de aret.& Pet.& Andræ.de Piſ.
& domi.Rayñ.quòd ſequens ſtipulatio conditiona
lis animo nouandi interpoſita re abſente non pur-
gat effectum præcedentis moræ, ſecus ſi eſſet res
præſens,vt.l.quoties.verſicu. vnde Marcellus .in.
de nouatio.& ibi gloſſa tangit iſtam ſolutionem.
¶ Sed contrà,de.l.parui.ſuprà de condictione furti
ua.Solut.ibi fuit ſtipulatio animo nouandi facta pu
ra.ſecus,ſi conditionalis.vt hîc.& hoc modo debet
intelligi.infrà de ſolutio.l.qui decem.§.ſi cum mi-
hi Stichum.& iſta ſolutio.eſt ſatis nota.
2 ¶ Reaſſume† ergo tria,cum quæris :vtrum ſequens
ſtipulatio purget effectum præcedentis moræ, di-
ſtingue .aut ſtipulatio interponitur animo nouan-
di:aut non.Primo ſi quidem caſu,aut fuit actum ta-
citè,vel expreſsè , quòd effectus præcedentis mo-
ræ nõ tollatur,& tũc non tollitur,vt hîc,ſecundùm
vnam lecturam,quam tenet dominus Dynus. Aut
nihil fuit actum ,& tunc quidem aut erat pura ſe-
cunda ſtipulatio , & tunc prima mora tollitur :

a ¶ Ineſt. Adde quod per hoc voluit Ro.conſi. lj.

b ¶ Quod opponatur. Contrarium tenet Bart.in .l. ſi vnus .§.pactus ne peteret.ſ.de pact.

vt.l.parui.ſ.de condi.fur. Aut cõditionalis ſecũda,
& tunc aut res erat præſens, & tollitur effectus præ
cedentis moræ, vt.l.quoties.ver.vnde marcellus .j.
de noua.&.j.de ſo.l.qui decem.§.ſi cũ mihi Stichũ.
ſecundùm lect.moder.docto. Aut non erat pręſens
& tunc non tollitur, vt hîc, ſecundùm veram opinio
nem. ¶ Secundo caſu, quando non animo nouandi,
aut eſt res præſens, & non tollitur, vt.l.qui decem.
§.ſi cũ mihi Stichum.j. de ſol. ſecundùm lec. poſitã
in.l.parui.ſ.de condi.fur. Et circa hoc plenius diſtĩ
gue, vt.j.de noua.l.ſi rem in princi. Vltimò not.ꝙ
liberato principali acceptilatione, non liberatur il
le, qui promittit animo nouãdi, quod intellige, vt.ſ.
dixi.

LEX LVII.

SI quis. ¶ Effectus obligationis cõ
ditionalis tranſit ad hære-
des.h.d. ¶ Opp.ſ.eo.l.ſi decem cum pe
tiero. Sol. vt ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Dictio ſed, aduerſatur ad præcedentia.*
Nouatio, quando locum habeat, & in eius materia tria
iura conſiderantur.
2 *Vſuſfructus, an & quomodo ſit pars fundi?*
3 *Totum integrale quid ſit, & quid totum uniuerſale?*
Dominium pro dominio pleno, pro proprietate, pro uſu-
fructu & pro uſu accipi poteſt.
Omnis habens ius in re, poteſt dicere habeo dominium.
4 *Iter an ſit pars actus, & quomodo?*

LEX LVIII.

QVi vſumfructum.
¶ Si ſecunda ſtipulatio continet plus, ꝙ
prima, pręſumitur nouatio, ſecus ſi mi-
nus, niſi actum ſit expreſsè.h.d.iſta.l. ¶ Oppo.j.de
fideiuſſo.l.ſi à reo. Solu. vt in gloſſ. Oppo.de.l.qui
bis.ſ.eodem. Glo. fatetur contrarium, ꝙ valet ſecũ-
da, licet obſt.exceptio. Tu dic, vt ibi dixi, ꝙ non va-
let, niſi ſua interſit. ¶ Opponitur.C.de noua.l. fina
li.inſti.quibus mod. tolli.obliga.§.prætereà.vbi vi-
detur, ꝙ debet fieri nouatio. Sol. dicunt quidam fa-
teor, ꝙ ſit nouatio quando ſecunda ſtipulatio inter
ponitur ſuper eodem iure, verè vel interpretatiuè,
vt ibi ſecus ſi ſuper diuerſo omnino. Vnde dicunt
quidam, ꝙ in primo caſu huius.l. quando primò ſti
pulatus fuit fundum: ſecundò vſumfructum. quia
vſuſfruct⁹ eſt pars fundi, interpretatiuè fit nouatio.
Item quãdo ſtipulatur primò.x.deinde.v.quia iſta
ſunt verè pars, fit nouatio, ſecus quãdo primò actũ,
ſecundò iter: vel primò vſumfructum, ſecundò
vſum, quia iſta non ſunt verè pars: nec interpretati-
uè. Iſta recitantur hîc in vltima mag. gloſſa. & hoc
videtur probari ex tex.ibi, ſed qui actum &c. Natu
1 ra enim †huius aduerſatiuæ ſed, eſt aduerſari ad prę-
cedentem, vt.l.ij.& no.ſ.ne quis eum, qui in ius vo
ca.& de petitio.heredita.l.ſed & ſi lege.in princip.
&.ſ.de dam.infect.l.hoc amplius.§.de his autem.&
ibi not. Hæc opi. eſt falſa. primò in exemplo de .x.
&.v. vt hîc patet in tex. Item in exemplo de fundo
& vſufructu eſt contra caſum.l.eum qui ita.§.penu.
ſ.eo. Item prædicta ſunt contra caſum.ſ.eod.l.ſcire
debemus.ij.reſpon.vbi non fit nouatio, ſi ſecunda
continet tantundem, vel minus, ſecus ſi plus. & hoc
vult dicere iſte tex. Nec ob. dictio aduerſatiua ſed:
vt glo. hîc poſita dicit, & bene. ¶ Qualiter ergo re-
ſpondetur ad.§.pręterea, & ad.l.fin.vbi dicitur, ꝙ
iſto iure fiebat nouatio, ſi addebatur. & Petrus ſol-
uit. & malè. Cy. refert.in.d.l.fi. Nec etiam ipſe Cy.
2 bene ſoluit. ¶ †Vnde dic, ꝙ in materia nouationũ
tria ſunt iura. Primum ante tempora Digeſtorum.
& tunc fiebat nouatio, ſiue addebatur: vel non. & de
tali iure fit mentio in contrario. Secundum ius fuit
ius fforum, & iſto iure fiebat nouatio ita demum, ſi
ſecunda ſtipulatio continebat plus. ſecus ſi tantun-
dem, vel minus, niſi eſſet expreſſum, vt hîc: &.l.ſi
pupillus.§.qui actum.j.de nouati.&.d.l.ſcire debe-
mus.ij.reſponſo. Item tertium eſt ius.C.& inſtitu-
a tionum. & tunc nullo modo[a] fit nouatio niſi actum ſit: vt in contrarijs: &
tangit.glo.in.d.§.præterea: dicam plenius.in.l.pe.j.de noua. ¶ Vltimò,
3 †pro declaratiõe iſti⁹.l.& gl. q̃ro vtrũ vſuſfruct⁹ ſit ꝑs fundi, & iter ſit ꝑs
actus? & ſi gloſſa tãgit.hic. & exceptio rei iudic.l.ſi mater.§.ſi.quis iter.j.
de verbo.ſignifi.l.rectè dicimus.in princi. & vidẽtur ſibi inuicem cõtradi
cere. ¶ Vnde, pro huius euidẽtia ſciẽdũ eſt ꝙ quoddã eſt totũ integrale,
& partes integrales: vt domus, quę cõſtitit ex ſuis partibus. Itẽ.x.cõſiſtũt
ex.v.&.v.& ſic in alijs numeris, & corporibus. Quoddã eſt totũ vniuerſa-
le, & ꝑtes ſubiectiuæ, ſeu prædicamẽtales, vt genus, & ſpecies. Nã animal
eſt genus: & ſic totum. homo, bos, & ſimilia, ſunt partes ſeu ſpecies ſubie-
ctiuæ: quia ſubijciũtur dicto generi: & pręedicãtur de genere: quia ſi dico
homo eſt: ſequitur igitur animal eſt. & ſic dicitur pars prædicamentalis.
Hoc pręmiſſo dominiũ poteſt accipi pro quodã genere, pro dominio ple
no: vt ſupra de acquirẽdo rerũ dominio, per totũ. Itẽ pro proprietate nu-
da. Itẽ pro vſufructu ſimplici. Itẽ pro vſu. Omnis enim qui habet aliquod
ius in re, poteſt rectè dicere: ego habeo dominium illius iuris: vt.ſ.ſi vſuſ-
fructus.pet.l.qui vſumfructum.ſ.de acquirenda poſſeſſio.l.naturaliter.§
nihil commune. & iſto modo aſſumendo dominium: rectè dicimus: vſuſ-
fructus eſt pars dominij: hoc eſt, ſpecies: & ſic pars ſubiecta, ſeu prædica-
mẽtalis. Ita nota. ſupra de vſufructu.l.iij. & bene. Alibi dicitur vſuſfruct⁹
eſt pars fundi: vt hic: nõ dicit dominij. ¶ Hic aduerte: quia fundus [illegible]
accipi, prout eſt quoddã corp⁹. & iſto modo proprietas, & vſuſfruct⁹ nõ
eſt pars fundi: hoc eſt illius corporis: & ita voluit dicere gloſſa hic, nõ pro-
priè &c. vt hac vltima gloſſa. Alio modo poteſt intelligi fund⁹, pro domi-
nio pleno. hoc eſt, pro pleno iure fundi: & ſic accipimus hic dominiũ, nõ
ꝑ genere, ſed pro vna ſpecie.ſ. pro dominio pleno. Et iſto modo, ſi vſuſ-
fructus accipiaṫ, vt ſeruitus, eſt ſpecies diſtincta à dominio. ſi accipiaṫ vt
cõmoditas: tũc eſt pars integralis fundi, ſeu dominij: quia ex proprietate
& vſufructu conſtituitur iſtud totum integrale, ſcilicet fundus, ſeu plenũ
dominiũ. ita debet intelligi qđ no.in.l.rectè dicim⁹ in prin.j.de ver.ſig. ita
debet intelligi hęc glo. &.ſ.eo.l.eũ qui ita.§.pe.cũ glo.ibi poſita. ¶ Eodẽ
4 mõ dico, †ꝙ iter, ſi accipiaṫ. vt ſeruit⁹, eſt ſpecies ſeparata ab actu: vt.l.j.ſ.
de ſer.ruſti. præd. Sed. ſi accipiaṫ, vt cõmoditas: tũc eſt pars integralis ad
actũ. qa ex cõmoditate itineris, & agẽdi, cõſtituiṫ actus. & ita debet intel-
ligi hic text. & infrà de noua.l.ſi pupillus.§.qui actum. Et hunc intelle-
ctum voluit habere gloſſ.in.l.ſi mater.§.ſi quis iter.ſ.de exceptio.rei iu-
di. licet illa gloſſ. ſit corruptè ſcripta. Idem dico in vſufructu & vſu. & ſe-
cundum prædicta. debet intelligi. infrà. de accept.l.& per iuſiurãdum.§.
j.ij.&.iij.&.iiij.reſponſo. Prædicta ſic legaliter dicta ſint, quicquid di-
cant logici. &c.

SVMMARIVM.

1 *Tempus moræ in æſtimatione, quæ iudic. officio uenit, ſpectari.*
2 *Conditionis euentus, quando & qualiter conſtituat quem in mora?*

LEX LIX.

1 QVoties. ¶ †In æſtimatione, quę venit iudicis officio,
inſpiciṫ tꝑs morę.h.d. ¶ Oppo. ſecũdum glo.
ſ.man.l.hominẽ. Solut. intellige hanc ſecũdum illã, ꝙ inſpiciṫ
dies, & etiã mora. ¶ Op.de.l.cũ qs.ſ.tit.ꝑxi.ſol. intelligo illã
ſecũdum iſtã. ¶ Op. ſecũdum Dy.j.de noua.l.fundũ Cornelianũ. Solu. ibi
debeṫ æſtimatio iure obligatiõis: hic iudicis officio. Diſtingue de hoc: vt
in.l.in hac.ſ.de triticaria. & per docto.in.l.vinũ.ſ.ſi cert.pe. ¶ Quæro an
2 †euẽt⁹ cõditiõis cõſtituat quẽ in mora? & videṫ ꝙ ſic: vt hic. dũ dicit in diẽ,
vel ſub cõditione: cũ æquiparẽtur dies, & cõditio. Iſtã.q. tangit do. Cyn.
in.l.minorum.C.in quib.cau.in integ.reſti.nõ eſt neceſſ. Guli. de cug. po
nit in.l.quod te.ſ.ſi cert.peta. & breuiter omnes tenẽt illud: quia euẽtus cõ
b ditiõis non cõſtituit moram[b]. Et ratio eſt: quia de mẽte iuris eſt iniquum:
ꝙ eo pũcto, quo quis obligatur, eo pũcto in mora cõſtituatur: vt.l. ꝙ dici
mus.j. de ſolu. &.l.promiſſor.ſ.de cõſti.pe. &.§.fi.inſti.de inuti.ſtip. ſed
ante cõditionẽ nõ eſt obligatio: ergo &c. Nõ ob. iſta.l. qa ĩtelligo, ꝙ dies
obligatiõis venit: & ꝑ interpellationẽ cõtracta eſt mora, quæ tamẽ inter-
pellatio in obligatiõe in diẽ fit ꝑ curſum diei appoſitæ: in obligatiõe cõ-
ditiõali ꝑ verã interpellationẽ. Nõ ob.l.euictis.ſ.de vſur. qa ibi re ipſa cõ-
trahiṫ mora. Nõ ob.l.ſi ex legati cauſa.ſ.e.cũ glo.ſua: qa ibi aliter debet in
telligi illa glo. Et induco duas.ll.vnã.ſ.e.l.ſi ex legati cauſa. cũ legatũ de-
beaṫ ſub tacita cõditiõe ſi hæres hęreditatẽ: vt.l.iij.ſ.de le.j. nõ tamẽ cõſti
tuiṫ in mora: niſi interpelleṫ. Facit.l.ſi penũ.ſ.quãdo di.le.ce. Itẽ videtur
caſus.ſ.de pe.lega.l.j. vbi pro ſecũdo ãno nõ cõſtituitur in mora, per aduẽ
tum illius anni. Quod patet: quia admittitur purgatio vſq; ad litis cõteſta
tionem, quod non eſſet, ſi eſſet dies & pœna. Iſtud dicam infrà.eod.l. ſi
inſulam. ſed quædam gloſſ.in dicta.l.j.poſita, videtur innuere contrariũ
in gloſſ. ſuper verbo mente, vbi dicit, quòd ſi teſtator iuſſit dari de fructi-
bus futuri anni. quòd euentus fructuum conſtituit in mora: & cõſtat quòd
illud eſt conditionalitrr legatum, vt.l.j.in fi.ſ.de condi.& demon.&.j.eo.
l.interdum.in princi. Sed dico.ꝙ id non eſt bonum exemplum. Pone er-
go ibi exemplum, per.l.nec ſemel.§.ſi in habitatioue.ſ.quandodi.le. ced.
Vel melius dic, ꝙ gl. intelligit, qñ fuerũt fructus adiecti cauſa deſignatio-
nis: & ſic

a ¶ Nullo modo fit nouatio. Adde Ro.cõſ.cxxj.poſt Alexand. hîc cui etiam adde inquã tum loquitur de campſore: vnum verbũ per Bald. eius cõſil. ccxix. iij.li.& idem qđ hîc tenet Alex.in l.delegare.de nouatio.

b ¶ Moram. Adde Iac.but.idẽ tenẽtem.in.l.mora.ſ. de vſu.Bart.in.d.l.ſi ita ſtipulat⁹. ĩ iij.q.princ.Bal.in l.quod te.ſ.ſi cer.peta.& in.l.& ſi poſt tres.ſ.ſi quis caut.& limita, vt ibi.

a ¶ Stipulatio. Vide Bar.in consi.suo.lxxij.inci.ex facto proponit̃ ꝙ nobiles.vbi pulchrè loquitur. And. Barb.

b ¶ Nō valet. Adde post Alex.q multas cōcordātias alle. Bar.cōsi.cxxxiij. iij.libro.& Pau.de ca.cōsi.lvj.Ro.plenius loquentē in hac materia ei⁹ consi.clxxj.vbi dicit hanc esse communem opi.licet Old.consi.mihi.cxiiij. teneat cōtrarium. & inquātū Alex. subdit ꝙ hoc non haberet locū in legato facto prædicto mō: adde ꝙ idē consuluit ro. cōsi.ccxcij.& inquātum etiā tangit an iurans non reuocare testamētum dicat̃ periurus adde ꝙ Abb. consi.xlix.in vltimis verbis tenet opi.Bar.sed canonistę & Bal.cōsil. ccv.tenet idē.Ivolu. Old.cōsi.ccxxvij.dicit laudare ꝙ q.fecit testm̄ & iurauit non reuocare ꝙ testet̃ instituēdo filios equaliter vt se conformet iuramento & pacto in alio pręterꝗ in pñe,dicit puto non periculo carere. Paul.de ca.prędicto cōsil. videtur tenere ꝙ sit periurus.

c ¶ Pro modicare. Adde post Alex. Pe.de anch.cōsil. xxxviij. incipi.in xp̄i nomine ꝓ clariori decisione. ꝺ Pau.de ca.consil. clxxxvij. incipi.ī xp̄i noīe contra superius cōsulta. & cōsil.cccxj.§. alle. & ibi an p̄iudicet filijs iurantis per ang.cōsil.ccccij.Et inquantū Alexā. subdit, ꝙ filia renuntians hæreditati paternę non prohibetur mortuis fratribus ad illam habere regressum:adde ꝙ pulchrè consuluit Bal.consi.ccclxix.incipien.quedā puella.iij.lib.ro.cōsi.clxviij. incipiente in christi nomine circa primum.& inquantum dicit Alexand. quòd si filia iuraret non renuntiare hęreditati paternę.& deinde renuntiaret cum iuramento,quòd non valeret renuntiatio per glo.in cap.licet mulieres.de iureiur.intellige verum si pater vel fratres haberent notitiam iuramenti primi.aliàs non.quia esset in potestate sua fraudare personas suo iuramento oculto.& hoc voluit notabiliter Baldus eius cōsilio cētesimo decimooctauo,tertio lib.vbi dicit ꝙ mulier primò iurans nō alienare, si deinde alienaret,non valet alienatio,si partes habuerunt notitiam primi iuramenti.

intereſſe:vt.s̃.de cõd. furti.l.in re furtiua.& de cõ-
feſ.l.Iulia.& de cõſt.pec.l.p̄miſſor.cũ ſi.& ñ erit lo
cus dictæ interrogationi:quã gl.dicit Aut nõ deſi-
nit poſſe facere:& tũc aut ab initio re⁹ negabat ſe te
neri:& tñ ꝓbatũ eſt.& cõdẽnabit̃ ad ip̄m factũ : qa
fatu⁹ eſt iudex &c.Aut ab initio cõfitebat̃ ſe teneri:
ſed dicebat nolo facere:qa volo ĩtereſſe p̄ſtare.& tũc
nõ ſeqt̃ cõdẽnatio,ſed liberat̃ à petitiõe facti, cũ p̄ci
sè nõ teneat̃ ſecũdũ ea,q̃.s̃.dicta ſunt.Ad.l.vinũ.&
§.Itẽ ſciẽdũ quã ꝓ ſe allegat,rñdẽt,ꝙ ibi loquit̃ in
his,q̃ veniũt offõ iudicis:qa accidit poſt lit.cõte.ſed
hîc ĩtereſſe eſt ĩ obłone,& ꝓmiſsiõe.Ita dicũt ipſi
& ſic nullo caſu erit loc⁹ dictæ interrogationi , quã

POMATES.
¶ Expreſsè ad factum.Hoc autẽ limita pluribus modis,de quibus hîc per.d.Alex. cõſi.clxxix.ĩci.viſo& oportunè diſcuſſo.ĩ.viij.&.ix.col.& in cõſi. ccxxxiij.ĩci.viſis actis mihi tranſmiſsis .i in iiij.col.& Abb.in conſ.cxlix.in.iiij.dubio.in fin. & d.Iaſ.in.l.ſi pecuniã in prin.in gl.ĩ verbo neceſſe.s̃.de cõdictio.ob cauſam.& Matthæ. notabili.iiij.in.v.char.& zaba.in repe.c.primi . de accu. & cxvj.differẽtia inter ius ciuile & canonicũ.& ſeq.clxvij.

gl. dicit. ¶ Ego sustineo gl. nã qñq; desij posse facere
& tũc qd iuris. j. dicã. qñq; est possibile fieri factum
& interesse pstari: & tũc, aut obligatio ad interesse
fuit cõtracta post lit. cõte. puta, qa ante nõ erat ĩ mo
ra: tũc certũ est gl. bñ dicere, qa iudex poterit ad in-
teresse cõdẽnare, qa post lit. cõtest. accidit. vt. d. §. itẽ
sciendũ. Aut obligatio ad interesse fuit cõtracta an
te: & tũc siue reus neget, siue confiteat: dico ꝙ pos-
set fieri interrogatio: vt dicit gl. qa iudex poterit cõ
dẽnare ad interesse. hoc ꝓbo prĩò p. l. si qñ. §. hæres
s. de. leg. j. vbi videt casus secũdum qđ intelligit ibi.
Præterea iudex p̃t sententiare ꝓut cõuenit ĩter par
tes: vt. s. de re iud. l. si cõuenerit. si ergo partes con-
cordãt, ꝙ fiat cõdẽnatio ad ĩteresse, satis est Prętereà
si petit factũ, & fiat cõdẽnatio ad interesse, nõ est a-
liud: sed idẽ interpretatione iuris. Hoc ꝓbat sic. fide
iussor nõ p̃t ꝓmittere aliud, q̃ pricipalis: vt. l. græcè
§. si qs Stichũ. j. de fideius. sed si principalis ꝓmittit
factũ, fideiussor poterit ꝓmittere interesse: vt. j. de
fideius. l. stipulatꝰ es. ergo patet, quòd nõ est aliud.
Et p hoc patet rñsio ad rationẽ eorũ. s. ꝙ fatuꝰ est iu
dex, q condẽnat in alio &c. qa dico, ꝙ non est aliud.
a ¶ Sꝫ iuxta[a] p̃dicta moueo vnũ dubiũ. pone, † iudex
41 non facta dicta interrogatione: cõdẽnauit reũ ad fa-
ctũ simpliciter: nũqd reꝰ postea liberabit soluẽdo in
teresse? vr ꝙ nõ. qa si ab initio agit ad ĩteresse, reꝰ nõ
habet potestatẽ soluẽdi factũ: nisi vsq; ad lit. cõtest.
vt. l. insulã. j. eo. Ita ecõtra, vbi agitur ad factũ nõ ha-
bet facultatem soluẽdi interesse, nisi vsq; ad lit. cõte.
Contrariũ dico. Nã debetis scire, ꝙ qñq; vnũ est in
obligatione: aliud in solutione, ex dispositione hoĩs
& tũc illa facultas soluẽdi desinit p lit. cõte. vt. j. de
sol. l. si qs stipulatus fuerit. x. in melle. ita dicit. l. si in
sulã. Nã factũ est in solutione & obligatiõe ex di-
spositione hominis. Qñq; vnũ est ĩ obligatiõe: aliud
in solutione ex dispositione legali. & tunc durat fa-
cultas soluẽdi, etiã post sentẽtiã, donec fuerit cõuẽ-
tus sup actione iudicati, vt. s. de re iu. l. miles. §. decẽ.
de peti. hære. l. item veniũt. §. cũ p̃dixerimus. Ita in
proposito cum factũ petit: interesse est in facultate
soluendi ex dispositione legali: vt. s. dixi. ergo etiã
post sententiam p̃t soluere donec lis cõtestet super
42 actiõe iudicati. qđ tene mẽti. ¶ † Secũdꝰ modꝰ pra-
cticãdi est quòd ab initio actor interroget reũ: & si
non vult facere, statim agat ad interesse. Iste modus
no. in. d. l. j. in princ. de acti. emp. Iste modus est ve-
rus omnino. Nã cũ. s. sit pluries dictũ ꝙ interesse est
in obligatione, & petitione post morã, patet, ꝙ inte
resse potest peti etiam si reus non interrogetur, sed
reus habebit facultatem purgandi moram, vsque
ad lit conte. vt. l. si insulam. & illud conmuniter oẽs
43 tenẽt. ¶ † † Tertius modus est, vt sic petat: peto fa-
ctũ fieri, & si non fecerit: peto interesse. Iste modus
no. p. s. eo. l. ij. §. itẽ si in facto cũ. d. l. j. de act. emp. &
ibi dicit, ꝙ hoc tutiꝰ est. & hoc tenet ẽt Cy. C. de ac.
emp. l. si traditio. ¶ Sed contra hoc op. hic opponit
duas actiões, sed actor cogit eligere, q agit: ergo &c.
vt in. l. qđ in hęrede. §. eligere. Do. Ant. fatetur, ꝙ si
reus opponit, actor cogetur eligere: sed si nõ oppo-
nit, ꝓcedit iudiciũ. Ego dico, ꝙ iudiciũ omnino ꝓ
cedit, & reo opponẽte, actor non cogit eligere. Nã
verba dicti libelli possunt intelligi duobus modis.
Primò, vt vtrũq; petat iure actionis: tũc ꝓcederet id
qđ dicit Ant. Secundò p̃t intelligi ꝙ iure actiõis pe
tat factũ: ĩteresse aũt petat ꝓut est in ptãte soluẽdi.
sicut cũ peto. x. aut noxæ deditionẽ: vt. l. miles. §. de
cẽ. de re iud. & insti. de offi. iudi. in prin. q libellus si
ne dubio ꝓcedit. & tñ hoc casu nõ ꝓponit: nisi vnã
actionẽ: ideo hic non cadit electio. Et secũdũ istum
modũ, q magis facit ꝓ actore, debet libellus intelli-
44 gi, vt de iud. l. si qs intentione. ¶ † Sed iuxta p̃dicta
potest dubitari. pone, quòd factũ desijt posse fieri:
vtrũ amodò factũ possit peti in libello? Dy. dicit hic
indistinctè, quòd non: sed de necessitate petit ĩteres
se: vt. s. de vsufr. le. si vsufr. mihi ĩ bienniũ. Istud di-
ctũ Dyn. vr cõtra ea, q̃ dixi. s. ĩ. vj. q. nã dixi, qđ qñ
in obligatione rẽ restitui, ẽt re perẽpta: ipsa res põt
deduci in petitionẽ, vt ꝓbant multa iura ibi allega.
Quid ergo dicemus? dico, quòd factum est quod-
dã, qđ postq; desijt posse fieri, actor in hoc nõ p̃t p

a ¶ Sed iuxta. Allegat istud dictum Lud. Ro. in consi. cclxvij. & cõsuluit secundum istud dictum, vide ibi. andre. Barba.

tendere ignorãtiam: nec potest illud factum in libello colorari per modũ
possibilem: tunc de necessitate petitur interesse: vt. d. l. si vsusfructus mihi
in biennium. Si enim mihi debeatur vsufructus in biennium à morte testa
toris: elapso biennio, ego actor sum certus, quòd vsumfructũ illius biẽnij
habere non possum: nec possum hoc in libello petere p modũ possibilẽ:
cũ semp ĩ libello appet impossibilitas. Nõ em̃ possum dicere, ꝙ facias me
fructuariũ tpis elapsi: qđ est impossibile. Idẽ est videre, vbicũq; qs est obli
gatus ad nõ faciẽdũ: tũc stipulatio est cõmissa ad interesse: qa facit qđ nõ
debuit de necessitate petit interesse. Nõ em̃ possum petere in libello, ꝙ
nõ sit factũ illud, q. đ est factũ: qa est impossibile. Probat. s. de euict. l. si ita
quis. j. de re. iur. l. verũ. & patet in oĩbus. ll. q̃ ponũt casum in eo: q est obli-
gatꝰ nõ facere: vt. s. e. l. ij. §. itẽ si in facto. & . j. e. l. si sic. facit tex. s. fami. erci.
l. hæredes. §. in alia. s. de act. emp. l. Iul. in prin. cũ si. Quoddã verò est factũ
qđ licet desinat posse fieri, actor p̃tẽdere ꝓbabilẽ ignorãtiã. Ideò põt pe
ti in libello, p modũ possibilẽ: vt si teneris ad rẽ restituẽdã, q̃ est perẽpta:
ego actor possum ignorare. Itẽ in libello possum hoc colorare p modum
possibilẽ talẽ, vt in libello nõ appareat impossibilitas: qa possum licitè di-
cere: peto dictã rẽ restitui: tũc ꝓcedit petitio licet fiat cõdẽnatio ad inter-
esse & ita loquũtur oĩa iura superius allegata in. vj. q. Eadẽ ergo ratiõe, si ei
q debebat scribere librũ, est amputata manus, possum petere in libello pe
45 to ꝙ scribas librũ: licet condẽnatio fiat de necessitate ad interesse. ¶ † De
cimò & vltimò quærit qualiter petat interesse? glos. in. l. certi cõdictio. s. si
cer. pe. dicit, qđ petet p certi cõditionẽ: & petet nõ expres[sa] certa quãti-
tate in libello. tñ posteà in sentẽtia fiet certũ: vt inst. de act. §. curare. Doct.
nostri cõiter tenẽt oẽs cũ gl. in eo, qđ dicit, ꝙ iteresse petit p certi cõditio
nẽ. & hoc est ibi in. d. l. certi cõditio expressum. Nã ibi dicit, ꝙ illa actio,
q̃ cõpetit ex. l. aql. cõpetit ad interesse: vt. s. ad. l. aq. l. ij. in prin. & inst. ad. l.
aql. in prĩ. ergo &c. qđ hic nõ disputo. Dicatis vt ibi. In eo verò, qđ gl. di
cit, ꝙ interesse petet incertũ in libello, sunt cõtrariæ opi. Iaco. de ra. Pe. &
Cy. Dicũt em̃, ꝙ si omnino interesse petit p certi cõditionẽ: qa sperat cer
tificari. eadẽ rõne oẽ factũ poterit peti certi conditione: qa sperat certifica
ri futuro facto: ergo idẽ in omni facto. At istud est falsum: qa ꝓ factis agit
actione ex stipulatu: vt inst. de ver. obl. in prin. & . j. e. l. vbi aũt. §. q id qđ.
dicũt ergo qđ interesse petit certi cõditiõe: & ponet in libello certũ & ta
xatũ. Hoc ꝓbat: qa q interesse petit, pecuniã dari petit: vt hac. l. sed q petit
pecuniã, debebit certã quãtitatẽ exprimere: vt. s. de rei vend. l. si in rẽ. ergo
&c. Prętereà, sentẽtia debet esse cõformis libello vt. s. cõi di. l. vt fundꝰ. sed
in sñia iudex cõdẽnat ad certã pecuniã: vt. l. si qs ab alio. s. de re iudic. ergo
&c. Ad. §. curare quẽ gl. ꝓ se allegat. Rñdẽt, interesse quod dã est p̃teritũ,
vel præsens: istud cũ sit certũ ẽt natura, debet peti certũ in libello: & istud
iure actionis. s. p certi cõditionẽ. Quoddã interesse est futurum. s. ꝙ põt
crescere vsq; ad sñiam: vt. s. si cer. pe. l. vinum. & . l. in hac. de tritica. & istud
nõ põt peti iure actionis: vt. s. de iudi. l. nõ quẽadmodũ. sed petet iudicis
offõ mercenario. & huiꝰ occasiõe admittit adiectio incertæ partis, hoc mõ.
Dico cõtra te, tu debes mihi dare vinum: vel aliã rem: & fuisti in mora. vñ
interest mea in. x. q̃. x. peto. & si contigerit interesse augeri, vsq; ad sñiam
in illud peto te condẽnari. Modò dicũt ipsi, adiectio ista iũcta, declarabit
per iudicẽ sñia. cũ de hoc loquitur. §. curare. ita dicit Cy. C. de sen. quæ ꝓ
eo, quod interest. l. j. circa. iiij. qõ. principalẽ. & in. d. l. certi cõditio. in vl-
ti. q. in repetione sua & ibi latius hoc declarat. ¶ Ego credo glo. bene dice
re, primò per. l. secũdò per rationem, per. l. C. de inuti. sti. l. iij. in fi. vbi est
casus. Nam ibi agirur ad interesse, & dicitur obligatio iũcta actiõi in factũ
&c. non em̃ põt dici, quòd ibi loquatur de interesse futuro: quia tunc non
diceretur ipsa actio incerta, sed offm̃. loquitur ergo expressè de interesse
præterito, qđ venit iure actiõis: & petitio erit incerta: cõdẽnatio certa: vt
ibi patet. Secundò p rõnẽ sic, qñq; declaratio incertitudinis nõ est in ptãte
actoris, admittit libellus incertꝰ: vt. s. quorũ le. l. j. §. qa autẽ. & etiã dicimꝰ
in obligatiõe alternatiua qñ electio est debitoris: vt. j. e. l. vbi aũt. §. q illud
aut illud. sed declaratio interesse nõ pẽdet ex ptãte actoris, sed ex subtili-
tate iudicis: vt. s. C. de sent. quæ pro eo qđ interest. l. j. ergo admittit libellꝰ
incertus. Et in hac opi. videtur esse Gul. Iac. bu. & cæteri nostri citramõ.
¶ Ad rõnes in contrariũ rñdeo. Primò ad id qđ dicũt qđ hac rõne omne
factũ poterit peti certi cõditione: dico ꝙ falsum est: qa q̃tum ad interesse
est certũ in rerũ natura, tpe quo petitur: licet nõ exprimatur in libello: me
ritò venit in cer. cõdictio. vt. l. cum ad præsens. l. seq. s. si cer. pe. Facta ve-
rò antè, q̃ fiant, non sunt certa in rerũ natura. Ad. l. si in rem. de rei ven. rñ.
ꝙ debet peti certa quantitas, qñ pendet ex potestate actoris: als secus. Ad
l. fundus. rñ. ꝙ sñia est conformis libello hic: quia interesse petitur & ad in
teresse fit cõdẽnatio: licet in sententia deducatur certum, in libello sustine
tur incertitudo per rationem, quã dixi. Fateor tamẽ, ꝙ si quis libellũ for-
maret secũdũ opi. prędictorum doct. ꝙ libellus procederet: sed si de mino
ri interesse probaretur: reus absolueretur ab eo qđ est vltra petitum: qđ
noceret actori, propter condemnationem expensarum: sed libello forma
to secundum glo. non potest illud accidere. Barto.

Si quis ita stipulatus.

¶ Pœnalis stipulatio adicta obligationi facti, cum adiectone
diei, demum aduenuiente die, committitur: aliâs cum cœperit esse in mora
inchoãdi, ad particulare interesse cõmittitur. h. d. ¶ Op. de princi. ad fin.
Rñ. debetis scire pro declaratione, ꝙ in hoc. §. differt prĩ. à fi. primò: qa in
prĩ. pœnalis stipulatio incipit à præcedẽti conditione: ĩ fin. à præcedẽti cõ
uentione

uentione. Secūdò, qa in primo casu fuit certū tps adiectū: in ver. planè nullū tps. & ista est no. differētia. ¶ Tertia differentia est bona, qa ī primo casu fuit apposita pœna: in secundo nō. & ideò vt pœnalis stipulatio cōmittat, oportet, ꝙ totū tps labat. sec⁹ in interesse, qa statim cōmittit ad particulare interesse. ¶ Op. de. l. si ita stipulatus essem abs te. s. e. Sol. dicūt qdam ibi pœna fuit apposita. hîc nō. istud ē truffa. tene istā. Ad totale iteresse nō cōmittit, nisi tm̄ tps trāsierit, quod possit dom⁹ fieri. sed ad interesse particulare cōmittit, cū inceperit esse in mora: vt hic. & hāc omnes tenēt: qa est tex. in. l. cōtinu⁹. §. itē q insulā. j. e. ¶ Op. de. l. existimo. §. ex hac. j. eo. So. eo mō, quo. s. ꝓxi. quòd ad particulare iteresse cōmittit, dū est in mora ī choandi. &c. & circa materiā huius. §. distingue plenè, vt dixi. s. ꝓxi. in. v. q. ¶ Extra gl. op. & est opi. Pe. & ista. l. prout dixi in primo cōtrario videtur contra illā regulā expressio eorū, q̄ tacitè in sunt &c. & no. in. l. nō rectè. C. de fideius. & l. iij. s. de leg. j. sed hic sic exprimit tps, qa tacitè inest, & aliquid operatur. Solu. aut exprimit eo mō, quo inest, & tūc nihil operat. aut alio mō, q̄ inest, & loqtur hic. qa tps qd' exprimit est ad arbitriū ꝓmissoris. l. stipulatio ista. §. inter certā. s. eo. si non exprimatur tempus, tunc inest ex natura rei: & tunc expressio aliquid operatur.

SVMMARIVM

1 *Obligatio, num ante diem nata sit?*

LEX LXXII.

INterdum. ¶ Stipulatio pura secūdū verba, qn̄q; ex natura rei recipit dilationē. h. d. ¶ Op. & videt ꝙ in obligatione in diē, sit ante nata actio, l; obstet exceptio: vt. l. j. qn̄ di. vsufru. le. ce. & tn̄ vr̄ tex. ꝙ adueniente die incipit. Sol. gl. exponit. incipit. s. cū effectu. Pe. dicit, ꝙ tex. stat propriè: &
1 tūc est casus pro eo ꝙ ante diē nō est nata actio. ¶ † Et ꝓ declaratiōe eius ꝙ Pe. dicit, formo dubiū: an obligatio sit nata an̄ diē? & pe. dicit ꝙ sic: vt. l. cētesimis. in prin. s. e. & secūdū hoc obligatio est pura, qn̄ ꝓmitto fructus futuros licet exactio differat. h. d. pet. ꝓbo. j. e. l. inter stipulātē. §. sacrā. vbi pēdet ergo &c. s. e. l. ij. §. j. Breuiter pe. dicit contra casum. l. s. de cōd. & demō. l. j. vbi dicit ꝙ est cōditiōalis, & est tacita q̄ īpedit natiuitatē obligationis, vt no. s. de pact. l. itē qa. Nō ob. §. sacrā. qa ibi pēdet natiuitas obligatio
a nis vt dixi. s. e. l. ij. §. j. ¶ Quid dicem⁹? [a] dic hic, qd' si q̄ram⁹ de obligatiōibus, in qbusdā exemplis est nata incōtinēti. vt si ꝓmisi domū ædificare vl' dare Carthagine & in qbusdā exēplis nō est nata: vt in partu ancillæ, & fructib⁹ futuris. vt. d. l. j. de condi. & demō. ¶ Si verò q̄rim⁹ de actione, de qua q̄rit tex. &c. tūc in illis exēplis, vbi nō est nata obligatio, tex. stat ꝓpriè: in alijs exēplis dico idē. qa cū dies insit ex natura obligationis, seu rei in obligationē deductæ, īpedit natiuitatē actionis: vt. l. si tutor rei publicæ. §. fin. de tu. & ra. di. & hoc nō destruēdo tex. & s. e. l. si ita stipulat⁹ essem abs te. & j. e. l. ita stipulatus. in. ij. q. prin. dic. vt ibi. & sic gl. q̄ exponit incipit. s. cū effectu, nō bn̄ dicit. ¶ Quærit gl. q̄ sint istæ operę dicit ꝙ incertæ aliud si certæ: vt artificiales. Dy. dicit, ꝙ eadē est ratio ī operis certis, q̄ in incertis. Dy. bn̄ habuit bonū intellectū, & ēt gl. & ꝙ iste tex. loquat de incertis, apparet ex eo: qd' dicit, ꝙ indictæ operæ: qa tūc anteq; indicāt sunt incertę: vt. l. si nō sortē. §. libert⁹. s. de cōdi inde. Itē apparet: qa an̄ non nascit. vt. l. quoties. de ope. lib. quātū ad hoc, vt teneat re⁹ sed quantū ad hoc, vt mora cōmittat, eadē est rō in certis & incertis vt tantū tempus transeat.

Si seruus hæreditarius. ¶ Op. de. l. seruus hæreditarius. j. de stipu. ser. gl. distinguit optimè, quia hæc debet intelligi secundum illam. & vide gl. quæ incipit: distinguendum est &c.

SVMMARIVM.

1 *Mora per oblationem, quando prorogari possit?*

2 *Ray. & Bar. simul legerunt Pisis. Bar. sequitur opi. Ray. præceptoris sui.*

Promissor Stichi. Iste. §. tractat materiā purgationis moræ, & hic posset tractari, ꝓut ī l. si insulā. & qa Dy. ibi posuit, iō oēs doc. ibi tractāt, & ibi dicemus. & breuiter dicit ꝙ licitū est morā purgare. In prima pte loqt in spē debita ī secūda pte loqt ī quātitate debita. ¶ Op. & videt, ꝙ nō liceat offerre. j. e. l. si insulā. Gl. dicit: ꝙ nō licet post lit. cōt. vt ibi. Cōtra: qa imo semp l;, vt īsti. de
1 ppe. & tēp. ac. ī fi. & l. si re⁹. s. de ꝓcu. Rn̄. ad. l. si īsulā. † qn̄q; ad purgationē morę offert illud, qd' petit: & tunc pt semp offerre: vt īsti. de ppe. & tēp. act. §. fi. vt si peto stichū tu offeras: vel peto. x. & offers. x. & sic loqt hic; & re⁹ tūc absoluet ab īstātia iudicij. qn̄q; vnū petitur, aliud offert: vt peto interesse, tu offers factum. vel peto pœnam, tu principale debitum offers post lit. cōte. & tunc non licet: vt. l. si insulam. j. eodem. & hoc tenet omnes doc. excepto. d. Ray. & magno tempore tenuit istam: postea mutauit opi. per. l. sed & si alia. s. de cōst. pec. Ad. §. fi. inst. de perpe. & tēp. ac. rn̄. ꝙ aut q̄rit, q̄tū ad euitādū periculū īterit⁹, tūc offerre nō possum vt. l. sed & si alia. Aut q̄tū ad euitādū īstātiā iudicij, & possum: vt īsti. de ppe. & tēp. ac. ī fi. hoc nil est dictū, qa loqt qn̄ ab instantia absoluit: qa soluit. quomō ergo
2 remanet periculū īterit⁹ cū à toto est absolut⁹? postq; dixi † sibi istud cū simul Pisis legerem⁹: ipse rn̄. qd' īterest actoris: vt pueniat ad sentētiā, ne ille possit dicere se soluisse īdebitū, sed illud ē cōtra dictū istud: qa possum euitare iudiciū. & tex est ī. §. Absoluor em̄ ab instātia, nec alia sperat snīa, sed dū legebā Pisis sequēdo Cassiū, q sententiā magistri sui bn̄ excusat, dixi eum bn̄ dicere. Nā tex. in. §. fi. loqt ī soluēte seu satisfaciēte: hic loqt ī offerēte tantùm. vnde dico ꝙ ante li. conte. sola obligatio purgat moram, vt hic. & l. si seruum. §. sequitur. j. eodem. & l. illud. s. de peri. & commo. rei
b vendit. sed post litis contestan. [b] non sufficit oblatio vt. l. sed & alia suprà.

de cōsti. pe. sed reqrit alia sol. vel qd' vicē solutiōis a obtineat: vt oblatio, & depositio, & cōsignatio: vt. l.
c obsignatiōe. C. de solu. vel in iudicio [c] offerat: vt. l. si rē. in fi. s. de pig. act. & tūc loquit inst. de ppe. & tē. act. in fi. Cætera dic plenè: vt. l. si insulam. j. eod.

SVMMARIVM.

1 *Dictio quātum refertur ad quātitatem, non ad speciem.*

2 *Vinum optimum dicitur, quod est secundum regionem, & secundum communem usum loquendi.*

3 *Aurei intelliguntur promissi secundum regionem & ad pondus regionis.*

LEX LXXIIII.

STipulationum quædā. ¶ Vsq; ad. l. fi. l. seq. breuiter hoc ītēdit: Qn̄ in obligatione venit id, qd' nō variabile est natura rei, vel ꝓmissoris volūtate: stipulatio continet certū: aliâs incertū. h. d. Et assume tibi hoc: qa qn̄ certū deuenit in stipulatiōe, tūc agit certi cōdictione: qn̄ īcertū, tūc actiōe ex stipulatu: vt inst. de ver. ob. circa prin. Itē qn̄ venit in stipulatiōe incertū certificādū ex aliquo futuro euētu stipulatio recipit dilationē: vt. s. l. ꝓx. in pri. Et ꝓpter istos duos effect⁹ est facta ista lex. cū seq. ¶ Posteà venias ad casum. & ad. l. nostrā op. & aduertatis. Nā cū dico fundum
1 Tusculanū, nō apparet q̄tū, gl. dicit, † ꝙ quātū refertur ad quātitatē, nō ad speciē. & hoc ī nuit gl. sup ver. aurei. & si bn̄ inspiciat est alia glo. ma. in prin. l. b se. Pe. dicit ꝙ inquātū apparet à capite vsq; ad pedē fortè nō dicit malè. sed gl. habuit respectū ad tex. q dicit ex ipsa ꝓnūtiatiōe apparet quātū. Dicit hic ꝙ q fundū stipulat, simplr incertū stipulat. Cōtrà: qa nihil valet vt. l. ita stipulari. j. e, & s. de iure do. l. cū pòst. §. gener. Sol. vult incertū stipulari. & iō est incerta stipulatio: an aūt valeat, hîc nō dicit. dico ergo ꝙ nō valet vt in cōtrario: & hoc vult gl. ¶ Op. de. l. triticū. j. e. So. vt gl. qa in frumēto fuit adiecta quātitas, licet nō qualitas. ¶ Venio ad glo. mag. & si hoc est verū certi cōdictio ex mutuo nō habet locū: nisi cū mutuat optimū vinū. Contrà. s. si cer. pe. l. certi cōdictio. in prin. & l. cū qd. & p totū. sol. ibi p̄cessit mutuatio ex qua limitat qualitas cōtract⁹: qa debet reddi vinū eiusdē bonitatis: vt. l. cū qd hîc qn̄ nō p̄cedit aliqs cōtract⁹. ¶ Extrà gl. op. si hoc est verū, nulla stipulatio certa est: qa meli⁹ vinū est vernacia: & ī
2 ipso est differētia ergo † q ꝓmittit vnū optimū, ꝓmittit īcertū. Sol. debet intelligi secūdū regionē, & secūdū cōem vsum loquēdi: vt. l. cū de lanionis. asinā. s. de fun. instr. & instr. & l. semp ī stipulatiōib⁹. j. de re iur. & ꝓ ista determinatiōe facit illud qd' statim dicā. ¶ Op. hîc dicit, ꝙ q ꝓmittit aureos, ꝓmittit certū. Cōtrà: qa aurei sunt de Florē. Geñ. de
3 Venetijs & Vngaria, & sunt varij. † Dic ꝙ aurei ītelligūt secūdū regionē ad pōd⁹ regiōis: vt ar. l. nūdinis. c s. de le. iij. l. semp ī stipulatiōib⁹. j. de re. iur. l. Imperatores de cōtrahē. emp.

LEX LXXV.

VBi autem.

Fundi certi. ¶ Vt intelligas summariū meū quare vsusfruct⁹ est incert⁹ propter varietatē pecunię ad quā teneris. Itē ī vino meliori pōt solutio va- d riari ex volūtate ipsius: sed qn̄ nō pōt variari: tunc est certū. ¶ Op. s. de vsufru. e. re quæ vsu cōsu. l. tribus. sol. ibi in vsusfructu earū rerū, q̄ vsu cōsumunt. Et rō est: qa trāsit dniū: secus qn stipulat vsusfruct⁹ rei immobilis: vt in. §. q id, qd'. ¶ Op. de. l. j. §. & generalite. s. de triti. sol. triticaria datur ad incertum.

d Illud [d] dubitationem recipit. ¶ Op. qa nō vr̄, ꝙ appareat qd quale, vl' q̄tū. dicit gl. ꝙ appet ex post facto: nā eoipso, qd' exprimit, vt spēs: vr̄ appere q̄tū: vt. s. l. ꝓxi. itē ꝙ est certū, apparet: qa variatio solutiōis nō est in ptāte rei, nec pēdet ex natura rei: iō dicit certū hîc. vt cū ꝓmitto oleū illi⁹ amphorę: aliud soluere nō possū: & videbitis statim. in. §. qu illud Gloss. signat ar. contrà. & vide eam quæ incipit: mihi. ibi argu. &c. & ibi. l. j. §. j. melius latius diceret. l. ait prætor. §. j. & sic est certum: quia per relationem ad certū. Itē ibi. l. qd' in stipulatiōe. sol. ibi vsurę nōdū erāt ī se certę: qa de

a ¶ Quid dicem⁹. Et pondera, quia Pau. de cast. in. l. si ita stipulat⁹ essem abs te. s. e. limitat illā. l. j. ꝙ etiā ante tēpus potest stipulator agere contra ꝓmissorē ad ędificandū domū. Bar. hîc sentit cōtrariū. Ego ibi reducebā ad cōcordiā, ꝙ aut adhuc nō erat incæptū tps ędificādi, & non poterat cōpelli aut erat incæptū, & restabat tātū de tpe, vt possēt ędificare, & isto casu ꝓcedat dictū Pau. de ca. & videtur hîc casus ī ver. tūc: aliâs sec⁹. Vide q̄ ibi dixi. & in l. ij. §. itē si in facto. Andræ. Barba.

b ¶ Post lit. conte. Adde ꝙ Imol. & Ro. in. d. l. si insulam. & Ro. hîc tenent contra per iura, quæ dicūt simpliciter per oblationem morā purgari: vt. l. si seruū. §. sequitur. j. eo. & per. l. quid sibi. §. fi. à contrario sensu. j. de solu. Et pro hac opin. Alex. allegat tex. ī. l. hominē. versic. quominus. s. manda. & Ang. in. l. & si post tres. in antepe. col. s. si qs cau. subdēs ꝙ si quis vellet sustinere opin. Bar. posset dicere: qa intellect⁹ mod. non est bon⁹ ad. l. sed & si alia.

c ¶ In iudicio. adde & limita: vt p eundē in. l. si debitor. j. de sol. cū quo dicit Alex. cōcordare Bald. in. l. acceptam. de vsu.

d ¶ Illud. Adde inquantum Alexā. hîc in. §. tangit. an sit necesse causas grauaminis sigillatim exprimere in appel. ab interlocutoria? Adde ꝙ Bal. consi. cclxij. j. li. tenet sigillatim esse exprimēdas, nec sufficiat se referre ad acta.

a ¶ [illegible] alternatiuus. Adde qd de exce. eltern atiua. Vide in.c, null⁹ pluribus [illegible] lib. vi. Ant. de butr. in. c. iij. loco de probati. & .s. de. exc. l. ne [illegible] Quid de [illegible] alternatiua, vide. d. Anto. in. d. c. & Inno. in. c. ex parte decem. Bald. in. l. ethicia. i. xxvij. col. de vers. qd dicer de practica Vincē. in repe. [illegible] C. de edi. & i. l. [illegible] in. iij. op. C. de fur. qd de decreto iudicis, vide i. l. si pupillorū. §. si ptor. ver. qd er go. s. de re. eorū qd in diffinitiua sentē tia dicit Alex. cō cludēs quod nō valeat p. l. h. C. de sen. quæ si cert. quanti. & cum illa glos. transit Nic. de nea po. de quo etiam p gl. in. c. latores. de cle. excom. depo. mihi. & aliqd per Bal. i. l. j. C. de fur. Et ad Bar. hic adde tu doct. maximè Are. in. c. ex p te. B. iij. no. extra de foro compe. & ibido. Maria. in. v. no. Et adde etiam φ exceptio alternatiua pcedit, qñ ī vtraq; parte alternatiuè concludit vna & eadem intē tio. Ita Are. post doc. in. c. tertio loco de proba. & ibi quòd sicut libell⁹ alternatiu⁹ pcedit qñ incertitudo cā tur facto rei, vt p Bar. in. l. j. §. quia autem. s. quorum leg. ita in excipiente. l. T.

b ¶ Itē ī annuo. Adde Bar. i. l. pecuniæ s. de ali. & ci. le. an ge. in. l. cū notissimi. de pscri. xxx. an. Bal. in. l. j. C. de sen. q si. cer. quanti. Angel. in. l. j. in repe. C. de iudic. Quid de expensis futuris. vide per Ang. hic quē sequitur Alex. similiter qd de fructibus futuris & an tractus futuri temporis spectēt ad iudicē: vide per Anto. de but. & Imol. in ca. auditis. de præscri pt. & Imo. in. c. p illorū. de præbēd. Bar. ī. d. l. j. de senten. quæ sine cert. quanti. & Ang. in d. l. j.

futuris agebatur: & ibi. l. ita fidei. sol. & ibi. Itē ibi in prin. §. iste nō accedit ad ppositū, sed magis est con tra. l. ij. §. incertā. j. de pto. stip. sed ibi est incerta stipulatio respectu initij. sed inspecto exitu, ex certa: vt ibi. Vel dic: vt in primo casu, qñ stipulor partum Aretusæ, si erit natus ex certa. ¶ Quæro vtrū agat actione ex stipulatu, vel certi cōditione? dicit Dyn. actione ex stipulatu. Iac. de are. dicit φ certi cōditione & pbatur: qa anteq; partus, nascat, nō pt agi: vt. l. in terdū. s. eo. postq; est natus est certū. ideo agitur certi conditione: vt. l. certi conditio in prin. s. si cer. pe. ibi siue ex incerto cōtractu &c. Dyn. posset dicere verū in fructu annuo: vt dicā statim. §. q sortem. Et si dicis quare hic dicitur, quòd incertum stipulat? Respon. propter secundum effectum, quē dixi in prī. l. vt ostendat interim non posse agi.

Quid id quod in faciendo.

Obligatio fieri vl nō fieri, est incerta, h. d. Et plenè examinaui in. l. stipulationes non diuiduntur.

SVMMARIVM.

1 *Libellus alternatiuus qualiter procedat?*

Qui illud aut illud.

¶ Obligatio alternatiua, si electio est pmissoris cōtinet icertū: si creditoris cer tū dicit cōtinere. h. d. ¶ Et istū. §. not. † & p istū. §. dicūt doc. φ in obligatione alternatiua, si est electio 1 debitoris pcedit libellus alternatiuus: a vt no. insti. de act. §. curare. & .s. de iniu. l. ptor. §. qd autē. si verò a est electio creditoris, debet eligere, & vnū petere, vt hic. & .j. e. l. si qs stipu. sit stichū. Et ex hoc dico regulariter, φ quandoq; declaratio incertitudinis, nō est in actoris potestate, non habet exprimere certū in libello: vt. l. j. §. hoc interdictum. s. quorū leg. & scribo in. l. stipu. non diuiduntur. in vlti. q.

SVMMARIVM.

1 *Vsura futuri temporis an possit peti?*

Qui sortem.

¶ Qui stipulat sortē & vsuras, stipulat certū quoad sortē, incertū quo ad vsuras. h. d. ¶ Petet ergo ne vsura actione ex stipulatu, vel certi cōdictiōe? & certè si qdē vsura, q̃ currit petit: & tūc agitur certi cōdictione, licet ex icerto cōtractu. vt. s. dixi, si verò petit vsura futura: & tūc agit actione ex stipulatu ad i certū. ¶ † Quæro ergo, vtrū vsura futuri tpis possit 1 peti? videt φ nō, i. l. j. §. j. s. de vsu. breuiter, qñ aliqd annuū, vel menstruū debet, vtrū possit peti p futuro tpe? habemus gl. varias. vna est in. l. nō queadmodū. s. de iudi. q̃ dicit, φ p futuro tpe pt peti Idē in. §. piudiciales. insti. de act. & gl. l. j. C. de fidicō. Contra videt tenere gl. in. l. j. C. de iudi. i glo. parua. ¶ Quid dicem⁹ dñi: semper tenui illam opi. quod; pfuturo possit peti nō simpliciter, sed cū distinctione, φ si qdē est in potestate mea petere statim: totū: ita qd ex futuro nō pēdeat: & tūc p futuro nō possum petere: vt. l. ij. de vsur. vbi cōdēnādo reū pt facere vt vsuræ nō currāt exigendo. sed qñ nō est in ptāte creditoris tūc semp p futuro pt peti etiā in vsuris. l. j. secūdū vnā lectu. C. de sen. q sine cer. quāti. Idē in an- b nuo b leg. vt no. gl. in. l. non queādmo. s. de iud. l. j. C. de fidicō. & l. male agit. C. de psc. xxx. an. facit. l. iij. in prin. s. de ali. & ci. leg. & circa hoc plenè distinxi hoc anno. in. l. j. C. de sen. q sine cer. quāti. pfer. Redeo ad. §. nostrū. qñ est in electione debitoris, tūc agit ex stipulatu. Facit. l. q Romę. in prin. j. e. ¶ Quęro qd hoc est dictū φ duæ sunt stipulationes: & vide gl. q icipit sors & vsura. &c. Sed ista. l. ēcōtra casū l. si stichū. §. stipulatio. s. eo. breuiter, aut gl. dicit cō tra illā. l. Vel dic, φ fuit facta expssa mētio annorū, vt. l. plurib⁹. §. j. j. e. secūdū Dy. vel dic. φ ibi loqt qñ est stipulatio annua simpliciter. & sic in solū diem: hic vero inest cōditio. l. si debitor fuerit i mora solue di & sic nō est pura. Vn quot sunt āni totsūt stipulatiōes: vt. l. si seru⁹ cois Meuij. §. fi. j. ti. ij. & ibi dicā.

Hæc stipulatio.

¶ Qui tenet ad dādū, dare pcisè cōpellit h. d. ¶ No. hic, φ dare, ē accipiētis facere. ¶ Op. s. de act. emp. l. ij. rē tradi. s. co. ti. dicūt qdā, φ succedit obligatio ad interesse. nō est verū: qa tūc esset stipulatio icerta. qa variabilis ex ptāte pmissoris: sicut in stipulatione facti. qd est cōtra. §. nostrū. Dic ergo, φ cō traria loquūtur in obligatiōe facti: hic in obligatione dādi. Fallit in. l. si pœnam. s. e. & plenè dixi in. l. stipulationes nō diuiduntur. ¶ Opp. de. l. si stipulatus. s. de vsu. sol. ibi propter naturam præcedētis contractus. s. de cuius natura non veniebat datio præcisè: vt. l. fi. C. de condi. ob cau.

SVMMARIVM.

1 *Facultas eligendi non transit ad alium præter hæredem stipulatoris.*
2 *Facultas eligendi: si competit per modū iuris, potest in alium transferri per cessionem.*
3 *Electio, quæ sit, quæ cadit in seruum?*
4 *Nomen debitoris alternatiui, cuius electionem habebat creditor, si assignatur ex secundo decreto creditori creditoris, in eum transit facultas eligendi.*
5 *Facultas eligendi, quando transit ad hæredem?*
6 *Facultas eligendi in casu huius §. licet non possit cedi uiuo stipulatore: tamen potest procurator constitui ad petendum, & eligendum.*
Procurator constitui potest ad petendum restitutionem fideicommissi: licet non possit cedi, nec procurator in rem suam constitui.

LEX LXXVI.

Si stipulatus.

1 ¶ Facultas † eligendi nō trāsit ad aliū præter stipulatoris hæredē. hoc dicit. ¶ Op. qa quicqd quærūt filius & seruus, quærūt dño & patri: vt. l. acqritur. s. de acqui. re. do. & placet de acqr. hære. hic dicitur cōtrariū, quare malè. Rndit gl. j. e. l. fi. in prin. φ ista est qdā facultas eligēdi, nō ius ideò inhæreret personæ serui: & nō quærit per seruū: vt. s. e. 2 l. stipulatio ista. §. hi q. q. † est notādū. † Nā si hæc electio cōpeteret p modū iuris, posset in aliā trāsferri per cessionē: vt ius eligēdi Episcopū, vel Abbatē qd cōpetit canonicis, vel monachis: & de hoc sunt plures casus, extra de elect. ¶ Sed cōtra hoc op. φ istud eligere seu arbitrari sit iuris: & in seruū nō cadat: vt. l. illa verba. de verbo. sig & no. j. de re. iur. l. qd atti- 3 net. So. † qdā est electio, quæ cōsistit in mera & libera voluntate: vt electio in alternatiuis. vel in legato optiōis: & istud est facti. & cadit in seruū: vt. j. eo. l. fi. in prin. Fallit in seruo pœnæ: vt. l. ex facto. §. si qs rogatus. ad Trebel. Quædā est electio, siue arbitramentū, quod nō consistit in libera voluntate: sed arbitrari debet: vt bonus vir. Sed si nō faceret, cogeret p iudicē. & istud est iuris: & in seruū nō cadit: vt in ij cōtrarijs. Si ergo seru⁹ stipulare tur aliqd arbitrio suo fieri non valeret stipulatio: quasi sit collata arbitrio incertæ personæ: vt. l. si merces. in princip. s. loc. Imò dices tu, si est iuris, trāsibit in dñm, sicut cætera iura: vt dictum est. Sed istud est ius inseparabile à persona: vt. l. si quis arbitratu. s. eo. ¶ Op. si illa facultas eligendi est facti: ergo non transit ad hæredem: vt. s. eo. l. cum qui sibi. Sed dicitur contra &c. & sic transiret in dominum seruo mortuo. Rñ. istud est factū executiuum iuris præambuli: & ideò sicut transit ius: ita & istud factū. ¶ Sed contra hoc op. gl. de. l. si sic. §. si quis ita. s. de leg. j. Sol. dicūt quidā, ibi fuit verbum velim: hic voluero. trussa est. Vel dic, φ est personalis stipulatore viuo sed eo mortuo, & realis, & transit in legatariū. ¶ Videamus rationes istorum per ordinē. Ratio quare est personalis stipulatore viuo, est quia si alij posset cedi, vel in alium trāsferri, fieret cōditio pmissoris deterior: qa ille forte alter, quàm prius eligeret: vt. l. is qui. de fideicom. lib. & .l. generaliter. §. si. eo. ti. sed post mortem desijt esse personalis. Ratio: quia hoc videtur esse actum: vt sicut obligatio ipsa principalis est trāsmissibilis, ita & ista: aliàs mortuo eo stipulatio esset inutilis. qd eo viuo non potest cōtingere. Item ideò trāsit ad hæredem: qa præsumitur scire voluntatem defuncti. vt. l. si quis filio. §. si qs plures. & ibi no. s. de leg. j. & legatarius in hoc habetur loco hæredis: vt. s. de vsuca. l. id tempus. §. j. Itē alienatio in hæredem est, necessaria: ergo &c. arg. l. peto. §. prædiū. de leg. ij. Et sic ex prædictis patet. φ natura huius facultatis est, φ post mortem pōt trāsire in aliū: in vita, nō nisi fiat ex necessitate. ¶ Sed ad quolibet istorum opp. & videtur φ transeat etiam in vita: vt. l. si pamphilo. de op. leg. sol. ibi seruus erat alienatus, vel manumissus: & sic desierat esse eadē persona cū domino. hic verò durabat dominiū: vt ibi patet. Et ideò hic seruus acqrit domino dene 4 cessitate. ¶ † Ex quo no. quòd si nomen debitoris alternatiui, cuius electionem habebat creditor, assignaretur ex secundo decreto creditori creditoris, transiret facultas eligēdi tum, quia fit ex necessitate: tum, quia trā sit in personā, cui stipulator nō potest imperare: vt. d. l. si Pamphilo. qd optimè probatur per. l. pro hære. §. si quid tamen. de acqui. hære. ibi cum petitio earū etiam creditoribus &c. & qd ibi no. in fi. gl. ¶ Op. ad secūdū. 5 & videtur. † qd talis facultas non transeat ad hæredem, vt. l. si qui arbitratu. s. eo. & .C. de contrahen. emp. l. fi. Sol. dicunt quidam doct. qnq; ius eligendi, seu arbitrandi, competit alicui suo & pro se: & tunc transit ad hæredes: vt hic. & .l. illud, aut illud. de op. leg. & .C. communia de leg. l. fi. & insti. de le. §. optionis. Aut iure alieno, & pro alio: & tunc non transit ad hæredes. d. l. si quis arbitratu. cum si. ita refert Cy. C. de contrahen. emp. l. fi. in vij. q. Certè prædicta distinctio non est vera in iure arbitrandi prout iuris est: quia in illic iure, vel nō receditur à persona: vel si receditur itur ad iudicem, etiam quando quis habet ius arbitrandi iure suo, & pro se: nec transit ad hæredem

ad hæredem, vt.l.hæc venditio.de contrahen.emp.&.j.eo.l.cũ stipulatus sim mihi à proculo.sed in facultate eligẽdi, ꝓut facti est procedit dicta distinctio. Nam si competit iure suo transit ad hæredẽ: vt hic, cũ si. Si iure a
5 lieno, & ꝓ alio, nõ: vt.C.cõmunia de leg.l.fi.§.sed & si quis. ¶ †Quæro, licet hæc facultas non possit cedi stipulatore viuo: an possim facere ꝓcuratorẽ simplicem ad petendũ, & eligendũ? puto quòd sic. Nã licet ius petendi restitutionem iuris fideicõ.non possit cedi: vel ꝓcurator in rem suam constitui, vt.s̈.de iure doti.l.si mulier.§.ex asse.tamen bene põt ꝓcurator simplex constitui: vt.l.q ita.§.j.ad trebel.&.l.restituta.§.j.eo.ti.& ibi no. pro hoc est tex.s̈.de procu.l.si is.&.j.rem ra.habe.l.cum debitore.in fi.& p easdẽ leges dico, quòd procurator generalis nõ potest eligere: sed oportet, quòd habeat speciale mãdatũ. vel quòd sequatur ratihabitio. Qualiter autem formetur libellus vidistis.s̈.l.proxi.§.qui illud.

SVMMARIVM.

1 *Verba præsentis temporis non porriguntur ad futura.*
2 *Clausula codicillaris, ut operetur: debet concipi, si non ualet, uel ualebit.*
3 *Potestas iurãs seruare statuta: nõ intelligitur iurasse de futuris. si multũ sibi præiudicat. Nec tenetur seruare illicita, impoßibilia, uel obuiantia eccesiasticæ libertati.*

1 Cum stipulamur. ¶ †Verba pręsentis temporis, nõ porriguntur ad futura .h.d. ¶ Oppono de.l.non quemadmodum.s̈. de iudic. vbi dicitur, ꝙ futura inducuntur in iudicio quandoq;. Dic vt.l.nõ quemadmodum.hoc anno distinxi in.l.j. C.de sen. quę sine cer.quanti.tetigi in.l.vbi autem.§.pe.s̈.eo. Inducitur in
2 argu.†ad.q.si testamentum dicit, quòd si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum. quòd si rumpitur agnatione posthumi: tunc ista clausula non habet locum: quia tempore testamenti valebat: sed debet dicere si non valet, vel valebit, vt hic. & sic secundum Dy.dic, vt plenè dico de iu
3 re codicillorum.l.j. ¶ †Quæro, potestas iurauit seruare statuta huius ciuitatis: fit vnum statutum post iuramentum: an debeat seruare? Videtur ꝙ non, vt hic. contra.l.si seruitus. de ser.vrba.prædi. Dicunt quidam, aut promisit seruare statuta: & tunc de futuris nõ intelligitur: vt hic.&.j.eod. l.si à colono. Aut promisit se seruaturũ: & tunc etiã veniunt futura: vt.d.l. si seruitus. licet Cano.contra. extra de iureiurã.c. pen. Sed hoc nihil est dicere: quia infinitiuũ comprehendit futurum. Breuiter dicerem, prout no. s̈.eo.l.ꝓxi.§.hæc stipulatio, ꝙ seruare statuta intelligatur de futuris, si mo
a dicum[a] præiudicãt iuranti. sed si multum præiudicium afferrent: tunc ad futura non porrigeretur: vt ar.l.vlti.C.quę res pig.ob.pos. Nec ob.de iureiu. c.pe.qa ibi iurauit seruare statuta edita: & sic se ad iam edita restrinxit. hîc verò simpliciter, & indefinitè iurasse proponitur. Item tale iuramentũ non refertur ad illicita, vel impossibilia, vel obuiantia ecclesiasticæ libertati: vt.c.j.de iureiuran.lib.vj.

SVMMARIVM.

1 *Pœna quando committatur contra hæredes?*
2 *Pœna quando promittitur, non refert, an dicatur tantum nomine pœnæ, an dicatur sub pœna.*

LEX LXXVII.

AD diem. ¶ Etiã hæreditate iacẽte ex cursu diei apposite, pœna cõmittitur.h.d. ¶ Op.de.l.pecunię.§.j.s̈.de vsur. Dicũt quidam, cõmittitur: sed ob.exceptio. Gl.dicit cõtrarium, ꝙ ibi hæreditas creditoris iacet: qa nõ est: cui soluat̃. ideò debet debitori ꝑiudicari: hîc verò iacet hæreditas debitoris, ideò creditori nõ debet præiudicari. Pe.dicit, nõ est verũ, per.l.sciẽdũ: cũ l.seq.s̈. de vsur. vbi si quis est absens ex causa necessaria, nõ cõmittit̃ mora: & sic pœna nõ põt cõmitti, qñ est causa necessaria: vt est in mortuo. & ideò dicit ipe: aut debitor decessit ꝓuisus: & tũc cõmittit̃: vt hîc. Aut non decessit ꝓuisus: & tũc nõ cõmittit̃: vt.l.sciẽdũ.&.d.Cy. tãgit in.l.ij.C. de
1 iure emphy.in.xij.q. Breuiter† istæ sunt imaginatiões. dixi tibi in.l. cũ filius.§.in hac.s̈.e.ꝙ aut cõmittit̃ ex pacto pœna sine aliquo hæredis facto: & ita loquit̃ hîc. Aut ex mora: & tũc loquũt̃ cõtraria. & gl.est in.l. si cũ mi
b litarib⁹.C.de resti.mili.tñ Dy. tenet hîc ꝙ detur restitutio[b] hæredi: vt.l.cũ
2 fili⁹.§.in hac. qđ no.in.l.qui in alteri⁹.j.de reg.iu. ¶ †Quæro, qñ pœna promittit̃, an debeat dici, promitto tantũ nomine pœnæ: an sufficit dicere sub pœna? Et videt̃ ꝙ sic: per istũ tex.habetis glo.in.l.rescriptũ.§.si pacto. s̈.de pact.& tex.fa.ercis.l.hæredes.§.idem iuris.cum si.

SVMMARIVM.

1 *Conditionis existentis tempus, num in ultimis uoluntatibus quoad acquisitionem spectetur?*

LEX LXXVIII.

SI filiusfamilias. ¶ Quantum ad acquisitionem, tempus contractæ stipulationis inspicitur.h.d. ¶ Op. de.l.quæ legata.j.de re.iur.& de gl.in.l. si vxor.C. de condi. inser. Solu. ibi in legatis: hîc in contractibus. Quæ est ratio? d.glo.in.l.si vxor.C. de condi .inser. ꝙ in legatis non vertit̃ factũ filij: ideò inspicimus tẽpus cõditionis: in cõtractibus vertit̃ factum filij: ideò patri acquiritur. Sed certè potest esse cõtractus, in quo nõ potest verti opera filij.l.liber homo.§.j.s̈.de acqui.re.do. Et ratione hui⁹ posui in.l.si is, qui pro emptore.s̈.de v su.& ista est ratio: ꝙ in cõtractibus conditione existente, fingitur retro quæsijsse, & celebratũ esse cõtractũ: vt.l.necessario.§.quòd si pendẽte.s̈. de peri. & cõmod.rei ven.q&.l.potior.&.l.qui balneũ.s̈.qui poti.in pigno.ha, in legatis nõ trahit̃ retro: vult
c j.§.ij.s̈.ad sil . ¶ Op.de.l.si debitori[c].§.si fili⁹.j.de fideius.& .l. qdã cum filiũ.j.eo.gl.& doc.soluũt vno mõ, & bene.sed in ratione malè.& dic.ꝙ ibi post emancipationem interuenit talis actus, q actus
a sufficeret ad pariendam actionem stipulatione non præcedente. Illud nihil est dicere: quia nos quærimus de actione, quæ nascitur ex stipulatione præcedenti, non ex actu sequenti. ¶ Sed quæ est ratio? Dic, ꝙ istud, quod venit in cõditiõe potestatiua, nõ trahitur retro: vt.l.potior.&.l.qui balneum.&.l.j. s̈.qui potio.in pigno.habe. & contraria in conditione potestatiua loquuntur. sed hic loquitur in cõditiõe casuali, quæ retrotrahitur: vt.d.ll. ¶ Opp.de l.si verò non remunerandi.§.si filio.s̈.manda. Veritas est, quòd ibi loquitur de actione, quæ datur ex æquitate: vt in factum: non de actione, quæ nascitur ex præcedenti contractu. Simile in.l.si dubitetur.in fi.j.de fideius.& ibi dicã. ¶ Op. de.l.quidam
b cũ filium.s̈.de hære.institu. Breuiter gl.tangit in.l. vlti.j̈.de stip.ser. ꝙ.l.nostra loquitur in conditione extrinseca: secus si in intrinseca conditione, quæ respicit tempus.existentiæ suijuris. Ista est bona, & optima: nisi talis conditio adijceretur dolo: vt.l.vl-
1 ti.j.de stipu.ser. ¶ Accipe† ergo tres casus, vtrum q̃ꝫtum ad acquisitionẽ inspiciatur tempus existentis conditionis in vltima voluntate? dic quòd sic: vt l.quæ legata.j.de reg.iur.l.si vxor.de condi.inser. sed si in contractibus: & tunc aut cõtractus talis cõfertur sub conditione quadam extrinseca: & tũc aut illa conditio est potestatiua: & tunc inspicitur tempus existẽtis cõditiõis.l.quidã cũ filiũ.in fin.j.eo. Si verò erat casualis cõditio: & tunc q̃ꝫtũ ad inquisitionẽ, inspicit̃ tẽpus obligationis contractæ: vt hîc. Fallit qñ ex æquitate dat̃ vtilis, vel actio in factũ: vt l.si verò nõ remunerãdi.§.si filio.s̈.mã.&.j.de fide ius.l.si dubitet̃.§.fin. Si verò cõfert̃ sub cõditione intrinseca, quæ confert̃ in tempus existentiæ sui iuris: & tũc aut promissio fit ab ipso patre: & inspicitur tẽpus cõditiõis: vt.l.pe.de col.bo. Aut ab extraneo: & tũc aut in tẽpore mortis patris, & ipsi patri acquiritur stipulatio: vt.l.quicunq;.§.j.s̈.c. cõiũcta l.vlti.s̈.de cõdi.insti. Si verò cõfert̃ in tp̃s post mortẽ: & tũc aut sine dolo: & tẽpus conditionis existentis inspicitur.l.quidam cum filiũ.s̈.de hæred.insti. aut cum dolo: & tunc tempus stipulationis non inspicitur: vt.l.fi.j.de stipu.ser.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in actionibus stricti iuris, non ueniunt, nisi à tempore litis contest.*
2 *Practica libellandi in casu huius.§.*
3 *Fructus ꝙ petantur, ut fructus, uel interesse, in casu huius §. quid releuet?*
4 *Fructus quando ueniant à tempore lit contest. & quando à tempore moræ.*
5 *Fructus donec sunt in fundo, sunt pars rei, & in rei uendicatione non petuntur: ut pars rei, sed tanquam mei, percepti ex fundo meo.*

1 Cum fundum. ¶ Iste est difficilis §.in actionibus† stricti iuris, nõ veniũt fruct⁹, nisi à tpe lit.cõtesta.h.d. tex.cum gl.sua. ¶ Ad.l.nostram op.de.l.si fundũ, certa die præstari.eo.ti. Gl.quæ est hîc, dicit: ꝙ ibi loquitur de interesse, qđ cõsistit in dãno: hic de eo, quod consistit in lucro. truffa est. alia est so. quòd ibi veniunt fructus, vt interesse: nõ vt fructus: vt hîc. Sed illud nihil est dicere q̃ꝫtũ ad.l.hãc. Iõ dic, ꝙ ibi loquit̃ in obligatiõe facti: hic in obligatione dandi: ideò nõ veniunt fructus. Prætereà, ibi nõ dicitur, ꝙ veniãt fruct⁹: sed ꝙ venit interesse, vt.j.dicã. ¶ Op. de.l.in hac.de triti. Dic ꝙ à tpe moræ, licet non veniãt fruct⁹: tñ habebitur rõ fundi quanti plurimi à tpe moræ fuerit: vt dicim⁹ in vino: vt no.in.l.vinum s̈.si cer.pet.&.l.fi.de triti.& istud est vtile ꝓpter
2 practicã. †Nã si in libello peterẽ cõdẽnari ad fundũ cũ fructib⁹, succũberẽ ĩ fructib⁹, vt hic. Si verò peterẽ cõdẽnari ad fundũ quãti plurimi fuerit à tpe moræ, vincerẽ, nec est dubiũ, ꝙ plus valebat, cũ erat fructib⁹ plenus, vt.l.fi.§.fructus.de his, quę in frau.cre. ¶ Op.de.l.videam⁹.§.si actionẽ.s̈.de vsur. Solu. ibi veniunt post lit.cõtest.ante nõ, vt hic.& ꝓbat̃. s̈.si cer.pe.l.cũ fundũ.in prin. ¶ Op.de.l.in cõuẽtiona
a libus.§.fi.s̈.eo.vbi qñ est rẽ tradi, venit causa bonorum, ergo fruct⁹. Rñ.illa.l.habet plures lect, & ꝓu:

a ¶ Si modicũ præiudicant. Adde ꝙ Imo. transit cum opi.Bar.& Abba. in.c.pe.de iureiurã.& cũ horũ opi. dicit Alex.transeũdum, licet aliqui contra. An autem q se submittit statutis videatur se submittere [illegible] vide Abb.consi.lj.

b ¶ Restitutio. Adde quòd idem tenet Ange.hîc. Ange.& Imo.in.l.sed & si in conditione §.seruus.s̈.de hære.insti. Spe.in ti. de emphy.§.nunc aliqua.versi. xviij. Aliam ponit opi. vt refert Alex.sed videtur quòd ver. seq.inclinet in hãc partem, quòd detur restitutio: vt ibi videri potest: licet referat opin. Hosti.quòd hęredi ignoranti detur restitutio: hæreditati verò iacenti non. quia hæreditas iacens repræsentat personam defuncti. vnde cũ defuncto non daretur restitutio, allegando ignorantiam.l.si pro suo. Similiter nec eius hæredi.arg.c.j.extra de sol.

c ¶ L.si debitori. Adde secundum Alexã. quòd licet Ange.& Paul. de cas.sequantur sol. Bar.ad.l.si debitori. quod tñ Rapha. & Imo.dicunt ꝙ non põt procedere rationibus de q bus hîc p eos: vñ dicunt ꝙ verior videtur so.ad illã.l. illa quę per ipsum Barto.datur ad.l.si verò non remunerandi.

a ¶ Dicit Pe. Adde
quòd eius opi. seq
tur Bal. Ang. Imo.
& Rap. Pau. de ca.
hic & Alexan.
b ¶ In præsenti. ad-
de quod Bal. cõsi.
ccxcix. j. li. tenet
ꝙ volũtate partiũ
verba sentẽtię pos
sunt dirigi in ab-
sentem.
c ¶ Quid si tẽpore.
Hoc limitat An-
ge. nisi ꝓcurator
non consentiat. l.
mutari. de ꝓcura.
And. Barb.
d ¶ Causam proseq.
Adde quod Ang.
intelligit verũ, nisi
dominus contradi
cente procuratore
in se assumere vel-
let in sententia cau
sam: qa hoc facere
nõ põt p lit. s. de ꝓ
cu. & not. gl. in. c.
pe. ĩ ver. siue post.
de ꝓcu. ĩ. vj. voluit
idem Bar. in. l. fu-
rioso. s. de re iud.
& in. l. ꝓcuratori
bus. C. de procu.
e ¶ Facturum & cu
raturum. Adde ꝙ
hanc sol. sequitur
Bal. consi. ccxcix.
j. lib. vbi dicit, ꝙ si
quis in cõpromis-
so promittit titiũ
ratum habiturum
debet intelligi se
facturum & cura-
turũ. quia ista cau
tio est redacta ad
instar prætoriarũ
maximè si sit sta-
tutũ, quòd senten
tiæ arbitrorũ man
dentur executioni
& qđ valeat ꝓmis
sio de rato, tenuit
idẽ bal. cõ. cccxix.
j. lib.
f ¶ Sed ista. Mora
non debet esse dã
nosa creditori, nec
lucro, vt. l. si mora.
solu. ma. vbi perit
tam cito, quòd nõ
potest alienare. ꝓ
opi. Mar. in. l. fin,
§. si ea. ad. l. rho. de
iac. & l. siis. de iure
do. Ang. tamen di
cit, qđ in actione
bonæ fidei distin-
guit̃ an pereat na-
turaliter, vt. d. l. si
plures an casuali-
ter vt. l. si in Asia ĩ
fin. depo. Andrę.
Baba.

intelligis in obligatione facti: tunc veniunt fructus,
vt interesse, nõ vt fruct⁹ p. l. si fundũ. j. e. ¶ Quid ꝓ-
3 dest hoc? † Rñ. qa qñq; plus cõtinet vnumquã aliud?
Pone rusticus debet mihi doctori p̃dium tradere: ꝑ-
cepit magnos fruct⁹: sed ego pciperẽ paruos si ego
peterẽ, vt fruct⁹ deberent oẽs quos ipse pcepit, si pe
to: vt interesse, deberẽtur oẽs, quos ego pcepissem.
In effectu ergo differt. Itẽ in mõ practicandi. Nam
fruct⁹ petunt̃ officio iudicis: vt. l. videam⁹. §. ex cã. s.
de vsuris. Sed qn interesse petit̃ tunc venit iure obli
gationis vt. l. stipulationes nõ diuidunt̃. ver. Celsus.
Erit ergo aduertẽdum ĩ forma libelli. & p hoc intel
ligis gl. d. §. ex cã. & d. l. in cõuẽtiõalib⁹ in fi. ¶ Op
po. de. l. si stipulatus. s. de vsu. Sol. ibi fuit stipulatio
rẽ dari, & vacuã possessionẽ tradi: & hic sic ñ fuit sti
pulatus; & ideo ista duo simul iuncta aliqd operant̃.
¶ Vltimò op. & videt̃, quòd fructus veniant: vt. l.
Iul. §. si fructibus. de acti. emp. Gl. dicit ibi in actio
ne bonæ fidei: hic in actione stricti iuris. Petr. dicit
reprehendendo istã gl. nõ video rationẽ inter cõtra
ctus bonæ fidei, & stricti iuris, sed dicit ipse, aut ve
niũt ex cã lucratiua & loqtur hic. Aut ex cã onerosa:
& loquitur ibi. Ista distinctio est cõtra. l. rõ. §. j. de
acti. emp. Itẽ cõtra secundũ mẽbrũ est. s. de le. j. l. a-
pud Iul. §. j. vbi est causa lucratiua, & tñ veniunt fru
ctus: quia illa actio habet instar bonę fidei. ¶ Dic er
4 go tres casus. ¶ † Aut in obligatione venit rẽ dari tã
tum: & tunc aut est contractus stricti iuris, & non
veniunt fructus, nisi à tpe lit. contesta. vt hic. & l. vi
deamus. §. si actionẽ. s. de vsur. haberetur tamẽ ratio
quanti plurimi fuit à tpe moræ. vt. l. vinũ. & l. in hac.
Si verò loquimur in cõtractu bonæ fidei: & tũc ve
niũt fruct⁹ à tpe morę, vt iul. §. si fructib⁹. s. de act. em
pt. l. videamus. §. ex cã. s. de vsur. Aut est in obliga
tione fundum tradi: & tunc fructus, vt interesse, ve-
niunt à tempore moræ, vt. j. eo. l. si fundũ tradi. Aut
venit in obligatione fundum dari, & vacuam posses
sionem tradi: & loquitur. l. si stipulatus. s. de vsuris.
¶ Sed opp. de. l. fructus pendentes. s. de rei vendi.
5 Dicit † Pe.[a] respectu iuris realis. Fructus sunt pars
a fundi: sed respectu iuris personalis non, vt hic. Sed
istud est contra. l. fi. §. fructus. s. de his, quæ in frau.
cre. ideo dic, quòd glo. optimè dicit: quia istud est
verum in fructibus pendentibus: hic secus. ¶ Ratio:
quia fructus sunt pars terræ ad tempus: ideo postq;
sunt separati à terra: non possunt peti, vt pars. sed in
reali hoc est plus: quia quãdoq; etiam separatos pos
sum petere, vt meos, non vt partem fundi, sed tanq;
meos quia perceptos ex fundo meo.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ tempore, si sit præsens procurator & dominus,*
& uerba sententiæ referantur ad dominũ, an ualeat sen
tentia? LEX LXXIX.

SI procuratori præ-
sentis. ¶ Præsentia p sonæ, inducit vt al-
teri p alterũ actio qrat̃. h. d. ¶ Op. de. l.
possessio. §. & si possessio. s. de acquirend. posses. in
sti. de inuti. stipu. §. alteri. Dicunt quidam, ꝙ hic inp̃
to. stipu. Tu dic, ꝙ hic operatur personæ præsentia
vt dixi. s. eo. l. stipulatio. §. si qs insulam. ¶ Quæro,
qualiter verba debẽt concipi? Et vide gl. quę incipit
hoc in prætorijs: ibi itẽ hoc in stipulatione, & datio
ne &c. & not. istã gl. & alleg. eam in. §. si qs insulam.
Pe. de bel. perti. dicit ꝙ etiã si verba obligationis, &
executionis cõferuntur in personã procuratoris, va
let. Et qñq; sine cessione alteri per alterũ quæritur a
ctio: vt no. in. l. j. ĩ prin. j. de stip. ser. Sed illud nõ est
verum. & l. j. de. stip. ser. cũ gl. loquit̃ in filio, & ser
uo, qui vident̃ eadẽ persona cum patre, & dño: vt in
§. ei qui. de iuti. stip. ¶ Et ꝙ Pe. nõ bene dicat, scitis
ꝙ ex sententia quæritur alteri actio sine cessione: vt
l. in causæ. §. fi. s. de ꝓcu. tamen oportet ꝙ verba ob
b ligationis, & cõdẽnationis in præsenti [b] persona refe
rantur: vt. l. j. C. de sen. & inter. om. iudi. Quid si tem
c pore[c] sententiæ † est præsens procurator, & dñs, &
3 verba omnia sentẽtię referunt̃ ad dñm an valeat? Vi-
detur ꝙ nõ vt hic. sed hoc ideò: qa dñs non loqueba
tur, ꝙ in stipulatione requiritur, sed in sententia suf-
ficit præsentia nec op; ꝙ loquat̃. Et sic puto ꝙ valeat
d si dñs arat ibi, volẽs cãm ꝓseq[d] qđ potest secũdũ ea, q̃ dicã. j. iudi. sol. l. si
post acceptum. secus si esset ibi assistens procuratori: quia in eum non de-
bet ferri sentẽtia inuitum: sed si pro se fertur, præsumo eũ in dubio vo-
luisse litigare: aliàs secus.

SVMMARIVM.

1 *Verba quomodo dicantur ambigua?* LEX LXXX.

QVoties in stipulationibus. ¶ In am
biguis as
1 sumimus interpretationẽ, quæ vitio caret. h. d. ¶ † Quæro,
qũo dicat̃ ambigua? Et dicit glo. propter æquiuocationẽ: vt ca
nis qui est q̃dã stella: & est canis latrabilis: est canis piscis natabilis. Itẽ ꝓ-
pter cõpositionẽ & diuisionẽ &c. ¶ Opp. j. e. l. inter stipulãtẽ. §. si Stichũ.
gl. distinguit hîc, de quo vidistis. s. e. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus.
& plenè in. l. veteribus. s. de pac. plenius per Dy. in. c. cũ sint partium iura.
de reg. iur. in. vj. ¶ No. ex hac. l. exemplum. qđ dicit glos. de lib. Aristo.
& sic ad significationem genitiui. de qua dixi. s. de ope. no. nuntia. super
rubri. Item no. exemplũ de Bononia, cum sint duę ciuitates, quę isto no-
mine vocãtur: vna. s. Lõbardię: & alia vltra mõtes. Qđ facit: qa in hac pro
uincia sunt plura castra eiusdem nominis: & variantur per aliqua cogno-
mina: tamen in actionibus criminalibus non potest dici certum: nec licet
vagari: ideò debent exprimi: aliâs fortè vitiaretur. argu. infrà. de iure fis.
l. ita fidei. in principio. LEX LXXXI.

QVoties quis alium. ¶ In stipulationibus p̃-
torijs simpliciter conce-
ptis, videt̃ qs promittere se curaturum. Itẽ in obligationibus
facti, succedit obligatio ad interesse. h. d. ibi: nã q aliũ sisti &c.
Nota bonũ text. ¶ Oppo. promissio facti alieni nõ valet: vt. l. stipulatio
ista. in princi. s. eo. Solu. hic promittit factũ suum. i. se facturũ & curaturũ.
¶ Sed oppo. de. l. stipulatio ista. in prin. s. eo. Glo. nõ respõdet hic, sed in.
sti. de inuti. stipu. §. si quis alij. qđ in prætorijs stipulationibus est specia-
e le, ꝙ resoluatur se facturũ, [e] & curaturũ. Et illud voluit dicere hic glo. quę
incipit in iudicio: qa secus est in alia stipulatione: sed nõ videtur, qđ bene
exponatur: quia seruus non potest esse in iudicio. Fallit in casibus: & tu il-
los hic debes intelligere. Ideo vide glo. & adde ad eam ibi, in casibus. vt. l.
hos accusare. j. de accu. Item ibi momentanea. vt. C. si per vim vel alio mo
do. l. j. Item ibi. Cęsaris vt. C. vbi causæ fis. l. fi.

Si procurator fisci. ¶ Stipulatio procuratoris refert̃ ad
interesse dñi. h. d. Simile in. l. si pro
curator. s. si quis cau. & facit. l. stipulatio. in fi. s. de ope. no. nun. & vide qđ
dixi in. l. prætor. eo. titu. Tangit Cy. in. l. j. C. de procu. in. q. j.

SVMMARIVM.

1 *Debitore in mora existente an distingui debeat, num res eodem modo esset peritura*
apud creditorem? LEX LXXXII.

NEmo rem suam.
Si post moram. ¶ Periculum interitus spectat
ad debitorẽ: vel periculum in
terit⁹ spectat ad morosum. h. d. Ista materia est in. l. quod te. & l. incendiũ
1 si certum petatur. non examinabo hîc. ¶ Quero, an debeat distingui si res
esset peritura, eodem modo, vel non? Et vide glossam quæ incipit nõ pe
riturus eodem modo. Et ista. q. secũdũ ꝙ scitis multũ reuoluitur. s. si cer.
petat̃. l. quod te, & l. mora. s. de vsur. Cy. ponit. l. in minorum. C. in quib.
cau. in integ. rest. nõ est ne. Gul. de cu. ponit in. l. qđ te. s. si cer. peta. Dic,
quandoq; ad restitutionem speciei, conuenitur quis actione reali: & tũc te-
ne glo. in. l. item si verberatũ. in fi. cum. l. seq. s. de rei ven. Quãdoq; ĩ actio
ne personali quis tenetur ex delicto: quia subtraxit. & tũc indistinctè spe
ctat ad debitorem: vt. l. j. §. rectissimè. s. de vi & vi arma. l. subtracto. C. de
fur. & C. quod met. cau. l. j. Fallit in. l. si cum exceptione. §. quod si hõ. s. q
me. cau. Ratio fallentiæ no. in. d. l. quod te. Quãdoq; quis est debitor ex cõ
tractu: & in hoc gl. diuersificãt. & Azo tenet, quòd debet fieri distinctio,
an esset &c. l. si plures. ĩ fi. s. deposi. & l. si duo. §. fi. s. de cõst. pe. Ioã. cõtra.
¶ Pe. de bella perti. tenet opi. Azo. aut debitor contempsit tãtum inter-
pellationem: & tunc habet locum distinctio Azo. in. l. alle. per eũ. Aut cõ-
tempsit iudicis præceptum: & tũc est vera opi. glo. vt. l. vbi. §. j. s. de eden.
f Sed ista[f] opi. est falsa. per. l. cum res. §. fina. s. de lega. j. Quare Gul. de cug.
dat aliam distinctionem, & dicit: aut contractus fuit celebratus gratia cre-
ditoris tantum: & tunc dicit verum Azo. & hic est casus in. l. si plures. ĩ fin.
s. depo. Si verò gratia debitoris, vel vtriusq; fuit celebratus contractus:
& tunc loquitur opin. glo. argu. l. si seruus leg. §. cum quid. s. de leg. j. cõ-
iuncta. d. l. cũ res. §. fi. ista nõ est bona distinctio. ¶ Tu debes scire, ꝙ fur,
& morosus æquiparantur: vt. j. l. ꝓxi. §. penul. Sed in fure, & raptore, & in
fi. nõ adhibetur ista distictio. vt. d. l. j. §. rectissimè. & l. subtracto. C. de fur.
& sic in moroso. Prætereà: in contractibus, qui celebrantur gratia credito
ris tantum: vt depositi: tunc mora rei dicitur perfidior, & magis punibilis,
quàm in alijs contractibus: vt. l. j. §. j. s. de his, qui no. infa. & l. furti. §. fi. eo.
ti. & ideo periculum interitus debet ad eum spectare. Teneamus ergo gl.
nostram. Ad. l. si plures. in fi. respon. vt glo. in. d. l. quod te.

SVMMARIVM.

1 *Promittens habere licere dicitur alienum factum promittere, quando contractus*
præcedit, de cuius natura hoc uenit: uel facto eorum, quos potest prohibere.

Stipulatio

2 *Stipulatio ista dolum malum abesse, & habere licere: non continet nisi factum suum, & successorum: & quos potest prohibere.*
3 *Simpliciter, id est sine distinctione.*
4 *Practica probandi negatiuam. s. Titium non fuisse in tali loco.*
5 *Dolus tertij, an faciat rescindi contractum: remissiuè.*

LEX LXXXIII.

* INter stipulantem. ¶ Potest quis factum alienum promittere: sed
simpliciter promittendo videtur promittere se curaturum,
quando pręcedit contractus. ex cuius natura hoc venit. h. d. ibi
negotium. l. obligatio. ar. l. aristo. ṡ. de dona. ¶ Examinemus secundam lec.
gl. & habet duo contraria. Dicitur hic stipulatio ista habere licere continet
alterius factum. contra. ṡ. eo. l. stipulatio ista in prin. Rñ & gl. dat quatuor
vel quinq; so. vna est, quòd hic præcessit contractus, ex quo debebat̃ eui
ctio extraneo euincente. & ista est vera. Alia sol. est, quòd promittere vi
det̃ pro se & eis, quos potest prohibere: vt. l. fluminũ. §. cũ q̃. de dã. infect.
& ista potest esse bona. Tertia sol. est, quòd differẽtia est inter stipulatio
nem habere licere simpliciter interpositam, quia videor factum alienum
promittere, secus si expresse promitto: & hanc tenet Pe. vt recitat Cy. in
vij. q. C. de pro cu. l. j. Sed ista non est bona per. l. stipulatio ista. in prin. cõ
1 iuncto ver. sed quatenus. Quarta so. est Io. † quæ ponitur in glo. & est ve
rissima. & no. sed debet coniungi cum præcedentibus, vel altera earum. Et
sic tenetur de facto alieno qñ præcedit contractus, de cuius natura hoc ve
niat vel de facto eorum, quos potest prohibere: tamen tunc non formabi
tur libellus quasi per eum non liceat habere: & sic ipse cõtrafaciat: sed qua
si per ipsum non curetur: quòd alius non faciat, qđ bene no. dixi. ṡ. eo. l.
in illa. Aliæ ponunt̃ in gl. & essent bonæ, sed non haberent dubiũ. ¶ Op.
de. l. stipulatio ista. §. si quis dolum. ṡ. eo. Gl. dicit hic: dic, vt dixi in pe. sol.
Et si habetis penul. tũc nõ põt ad pe. adaptari. si habetis antepe. potest, vt
ṡ. dixi. Si posset adaptari vlt. solu. tunc non haberet dubium ista lex. Item
dicit glo. vel in secunda & ista est bona ibi: & in tertia dicit glossa. nõ est
2 bona: vt. ṡ. reprobaui: vel tene secundam, vel primam. ¶ Breuiter ista † sti
pulatio dolum malum abesse, & habere licere, non continet nisi factum
suum & successorum, & quos prohibere potest: & quando præcedit con
tractus ex quo euictio debetur: dic vt dixi plenè in. l. stipulatio ista habe
re licere. in prin. Alij volentes euitare contraria dicunt, & lectura Iaco. de
are. Oldr. & Ray. quòd in principi. l. non variatur casus: sed in ver. & q spõ
det. Et pone, ꝙ quis promittit dolum malum abesse: dicit Iurisconsul
tus, quod nõ videtur simplex abnegatiuum promittere vt de facto omniũ
promittat, sed de facto suo. Et adde ad text. secundum Iaco. de Are. & Ol
dra. ibi simplex abnutiuum: hoc est simplex & indistinctè abnegatiuum
doli etiã à quolibet extraneo cõmittendi: sed curaturum at à se veniẽtiũ,
& à se absit: & tunc cõcordat cũ cõtrario & lectura Iaco. de are. & Oldra.
¶ Pet. de bella perti. legit alio mõ: & in idẽ recidit: & format q̃stionẽ sic.
Pone, quòd aliquis vult teneri de dolo alterius, qualiter debet promitte
re? Certè non sufficit promittere dolum malum abesse: sed oportet, quòd
promittat se facturum, & curaturum, ꝙ dolus malus aberit: & tũc de facto
3 alterius tenebitur. & hoc modo legit Petrus. Et aduerte † ad illud simpli
citer. s. sine distinctione: vt. dixi. ṡ. eo. l. j. §. si qs simpliciter. ¶ Secundò tene
4 † menti ad illud, qđ faciũt aduocati & semper alleg. istã. l. ad hoc. Vult dice
re aduocatꝰ, ꝙ Titiꝰ nõ fuit in tali loco: & ipse dicit cessauit esse in tali loco
vel fuit absq; e. & nõ videt̃ negatiua postquã õn ꝓponit̃ negatiuè. Sȝ certè
qñq; nõ ponit priuationẽ, ponit negationẽ: vt hic, nõ simplex abnegatiuũ.
& ꝓ hoc gl. in. l. fi. §. fin. in vlt. glo. ṡ. de do. excep. & l. actor. C. de probat.
5 & ibi Cy. tangit. ¶ Vlterius inducũt † quidã istud principiũ, vtrũ dolꝰ ter
tij faciat rescindi contractum? & iste tex. inducitur, ꝙ sic, sed aliter intelli
gitur. l. ista vt dixi. dic: vt. l. & eleganter. in prin. ṡ. de dolo malo.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium redditur in inuitum. causatiuè.*
2 *Litis contestatio inducitur, quando actor petit unum: & est dubium, an de illo senserit reus, nec reus admittitur ad probandum: secus in contractibus.*
Reus, qui respondet actori petenti unum, errauit: quia de alio respondere uolebat: restituitur, si est læsus.
3 *Ius declarandi, quod est ambiguum, non transit ad hæredem.*
4 *Volentis declaratio, & electio, in quo distent?*
5 *Ius declarandi transit ad hæredem, quando declaratio potest stipulatori prodesse, & ipsi reo nocere.*
6 *Testis, quando deposuit ambiguè, ad quem pertineat declaratio, & in fauorem cuius fiet: an actoris, uel rei?*
7 *Libellus dubius declaratur ex probationibus. & j. nu. 9.*
8 *Litis contestatio si est facta per confeßionem dubiam, eius declaratio spectat ad reum.*
9 *Procurator non declarat uerba ambigua libelli porrecti per dominum.*
Dominus declarat libellum datum à procuratore specialiter constituto ad sic libellandum: aliàs non.
Libellus, quando est incertus, articuli debent esse certi ad libellum declarandum. & sic per probationes declaratur, & ṡ. nu. 7.
Reus obscurè excipiens, declarat quemadmodum & libellans.
10 *Successor iudicis inquirentis obscurè, non potest inquisitionem declarare.*
11 *Incertitudo, si apparet post sententiam, quis poßit eam declarare?*
12 *Declaratio, quæ potest fieri per uerisimilia, potest fieri per successorem.*
13 *Cautela, quòd quando bannitus capitur, iudex uel per cõfeßionem eius, uel per probationes faciat, apparere illum hominem: & idem corpus.*
14 *Declaratione semel facta, non admittitur uariatio.*

Si Stichum stipulatus. ¶ Et iste ẽ
vtilis. §. dissensus vitiat stipulationẽ: sed nõ iudiciũ.
h. d. ¶ Opp. d. l. si emptione. in prin. ṡ. de cõtrahẽ.
emp. Sol. ibi in qbusdam accessorijs fuit dissensus.
Opp. ṡ. eo. l. quoties in stipulatiõibus. Sol. hic cõ
stabat: in dubio dic, vt ibi. ¶ Opp. dicitur hic ꝙ
cõsensu stipulatio cõtrahitur. Contrà. ṡ. e. l. j. in pri
cip. Sol. cõtrahit̃ cõsensu, verbis expresso. ¶ Opp.
ꝙ iudiciũ redditur in nolentẽ: vt. l. si reus. ṡ. de ꝓ
1 cu. l. si domus. §. qui cõfitetur. ṡ. de lega. j. Sol. † red
ditur iudiciũ in inuitum, saltem causatiuè. ¶ Sed
oppo. iudicium sine lit. cõtest. nõ valet: vt. l. j. C. de
lit. cõtest. & l. ꝓlatam. C. de sentẽ. Modò si agitur
de Sticho: & ego respõdeo de alio nõ est facta lit. con
testa. quia non ad idem. Pet. nesciuit soluere contra
rium: vel scripta malè referunt: & dicit ipse, fateor,
si constaret de vno actorem sensisse, & de alio reũ:
ꝙ tunc nõ valeret: sed hic loquimur in casu dubij.
Sed illud non põt esse verũ: quia præmisit casum,
vbi est certum in contractibꝰ: ergo & hic in iudicio.
2 ¶ Quid dicemꝰ? † Et dico si ex ipsa contestatione a
constaret, quòd de vno senserit actor, & de alio reꝰ:
non valeret. Sed si est dubiũ: in hoc est differẽtia in
ter contractus & iudicia, quia in contractibus pos
sum probare, quòd ipse nõ senserit de eo, quod sen b
sit actor: in iudicijs non admittar ad hoc proban
dum: quia lex præsumit, ꝙ reus sensit de eo, qđ sen
sit actor. Plus dico: ꝙ si ad probandum esset ad
missus reꝰ, & probaret dissensum: nõ propter hoc
a irritaretur[a] iudicium: & de hoc ẽ casus hic. Crederẽ
tamen, ꝙ si ex hoc iusto ductus errore omisisset ali
quã defensionẽ, restitueretur ex clausula generali.
¶ Opp. ꝙ iudicium sit omnino nullum: vt. l. idem
Pompo. scribit, si frumentum. §. fi. ṡ. de rei vendi. vi
dete singu. glo. hic & ibi dicit vnum verbum valde
3 notabile: † ꝙ hic actor viuebat: qui volebat decla
rare, secus si non viueret. Et vide glo. quę incipit vi
uenti: & declarare volenti: & sic istud ius declarãdi
non transit ad hæredem secũdũ istã gl. Pro hoc fa
cit. ṡ. eo. l. centesimis. in fi. & no. etiam in. l. cõtraria.
ibi, dum glo. dicit decessisse. quod bñ no. ¶ Sed nõ
ne est contra casum. l. si stipulatus fuerim. in princi.
4 ṡ. eod. Aduerte, † differentia est inter declarationẽ
volũtatis & electionẽ: qa si ꝓmisisti Stichũ: vel Pã
philũ: possum eligere, vt ibi: sed hic loquit̃ de decla
ratiõe volũtatis qñ de certo sensit. Sed cõtra illud vi
det̃. l. si qs à filio. §. si qs plures. de lega. j. vbi hæredis
est electio & declaratio volũtatis: sed ibi est fauor vl
timæ volũtatis. Itẽ ibi, quicquid hæres elegit, est ad
cõmodũ creditoris, & ideo põt prodesse: sed hic nõ
potest eligere aliud: quia obesset conuento, si cùm
alium eligeret reus, non fecisset defensionem, quam
debuisset. Et ad hoc facit gloss. in dicto. §. si quis plu
res. in alio dubio: & istud plus placet, q̃ præcedens
5 ratio. ¶ Propter † quod dico, quòd si decedit reus eo
casu, quo ad eum pertinebat declaratio: vt. l. stipula
tio. §. in stipulationibus. ṡ. eodẽ. & no. in. l. quoties.
si quidem stipulatio erat ex causa lucratiua ita, ꝙ
quicquid eligatur prodest stipulatori: quòd hæres
debebit eligere. argu. d. §. si quis plures. sed si ex cã
onerosa: tunc vitiatur stipulatio per ea, quæ dicta
6 sunt. facit. ṡ. loca. l. si decem. & quod ibi nota. ¶ † Et
b ista lex facit ad. q.[b] reperitur. quòd testis examina
tus in iudicio deposuit ambiguè de Sticho: nõ dicit
de quo, quæro an debeat ĩterpretari pro reo, vel ꝓ
actore dictum testis? Et verba docto. dicunt, aut lo
quimur de his, quæ pertinẽt ad litis ordinationem;
& fauemus actori: vt. l. de die. in princip. ṡ. qui satis
da. cogan. Aut de his, quæ pertinent ad litis decisio
nem: & tunc fauemus reo: vt. l. fauorabiliores. de re
gu. iur. & l. Arrianus. ṡ. de actio. & obliga. Ita dicit

* Pro concordia. Aduerte, qđ gñaliter iudex succedẽs in locũ prædecessoris sui, nõ põt declarare sñiam latã p p̃decessorem suũ. Ita allegat̃ Barto. in. l. ab executore. ff. de ap. Cõtrarius allegat̃ per. d. Alex. ĩ. l. ex facto. col. j. ff. de vulg. & pup. aliter tenere in hac. l. ĩter stipulãtẽ. in. §. j. Soluit do. Alexan. in. d. l. ex facto. Quã sol. colligit ex verbis Bart. in hoc. §. j. & etiã. d. Ale. soluit. dic vt hic per eũ. Adde ad not. in. l. Põponiꝰ. §. si plures. ff. de rei vend. in. l. omnes ppl̃i. ff. de iustit. & iur. in. q. iij. p Bart. & vbiq; concor.

a ¶ Irritaret̃. Adde ꝙ Imo aliter ĩtelligit hunc text. cui adhęret. Alexan.

b ¶ Facit ad. q. Adde in cõtum Alex. post Barto. tangit de testibꝰ, dicẽdo ꝙ possunt reduci ad concordiã, non vt probẽt, sed gratia euitãdi falsum. Adde, ꝙ idem tenuit Ro. consili. clvj. Et qñ testes ad concordiã sint reducendi, vide Pet. de anch. consi. ccclxxxvj. Et ꝙ licet testis ad cõcordiam reducat̃, non tamen ꝓbat. voluit Bald. cons. ccccxj. lib. iiij.

a POMATES. ¶ Extra de proba. Vide Alex. consil. xlv. in fi. volu. ij. & .iij. in .iij. col. in fi. volu. iiij. & .cxlviij. co. j. eo. volu. v. & plenè Feli. in c. in presentia. col. viij. & vnum verbum in. c. cum tu. col. ij. de testi. in prima conclusio. & .xiiij. consil. in .iij. col. in. v. consil. & in. c. cum clamor. eo. tit. & in. c. fin. col. fi. de except. & Barb. consi. v. col. vij. vo. j. & .v. col. vj. volu. ij. & .xlij. co. iiij. Et Ro. consi. xcj. co. iij. & Alexan. xcij. colũ. j. vol. j. & .c. col. ij. in fi. eo. vol. j. & c. col. j. in fi. e. vol. j. & cxviij. vol. ij. e. volu. & Caprã. x. co. iiij. & .cviij. col. ij. volu. ij. vbi dicit, ꝙ testis inductus ad probãdum prescriptionẽ seruitutis prẹdialis, debet dicere ad hoc, vt probet, limitatè, cui prẹdio acquisierit ille, qui eũ producit. & ibi etiã ponit de teste deponẽ. per verbũ: vt. s. potest referri ad varia tempora, deposuerat. & cxxij. eo. vol. co. ij. vbi. d. ꝙ tñ iudex ex offic. suo põt repetere testem: vt declaret dictũ suum ambiguum. & .clxxx. col. pe. vol. ij. vbi ponit de eo, q ꝓbauit formã: sed nõ certi tpis, ꝓut oportebat. & .cc. e. vo. vbi alia exẽpla ponit. & .iiij. co. j. vo. iij. & .lxxxj. col. j. in fi. & seq. co. fi. eo. vol. vbi ponit alia exẽpla. & .cxl. col. ij. vol. v. & .xvj. col. iij. e. vol. & .xxiij. col. xiij. e. vol. vbi ponit alia exempla: & .xiiij. co. ij. vo. ij. & .xvj. co. iij. eo. vo. & .xxiij. vbi ponit de ꝓba. facta p instrumentũ, de quo dicebaꝛ: ꝙ reliq̃rat fundũ &c. vltra & circa fi. &c. & .xxviij. co. iiij. e. vo. vbi ponit pulchrũ exẽplũ. & .xxxix. co. ij. eo. vol. vbi ponit aliud exẽplũ de teste, q deponit alternatiuè, & aliâs ẽt ambiguè: & loqꝛ ĩ cã fauorabili mr̃imonij, dotis, & similiũ: & Ro. ccccxix. vbi dicit ꝙ si volo ꝓbare quẽ mutuasse mihi sub vsuris, nõ sufficit ꝓbare eũ solitũ dare alijs in termino: & ꝓbare me de illa soluisse fœn⁹. vñ etiã ibi dicit, ꝙ si volo ꝓbare te vẽdidisse nõ pl⁹ iusto p̄tio ꝓpter dilatã solutionẽ, ꝙ nõ sufficit ꝓbare, ꝙ alij similes ita soliti sint facere. & Alex. v. co. iij. vo. v. vbi loqꝛ de teste deponẽte p verbũ seu, & seq. co. vbi loqꝛ ĩ deponẽte, p verbũ siue: vel aliter ambiguè de re, de qua agebaꝛ: & .c. ij. co. ij. vo. v. vbi loqꝛ ĩ eo, q vult ꝓbare se satisfecisse post calculatas ratiões de quadã summa restãte, adducẽdo quẹdã partita, quẹ fuerunt facta post dictas calculationes.

Dyn. s. de dam. infect. l. fluminum. §. item apud Iulia. & extra de regu. iur. cum sint partium. libro. vj.
Sed nonne loquitur hîc in his, quẹ pertinent ad litis decisionem: & tamen fauemus actori: ideo illa verba nõ placent mihi. ¶ Vnde dic, ꝙ aut in iudicijs oritur dubitatio circa verba: & tunc, aut sunt prolata ab aliquo ex his, in quorum persona iudicium principaliter substentatur. Aut sunt prolata à quodã alio: si ab vno ex his, semper interpretatur pro eo: vt hic. & l. si quis intentione. s. de iud. siue sit actor, siue reus. & notat. per Dyn. in. c. contra eum. de regu. iur. libro. vj. Quandoq; sunt verba prolata ab alio, non ab ipsis litigantibus: vt in teste. Vel defunctus est aliquis, qui protulit verba, succẹssorem habens: & tunc tu vis facere interpretationem causa vitandi aliquam contrarietatem: & tunc potest fieri interpretatio: vt hic est casus. extra. de testib. c. cum tu. & in prima constitutio. C. §. quibus. Aut tu non vis facere causa euitandi contrarietatem: sed vt prosit alij: vel propter aliquam aliam causam: & tunc non potest fieri. Sed illud verbum dubium, non valet: vt. c. in præsentia. extra de proba.[a] & hic in gloss. & l. idem Pompo. scribit, si frumẽtum. in fi. s. de rei ven. Si verò insurgit dubietas circa aliud, quàm circa verba, & tunc recurre ad dicta doct. Aut loquimur in his, quæ pertinent ad litis ordinationem: & tunc si actor instat, & ꝓsequiꝛ: fauemus actori, vt in. l. de die. in prĩ. s. qui satisd. cog. Si vero actor nõ instat: & fauemus reo: vt. l. si ea. C. qui accu. nõ pos. & . l. ꝓperã. §. & siquidẽ. & . §. sinaũt. C. de iudi. Aut in his, q̃ pertinẽt ad litis decisionẽ: & tũc fit ĩterpretatio ꝓ liberatione: vt. l. Arria. s. de act. & oblig. & . l. lege Iul. s. de
7 manumis. ¶ † Ex his dico, ꝙ intentio dubia debet declarari in probationibus. Nam si probatio esset dubia: tũc fieret ĩterpretatio cõtra eũ, vt dixi. Licet em̃ possit dicere, sic intellexi ĩ libello: nõ tñ potest dicere: sic intellexit testis: vel sic d; intelligi instr̃m. Item
8 dico, † ꝙ si lit. contesta. facta est per confessionẽ, non stabitur ei, qđ sensit actor: quia cũ contestatio facta est per confessionem: tunc contestatio nõ est solũ ordo iuducij: sed etiam est probatio: & ideò cogitur declarare reus: vt. l. certum. de confes. Vel si nollet declarare, habet locũ. l. de ẹtate. §. q tacuit. ff. de interroga. act. & qđ no. per Dy. in. d. c. contra eum. Item di
9 co, † ꝙ si libellus est datus per dñm, ꝙ verbum ambiguum non potest declarari per procuratorem generalem: nisi habeat expressum mandatum à dño: sicut non põt hæres vniuersalis. Itẽ si est datus libel-

b ¶ In indice. Adde ꝙ ipse Bar. tenuit cõtrariũ in. l. ab executore. j. de ap. & in. l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. Ang. hic cõcord. vt per Imol. & Ange. in. d. l. ab executore.

c POMATES. Alitẽ postq̃. Snĩę ergo declaratio nõ põt fieri, nisi semel. de quo vide scribẽtes ĩ. d. l. quicqđ adstringẽdę. Bal. ĩ. d. l. ij. C. de sent. ex peric. reci. ĩ. ij. co. in ver. sed nõ qdẽ si semel: & Cẹpo. ĩ repe. rub. ff. de ver. sig. ĩ. vi. q. ĩ practica Pap. ĩ ti. de exec. snĩę. ĩ ver. p publicũ nuntiũ. qui oẽs dicũt ꝙ semel tñ. & idẽ vult Ang. & Raph. cu. ĩ. l. qđ iussit. s. de re iudi. qđ dicit esse verũ Alc. post Ang. & Imo. ĩ. d. l. quicqd. ĩ snĩa diffinitiua. sec⁹ ĩ iterlocutoria. de quo vide oĩno ĩ. d. l. qđ iussit. & ĩ. l. ab executore.

d ¶ Septimò. & hoc qñ stipulatio cõtinet dari: secus si tradi: vt not. instit. de inutil. stipul. in princ. secundum Raph. hic. And. Barb.

lus à procuratore, si quidẽ dñs mãdauit specialiter sic dari libellum declarabit dñs: aliâs ꝓcurator: vt. s. de lit. cã. l. in seruo. & qđ no. de ædil. edi. l. cũ mãcipiũ. & si nollet declarare, teneꝛ dño: cũ sequaꝛ absolutio. Hæc em̃ declaratio ꝑsonalissima est: vt vides, qđ bene no. Quia si libellus est in cert⁹, probationes sunt certæ: debent articuli esse dati ad declarationẽ habẽdã: vt
10 ex prẹdictis vides. Itẽ † si reus obscurè excipit. Idẽ puto in iudice[b] ingrente
b vt ei⁹ successor nõ possit declarare eadẽ rõne. ¶ Sed qd † si post snĩam ap
11 pareat incertitudo? dic ꝙ siquidẽ ex actis apparet certũ, præsumiꝛ iudicem de eo sensisse: vt no. s. de excep. rei iud. l. si qs ad exhi. Idẽ dico, si nõ apparet ex actis: nõ statur declaratiõi actoris, vel rei de quo sensit: sed debet cõ
12 stare per verisimilia, de quo sensit. s. de iudic. l. si iudicis. Omnia † em̃ q̃. s. dixi nõ posse declarari p successorẽ, vel similes: intelligo qñ declaratio cõsistit ex mera volũtate: secus in declaratione, q̃ fit p verissima: vt. l. semp in
13 stipulationibus. j. de reg. iur. ¶ † Et ideo boni assessores, qñ capiũt aliquẽ exbannitũ: quia fortè reperiꝛ alius eiusdẽ nominis & cognominis: faciunt eum confiteri se esse illum hominẽ: & illud idẽ corp⁹ &c. vt dixi de condi. & demon. l. demõstratio. in prin. Vel si non posset hãc cõfessionẽ extorquere, habeat ꝓbationẽ, ꝙ hic est ille homo, qui de maleficio inculpa-
14 baꝛ: vel q illud fecit: vel habeat verisimilia de eo, ita ꝙ verisimile sit iudicẽ q
c iudicauit, de eo sensisse. Itẽ † postq̃[c] qs semel declarauerit, ñ poterit posteà variare: vt. l. qcqd astringendẹ. in prin. j. eo. secũdũ vnam lect. & ibi dixi.

Si stipulante.

Si alternatiuè interroganti, respondeaꝛ de vno, vitiaꝛ stipulatio in specie: licet secus in summis. Item secus si præcedat interrogatio copulatiua. hîc distingue plenè: vt dixi. s. eo. l. j. §. si quis simpliciter. & . §. fi.

SVMMARIVM.

1 *Impedimenta, quæ tollunt iam contracta, an impediant contrahenda?*
2 *Statuto stante quod bannitus elapso termino banni, non posit esse de prioribus, etiam si fuerit rebannitus, & stante alio: quòd interficiens rebellem, sit exemptus à bãno, quod incurrißet, uel incurrere potuisset ob eius delicta: an si bannitus in termino banni, interficiat rebellem poßit esse de prioribus?*
3 *Oppositum quod operatur in opposito, idem propositum in proposito: eodem. s. concurrente.*
4 *Contrariorum, quòd eadem sit natura, qualiter intelligatur?*
5 *Relatiuum quis uel qui, adiectum uerbo futuri temporis, facit conditionem.*
6 *Fructus si debentur ex certo fundo, utrum obligatio extinguatur, si non recolligãtur.*
7 *Euenire quod potest, quando spectandum?*
8 *Frater, an poßit esse tutor, filiorum fratris defuncti: ex quo inter eos est obligatio conditionalis, si res euinceretur?*
9 *Domus deposita & restaurata, quando sit eadem domus?*
10 *Ratio differentiæ inter domũ depositam & nauim dissolutam & reædificatam, quòd sit, uel non sit eadem.*
11 *Ecclesia destructa & reædificata, quòd non sit eadem.*
Literæ apostolicæ super beneficio, quòd non porrigantur ad noua beneficia: & an ad ecclesiam de nouo reædificatam.
Ecclesia destructa & reædificata, licet sit alia ecclesia, idem tamen est beneficium,
12 *Canonicis excõicatis, si alij sint positi loco illorũ, an illi sint excommunicati? remißiuè.*

Sacram rem.

¶ §. iste cõsueuit reputari difficilis. Si res à cõmercio cõi eximatur, sup ea obl'o nõ contrahiꝛ & iã cõtracta extinguiꝛ, nec reuiuiscit ĩpedimẽto cessante: sec⁹ si fruct⁹ nati pereãt: vel nauis reparãdi animo dissoluaꝛ. tũc em̃ obligatio nõ extinguitur sed cessat: ideò reassumit effectũ ĩpedimẽto cessante. h. d. ¶ Iste. §. diuidiꝛ principaľr in. vij. partes. Primò determinat vnã q̃stionẽ. Secũdò determinat aliã, q̃ depẽdet ex antecedẽtib⁹. Tertiò assignat vnã rõnẽ cõtrariũ. Quartò ponit duo dicta, q̃ vẽdẽꝛ esse cõtra p̄cedẽte determinationẽ. Quintò soluit dicta cõtraria dissimilitudinẽ assignãdo inter stipulationẽ hoĩs liberi & vini seu fructuũ. Sextò ponit differẽtiã inter hoĩem & nauẽ.
d Septimò[d] ponit effectũ p̄sentis inq̃sitiõis. Secũda ibi nec reuocanꝛ. Tertia ibi: qm̃ quidẽ. Quarta ibi: nã & si nauẽ. Quinta ibi: sed hæc dissimilia. Sexta ibi, & nauis si hac. septima ibi: hic tractat⁹. Prima subdiuidiꝛ: qa prĩo soluit. q. Secũdò rõnẽ dubitatiõis. Tertiò rõnẽ solutiõis. Secũda ibi: cũ quis res sacra. Tertia ibi: nã & cũ qs. Et est rõ: talis obligatio iã nata extinguiꝛ, si res efficiaꝛ sacra vel homo liber: ergo multò magis ĩpediꝛ cõtrahẽda. Seqtur secũda pars ibi, nec reuocanꝛ &c. Sequiꝛ tertia pars ibi, qm̃ qdẽ. ¶ Hẹc legiꝛ duob⁹ modis. Primò, ꝙ sit rõ p̄cedẽtiũ: sic p̄mitto: ꝙ sic secũdũ naturã de hoĩe viuo possit mortu⁹ fieri: & de mortuo nõ põt fieri viu⁹: sic obligatio nata potest extingui, sed extincta non potest resuscitari, nisi miraculosè. Nunc ad ꝓpositũ, ꝙ prædicta sint vera: qa aliâs sequereꝛ absurdũ. l. ꝙ eadẽ cã esset obligãdi & liberãdi. hoc est, eodẽ mõ reuiuisceret, sicut extinguiꝛ. Qđ est cõtra naturã, ꝙ de nõ esse transeat ad esse. & hoc vult dicere gl. Secũdo mõ põt poni, ꝙ sit ratio cõtra p̄dicta hoc mõ. Dictũ est. s. ꝙ nõ reuiuiscit ĩpedimẽto cessante. Cõtrà: qa cõtrariorũ eadẽ est natura: qasi. cut hîc facit extingui obligationẽ, ita si cessat, faciat reuiuisci. q. d. ista rõ est sufficiẽs: vt ꝓpter hoc reuoceꝛ in obligationẽ: & sic est rõ remotiua: vt tãgit gl. in fi. ¶ Sequiꝛ. nã & si nauẽ. Ista duo exẽpla sunt clara & cõtradicũt præcedẽti determinationi. Sequiꝛ ibi, sed hæc dissimilia. Volẽs soluere contrariũ præmittit, ꝙ sicut stipulatio liberi hominis, non valet purè: ita nõ valet sub cõditiõe: quia res debet esse in nostro cõmercio tẽpore contractus. Hoc præmisso non obst. exemplum de vino nascituro: qa illa obligatio continet vinũ in genere, qđ in genere potest subijci cõmercio nostro

nostro. Itē dicta obligatio habet tps, quo fruct⁹ nascent̄: & expectare, ꝙ fruct⁹ nascant̄ est ciuile & honestū. Sed ꝙ liber hō ē certū, tpe cōtractæ stipulatiōis non pōt subijci cōmercio nostro. Itē expectare, ꝙ efficiat̄ seru⁹, n̄ ē honestū: qa casum aduersamq́ꝫ fortunā &c. Habes solutū cōtrariū de exēplo vini. ¶ Seqt̄, & nauis. Hoc tollit cōtrariū de exemplo nauis sic: certū est, ꝙ qn̄ res efficiat̄ sacra, fit ea mēte: vt nūqꝫ efficiat̄ ꝓphana. & cū seru⁹ efficit̄ liber, fit ea mēte: vt nūqꝫ efficiat̄ seru⁹. Quod patet: q̄a expectare eius seruitutē esset inhonestū: vt dixi. Sed in naui si resoluta esset aīo cōuertēdi in aliū vsum: & postea reficeret̄, esset alia nauis nec obligatio tūc reuiuisceret, & sic esset idē, ꝙ ī homine libero. Sed si deponit̄ aīo reficiēdi, anim⁹ ē honest⁹. & iō tūc videt̄ eadē nauis. Ad hoc facit, qđ dicim⁹ de domo, & cætera sunt clara vsqꝫ ad fi. ¶ No. ī prima particula, ꝙ liberū hominē nō possum stipulari. Aliud nota. quòd obligatio semel extincta &c. ¶ Op. de. l. cætera. §. si duob⁹. s. de leg. j. & l. si qs in qlinos. eo. ti. Sol. vt dixi. s. e. l. multū interest. ¶ Secūdò op. de. l. is cui. s. de testa. & de. l. j. §. si qs aūt. s. de bonorū possessio. secūdū tab. Dy. signat cōtrariū illud. Hic loqtur qn̄ contingit mutatio circa rem: ibi qn̄ circa ꝑsonā sine eorū delicto. Salua reuerētia Dyn. nō bn̄ signat cōtraria hic: qa illæ leges loquunt̄, ꝙ ea quæ nō impediūt iā facta, impediāt cōtrahēda: vt. j. eo. l. plurib⁹. §. & si placeat. hic vero loqmur, qn̄ ea, quæ tollūt iā cōtracta, impediūt cōtrahēda. ¶ Sed op. de. l. ij. §. j. de capi. dimi. Sol. qn̄qꝫ impedimētū supueniēs reddit rem inhabilē in futurū: & habet locū regula, vt hic. Qn̄qꝫ in futurū inhabilē nō reddit: & in isto casu habet locū ista regula. Simile in. l. si debitori deportatio. j. de fideiuss. ¶ Op. de. l. sub cōditiōe. j. de solutio. & l. quoties. j. de noua. vbi tolerant̄ iā cōtracta: & tn̄ non impediunt̄ cōtrahēda. Breuiter ibi loquit̄ de actu, q pricipaliter ad liberationē tēdit. Et iō nisi ꝓponat̄ obligatio, nō pōt seq liberatio: hic nō tēdit ad liberationem principaliter: sed secūdariò & p quadā cōsequētiā. ¶ Et cū quæritur:

1 † vtrū ea, quæ tollūt iā cōtracta, īpediāt cōtrahēda. Dic, aut quæris de his, quæ respiciunt pricipaliter liberationē: & tūc aut talis actus de liberādo respicit tātū præterita: & tunc æquè tollūt iā cōtracta, nō impediūt cōtrahēda: vt. d. l. si à colono. & d. l. si stipulatus fuerim. §. j. s. eo. Aut respiciūt tātū futura: & tūc aut illa liberatio tēdit ad inducēda liberationē doli. & quæ īpediūt iam contracta: non tollunt contrahenda: vt. l. si vnus. §. illud. s. de pact. Aut ad liberationem doli non tendunt: & tunc non impedit̄ obligatio cōtrahi, sed effectus sic. & vno cōtextu obligatio nascitur, & perimitur: vt. l. sub conditione. j. de soluti. & l. quoties. j. de noua. ¶ Secūdò, quādo quærimus de his, quæ nō respiciunt liberationem principaliter: & tunc aut illa qualitas reddit personam, vel rem inhabilem in futuro: & tunc quæ impediunt iam contracta, impediunt contrahenda: vt hic: & l. iij. §. desinere. s. vsufruc. quemadmo. ca. de vsufru. leg. l. Sempronius Attalus. Aut non reddit personam, vel rem inhabilem in futuro: & tunc quæ impediunt iam contracta, non impediunt contrahenda: vt. s. de capi. dimi. l. ij. §. j. & l. si debito-

2 ri deportatio. j. de fideiuss. & j. e. l. æxistimo. ¶ Et ista † sunt [a] vti-

a lia ad. q. [b] Statutum est hic: ꝙ ille, qui fuerit exbannitus, elapso

b termino banni, non posit esse de prioribus, etiam si fuerit rebannitus: alio statuto cauetur, quòd qui interfecerit aliquem rebellem, sit exēptus, & eximatur ab omni bāno, quod incurrisset, vel incurrere potuisset, propter eius præterita delicta: cōtigit, ꝙ quidam post bānum sibi datum, intra terminum banni, interfecerit rebellē: quærebatur vtrū iste posset esse de prioribus? Videtur ꝙ sic: quia iste nunqꝫ fuit exbannitus: quia durāte termino superuenit causa: quæ bannum perfectum extingueret: ergo impediuit bānum incurrere. Sed certe cum ista causa tēdat directò ad liberationem, nec de bāno posset eximi: nisi ille, qui incurrit in eo puncto, quo terminus bāni currit, est exbannitus & exemptus: & sic verum est eum fuisse exbānitum: vt. d. l. sub conditione. j. de solu. cum simi. secus si statutum de cætero redderet personam inhabilem ad exbanniendum, per ea quæ dicta sunt. ¶ Habetis hic, ꝙ non reuiuiscit contractus. Contrà: quia cessante causa, cessat effectus: vt. l. generaliter. C. de episco. & cleri. Dyn. dicit, quòd in obligatione, quæ omnino non perimeretur: tūc procederet contrarium: secus si omnino posset

3 sublatum: vt in. l. si vnus. §. pactus. s. de pact. ¶ † Oppon. quòd operatur oppositum in opposito: idem & propositum in ꝓposito: vt. l. fin. de leg. iij. & l. & si contra. de vulga. & pup. Respon. qđ illud operatur &c. verum est eodem concurrente: vnde cùm ad contrahendam obligationē duo requirantur: scilicet consensus verbis expressus: & quòd res posit subijci nostro commercio: quorū si qđ deficit, obligatio esset nulla. Est ergo rō, quare liberatur: quia desinit esse in commercio: ideo extinguitur obligatio ipso iure: sed non restituitur obligatio ipso iure, cum verbis contrahatur, & licet res reincipiat esse in nostro commercio: tamen verba, quæ sunt necessaria non superueniunt. Dy. ponit in. c. qui sentit. extra de reg. iu. in. vj. & glo. in. l. secūdū naturā. j.

4 de regu. iur. ¶ Opp. contrariorum eadem est disciplina: vt. d. l. secūdū naturā. cum si. & d. l. & si cōtra. s. allega. Solu. Istud contrariorum eadem est natura: potest intelligi tribus modis. Vno modo eadem est natura, quantum ad cognitionem: quia cognito vno, cognoscis aliud: vt notat. s. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. l. j. Item alio modo quantum ad iuris dispositionem est eadem natura: vt. l. diem. §. stari. s. de arbi. & ibi ratio est: quia contrarietas cadit circa quædam accidētia: non circa id, quod est causa eius effectus: de quo loquimur ibi. Aequum & iniquum, non est causa, quare debet stari: sed compromissum. Tertio modo intelligitur, eadem est natura per contrarium: vt contraria eodem modo operentur contrarium effectum: & tunc ob. ad hanc legem: sed respondeo, verum est, vbi est eadem ratio: vt in. c. qui sentit. extra de regulis iuris lib. vj. ¶ Oppo. de. l. si chorus. §. fi. s. de legatis. iij. gloss. quæ est hic ponit solu. qꝫ non bonam: veritas est, ꝙ si talis homo efficiatur seruus, restituatur legatum, ex noua voluntate, vt. l. cum seruus. s. de adi. lega. ponit gloss. in. l. si chorus. in fin. & in. l. qui res. §. aream. j. de solut. ¶ Venio ad ver. nam & si quis nauem. & oppo. j. eo. ver. & nauis. respon. ista verba debent intelligi cum distinctione ibi posita. ¶ Venio ad ver. pro quo & illud. ¶ Oppo. de. l. cum certus. de vino triti. & oleo lega. & l. si debitor. §. verisimile. de contrahen. emp. gloss. hîc, & in contra dicit, ꝙ hîc adiecit ex illo fundo: ibi quod natum erit, & vide eam, quæ incipit: non adijciendo. ¶ Quid est hoc dictū,

5 quod gl. dicit, dico quod ratio est. † quia relatiuum quis vel qui, adiectum verbo futuri temporis, facit conditionem: vt. l. Stichū qui meus erit. s. de leg. j. & l. nuper. s. de lega. iij. quæ condicio intelligit̄ de prima vice: vt. l. boues. §. hoc sermone. s. de ver. signi. & ideò deficiente cōditione non debetur. Sed si dico ex tali fundo, non facit conditionem. sed ista sol. videtur cōtra. l. Lucius. de alimen. lega. Respon. ibi certus locus adijcitur gratia designationis, non gratia taxationis, seu conditionis. Quod apparet ex eo, ꝙ certus locus ibi adijcitur in executione: non in obligatiōe. hic verò adijcitur obligationi principaliter, & in eadem oratione. Ista sol. probatur in tex. in. l. quidam testamento. in prin. s. de le-

6 ga. j. ibi, ꝙ in initio purè datum &c. ¶ † Et vt ibi liqueat ista materia, quando fructus debentur ex certo fundo, vtrum obligatio extinguatur, vel differatur: distingue sic. Aut certus locus adijcitur cā designationis, quod est qn̄ præstationi adijcitur in alia oratione: aut adijcitur gratia taxationis. Primo casu, quod est promissum, debetur statim, vel ex illo loco, vel aliunde, vt. l. Luci⁹. s. de ali. leg. & l. quidā. de leg. j. & l. Paulo Callimacho. §. fin. de leg. iij. Quādoqꝫ adijcitur gratia taxationis: & tunc aut adijcitur per relatiuum: & ita facit conditionem, & tunc aut est tantùm vna præstatio: aut sunt plures præstationes annuę, vel menstruę. Si tantum vna præstatio: & tunc si primo anno non non colligūtur fructus. de cętero non debentur, vt. l. cum certus de vino triti. & oleo leg. & l. si debitor. §. verisimile. s. de contrahen. emptio. si verò sunt plures præstationes annuæ, vel menstruæ, quod deficit in vno anno, suppletur in alio: vt. l. legatum. §. vini falerni. de annuis lega. l. ex eo. s. de vino trit. & oleo lega. Si verò non adijcitur relatiuum, & tunc spectantur fructus sequentium annorū, si in primo anno non sufficiunt, vt hic. & l. Firmio. in princi. s. quando dies lega. ce. Et hæc sunt verba Pet. hîc per Cy. recitata. in. l. si quis argentum. in. fi. C. de dona. Quæro, an in tertio anno expectetur? & glo. dicit ꝙ non, nisi duo anni expectentur, vt. l. nemo. de lega. j. sed illa gl. dicit contra istum. §. qui dicit, ꝙ cessat & non extinguitur. Prætereà, obligatio vini, est in genere, quod perire non potest: vt. l. in ratione. §. incertæ. s. ad. l. falci. & l. incēdium. C. si cer. pet. Et ideò quandocunque nascitur, debebitur, cum non pereat. Et ꝙ sit in genere dilata, tn̄ in diem dicit̄ hic, in tex. Sed contra, quia imò obligatio fructuum nascendorū est conditionalis, vt. l. j. in fi. s. de condi. & demon. & dixi. s. eo. l. interdum? Respondeo, quando promitto fructus futuros simpliciter, non exprimendo quantitatem, & tunc indistinctè est promissio conditionalis, vt. d. l. j. in fi. & fructibus non natis, sine culpa promissoris, primo anno debitor liberatur, vt. s. de contrahē. emp. l. nec emptio. & tunc non distinguitur, vtrum apponatur

c relatiuum, vel non, sed quando certam quantitatem [c] fructuum stipulor, tunc si non apponatur fundus conditionaliter, obligatio est in diem, vt hîc patet, & sic debet intelligi prædicta distinctio. ¶ Itē oppone, dicitur hic casum, aduersamqꝫ fortunam &c. Contra de. l. generaliter. §. si homini libero. s. de fideicommiss. liber. glo. non sol. hîc dicit Dy. ꝙ ibi est libertatis fauore. ¶ Opp. dicitur hic, quòd non inspicitur, quod euenire pōt. Cōtra. l. qui

7 bona. §. cū inter ædes. de dam. infec. ¶ † Et vt liqueat, an inspiciatur quod euenire potest, breuiter dic. Aut id de quo agitur, respicit tm̄ tempus præsens, & nullam habet dependentiā de futuro.

a ¶ Et ista sint. qđ dicit̄ hic de bāno reprobāt Bal. & Ange. qa cū illud bānū sit quoddā peremptoriū, & per statutum tollatur, circunducit̄ edictū bāni, adeò ꝙ nō tenetur cōparere in termino. de iudic. l. & post tres. §. j. de re iudi. l. quęsitum. & dicit Ange. ꝙ in pūcto, quo occidit rebellē, contingeret eum exbāniri, statutum loquens de exbānitis, non de exbanniendis, non ꝓdesset ei. de iurisd. om. iudic. l. si qs id quod. ff. si dum procurator. & est quæstio de pūcto, de quo in l. si post mortem. de leg. j. Adde ēt clarius cōtra bar. quia statutū eximens è banno futuro, intelligitur illud impedire & hîc ponit. vn̄ non est nouum simile de solutione, quę non potest impedire obligationē. Andræas Barba.

b ¶ Ad. q. adde qđ Alexan. refert ꝙ Ang. Bal. Raph. cum quibus ipse transit, tenent cōtra hanc decisionem Bar.

c ¶ Quantitatem. Adde qđ concordat Bal. in. c. j. de na. feu. vbi allega. gl. in. l. hactenus. s. de vsu. quam dicit alle. bōa iura.

a ¶Ecclesia destructa. Adde an retineat priuilegia sibi cõcessa? vide glos. xvj.q.vij.c.& hoc diximus.& glo.in c.priuilegiũ.de regu.iur.ĩ.vj.& ĩ.c. statutũ.in ver.collegiatas.de elec.in vj.Inno.in.c.ij.de no.ope.nun.& in c.Abbate.de ver.signi.p Dyn.in.l.pater.§.Tusculanus.s.de lega.iij.Bar.in.l.iij.de colle.illi.p Bal.in tit.de pa.constan.in ver.nos Romanorum.& in aut.habita.C.ne fi.p patre.Alex.dicit,ꝙ magis communis cõclusio videt,ꝙ etiã nõ refecta,retineat priuilegia: nisi sit destructa superioris authoritate sine spe refectiõis.p.l.si vsusfructus ciuitati.s.q mo.vsufr.amit.Pro quo vide,qđ de villa destructa cõsuluit Bal.cõsi.ccclviij.li.j.Itẽ ecclesia destructa nõ amittit priuilegia si in alium locum sit translata: vt est gl.in.d.c.priuilegiũ.& not.Inn.in d.c.ij.

b ¶Si insulã. vide Io.de Imo.in cõs.clviij.& in consil.ccxlix.pro ista.l.And.Bar.

& non inspicitur, quod euenire potest: vt.l.si stipulatꝰ fuerim.
§.j.s.eo.l.si à colono.&.l.stiendum.§.fi.s.qui satisda.cogã.Aut
respicit futurum,& tunc aut illud, quod euenire potest, est cõ
tingens secundum naturam,& hominis dispositionem,& inspi
cimus quod euenire potest, vt.l.hæres meus.§.fi.s.de cõdi. &
demon.&.l.fi.§.sinautem auaritiæ.C.communia de leg.&.l.si
quis domũ.§.fi.s.loca.Aut secundùm legem est contingens,&
tunc aut est contingens de iure speciali,& non inspicitur, quod
euenire potest: vt.l.iiij.circa prin.s.de fideicommis.liber. Aut
de iure communi,& inspicitur: vt.d.l.iiij.&.l.sed & si per præ
torem.§.si feriæ.s.ex quib.cau.ma. Aut est contingens præter
naturam,& præter legem,& tunc aut præsens status rei indi-
cat contingentiam de futuro,& tunc inspicimꝰ quod euenire
potest.vt.l.qui bona.§.cum inter ædes.s.de dam.infect.&.l.ha
bitatores.§.fi.s.loca.&.l.in hanc in fi.s.de dam.infect.&.l.si idẽ
cum eodem.in fi.s.de iurisdi.om.iudi. Aut præsens status rei
non indicat contingentiam de futuro.& tunc non inspicitur: vt
hîc. Fallit ratione culpæ, vt.l.diuortio.s.de nego.gest.&.l.eum
qui.§.Papinia.j.de fur.& de tabu.exhi.l.locum.§.condemna-
tio.cum simi. Fallit fauore libertatis, vt.l.generaliter.§.homini
libero.s.de fideicommiss.liber.& illud brocar.tangitur in.l.j.de
in litem iuran.& ibi per Gul.sed non explicat. Et prædicta fa-
ciunt ad multa, quæ dixi in lege, si quis sub conditione. de te-
8 stamen.tutel.¶ †Item facit, frater diuisit cum fratre qui modò
moritur relicto filio pupillo dicitur, quòd frater non potest es
se eius tutor, quia inter eum & pupillum est obligatio condi-
tionalis. scilicet si res euincatur, quæ obuenit in diuisione, ergo
&c. vt not.in aut.minoris.C.qui dat tut.poss.dixi, ꝙ si præsens
statꝰ rei ad hoc tendit, scilicet ꝙ res euincatur, hoc verum esset:
aliàs secus, vt ex prædictis patet. Pro hoc induco exp̄ssè.s.si cui
9 plusq; per.l.fal.l.hæc autem.in prin.¶ †Venio ad ver.& nauis
& dicitur hîc: ꝙ non est eadem domꝰ, si domꝰ deponatur vsq;
ad fi. Contra.s.de serui vrba.prædio.l.seruitutes.§.si sublatum.
Dic domus deposita,& restaurata, non est verè eadẽ, vt hîc, sed
secundum fictionem. in actione personali non est etiã eadẽ, vt
hîc:&.s.de leg.j.l.si ita.§.fi. Ibi vide multa pertinentia ad istam
materiam. Facit: quod dixi in.l.dãni.§.si is, qui vicinas. de dã.
infect. Aut quo ad actionem merè realem,& tunc intelligitur
eadẽ.vt.l.seruitutes.§.si sublatũ.s.de serui.vrba.prædi.&.l.Pau
lus.§.domus.s.de pig. Aut est in actione mista vt in vsusfruct.
& tũc nõ est eadem, vt.l.repeti.s.quib.mo.vsusfruct.amitt. &
10 facit.l.qui vsumfructum.eo.ti.¶ †Quæro, quæ est differẽtia
inter nauẽ & domũ? Respon. quia domus deposita animo refi
ciendi nõ est eadẽ, nauis sic.& gl.voluit assignare differentiã.
& vide eã, quæ incipit.hoc in domo spãle,& gl.assignat in.l.q
vsumfructũ.in gl.mag.C.de vsufructu, quod nauis de facili refi
citur: non domus. Istud est truffa, quia facilius inueniuntur ma
gistri pro domo reficienda, quàm pro naui. Dic ergo rationem
Mar.verã, quia nauis in mẽte eius, qui ædificat consistit,& ideo
est eadem. sed domꝰ cõsistit in solo. ideo nõ est eadẽ. Et istud
fortè voluit Mar. sentire.¶ Declaro, incorporalia, vt actiones se
quuntur personã quocunq; vadãt: vt.l.fi.de præscri.lon. temp.
immobilia non sequuntur persona, cum sint inseparabilia à so-
lo: ideo animus circa retentionẽ ipsorum: prout sunt corpus:
non potest operari, sed mobilia possunt separari à corpore, &
sequi dñm, ideo animus in eius retentione facilius operatur, &
ideo quãdo quis deponit nauem animo reponẽdi: illa nauis sem
per videtur retenta in mente, nec vnq; deposita: vt hîc dicit tex.
a ¶Quid de ecclesia destructa[a] funditus,& reædificata: †an dica
11 tur eadem? Goff. dicit idem, quod hîc in domo. in sum. de eccle.
ædif. in fi. Quod puto esse verum, si ecclesia accipiatur pro lo-
co parietibus circundato, secus si accipiatur ecclesia pro capitu
lo toto, vt no. Azo in sum. de sac.san.ecc.in prin.& hoc est vti-
le, propter id quod dicitur, extra de rescrip.c.fina.in cle. scili-
cet ꝙ literæ nõ porrigant ad noua beneficia, sed puto interesse:
an dicatur ecclesia,& habẽt locum prædicta, an dicatur benefi-
cium,& illud etiam durat ecclesia deposita. quia nomen est oĩa
continẽs. vt.l.quoties.§.fi.de vsufructu. vnde licet sit alia eccle-
sia, tñ idem beneficium est. ¶ †Inducit Mar. ad quæstionẽ sunt
12 excommunicati canonici, quidam alij loco illorum sunt positi,
an illi sint excommunicati? dicatis quòd.q.est Canonistarum in
c.aduersus consules. extra de immuni.eccle.& per Innoc.in.c.
grauem. extra de senten: excom.

Si rem quam ex causa. ¶Duæ causæ lucratiuæ non possunt concurrere circa eandem rem, nisi vna sit reuocabilis. hoc dicit. Materiam duarum causarum lucratiuarum habes in repetitione mea.l.Meuius.§.duobus.s.de legatis secũdo. Examino q.gl. hęc res mihi debita ex causa lucratiua, effecta est mea ex causa lucratiua. tamen est recessura à me, an contra primum debitorem potero statim agere? Glo. dicit quòd sic.& vide eam quæ incipit, meritò hæredi. Pet. dicit contra: vt not.in.l.Neratius.s.de cõdi.indebi.glo.in.l.non quocũq;.in prin.de lega.j.ponit ambas istas opi.& Dy.tenet ibi: ꝙ demum existẽte cõditiõe potest agere.& dicit, ꝙ casus est in quodã versi.l.non quocũq;. Iaco.de Are.dicit concordãdo istas opiniões. aut volo agere ad seruum, vel ad ęstimationem debitam: & nõ possum. Ita loquit, quod nota.in.l.Neratius.de condict.indebit. & ita intelligatur opinio Dy.& Pet. aut volo agere ad id, quod videor minus habere: quia est dubium ipsam in futurum esse penes me: & possum: vt argu.l.j.§.si hæres, ad Treb.& ita loquatur alia opin.

Stichum qui decesserit. ¶Res perempta post morã põt cõdici,& in stipulationem deduci.h.d.¶No. quòd in obligatione rem restitui, re perempta, ipsa res cõdicitur: vt no.hîc.&.l.si seruus.§.boue.s.de cõdi.fur.dico in.l.stipulationes non diuiduntur.s.eo.&.l.nemo rem suam.

SVMMARIVM.

1 *Moræ purgatio ante litem contestatam admittitur: nisi creditoris intersit.& qualiter hoc intelligatur?*
2 *Moræ purgatio non admittitur, quando promisisti facere domum in fundo meo: & fuisti in mora: & ego fundum alienaui.*
3 *Modicum tempus intra quod mora purgatur, est arbitrarium.*
Iudex arbitratur ex qualitate operis, uel temporum, quod dicatur modicum tempus.
4 *Purgatio moræ non admittitur, ubi est dies, & pœna in stipulationibus conuentionalibus: secus in prætorijs.*
Purgatio moræ non admittitur, etiam ubi est dies & pœna, quando dies est appositus causa multiplicandæ obligationis.
5 *Purgatio moræ non admittitur, ubi est apposita dies certa, & pœna.*
Purgatio moræ admittitur de æquitate, ubi est dies, & pœna: quando promissor non potuit prouidere cursum diei.
6 *Moræ purgatio admittitur, ubi est apposita dies, & pœna tacita legalis: scilicet interesse.*
7 *Textus in.l.si ita quis.§.Seia.j.eodem.intelligitur, quòd licet sit ibi dies expressa, & usuræ promissæ, tñ usura, ut sors petitur, non ut pœna.*
8 *Nouatio, quæ inducitur per appositionem pœnæ, non impedit purgationem moræ. intellige de quasi nouatione.*
9 *Moræ purgatio, quòd admittatur in decisorijs, quando est apposita dies & pœna: secus in præparatorijs iudiciorum.*
10 *Quando agatur mitius cum.l.quam cum homine?*
11 *Fideiussor de iudicio sisti, potest moram purgare post multos dies, quãdo est apposita dies & pœna.*
12 *Moræ purgatio post litem contestatam, non admittitur, quando petitur pœna, uel interesse: & aliud offertur: scilicet ipsum factum: sed quãdo idem quod petitur, offertur, & consignatur: tunc liberatur & sequitur absolutio ab obseruatione iudicij.*
13 *Purgatio moræ post litem cõtest.& usq; ad sententiam admittitur in stipulatione de iudicato soluẽdo, quæ continet clausulã de defendendo.*
14 *Mora purgatur etiam post sñiam, quãdo soluitur totum, quod debetur.*
Obligatio ad interesse, quando est commissa: & sic ad quantitatem, admittitur solutio fundi, loco quãtitatis æquiualentis: & sic aliud pro alio soluitur.
15 *Mora purgatur etiam post sententiam in pœnis legalibus, quæ committitur ex delicto.*
Idem in actionibus arbitrarijs.
16 *Ratio quare post lit.contest.non admittitur purgatio moræ.*
17 *Purgatio moræ an admittatur, quando in stipulatione est apposita clausula, rato manente pacto? quòd sic.*
18 *Ignorans se moram purgare posse, si soluit pœnam, uel interesse, nõ potest solutum repetere.*
19 *Moræ purgatio non admittitur executiõe facta à lege, uel ab homine.*
20 *Iuramentum appositum super contractu, impedit purgationem moræ.*
21 *Moræ purgatio non admittitur, quando stipulatio est commissa propter malefactum, & factum est momentaneum: secus si successiuum: quia admittitur intra modicum tempus.*
22 *Res debita si perijt intra tempus, quo poterat mora purgari, perijt periculo debitoris.*
cōueniri insolidū nō facta illa protestatione ꝙ vna
sol.sufficit vel similibus verbis nō appositis quæ ha
bent vicem dictæ ꝓtestationis : talis libellus nō de-
beret admitti.vt.C.de fideius.tu.l.j.& ideò gl.parua
ibi.sup ver.agi.exponit ita,ꝙ exigitur.q.d.sec⁹ si di
ceret,ꝙ vna sol.sufficiat. Et eodē modo credo duos
reos posse agere eadē ratione.& facit.d.l.si accusatio
nib⁹.C.de accu.Sed cōtra prædicta videt.s. de aqua
plu.ar.l.supra iter.§.Casius.vbi dicitur,ꝙ plures nō
possunt eodē libello agere,nec cōueniri,sed debent
separatim.Rñ.licet sibi permittat agi:nō tamen ꝓ-
hibet agi simul,si consentiāt:imò poterūt. arg. pro
hoc.s.de op.no.nun.l.stipulatio ista.§.fi. & probat
s.fa.er.l.hæredes.§.si inter me.Facit qđ no.per Cy.
C.si cer.pe.l.eo qđ. licet in eo , qđ ibi dicit diuersis
actionib⁹,nō bene dicat.ar.s.de act.emp.l.nō est no
5 uū.cū sua gl.Qñq̄†quis vult cōuenire plures separa
tim insolidū,& diuersis libellis:tūc siquidē simul &
eodē tēpore cōtra plures porrigat libellū, seu libel-
los,puto debere dici idem , ꝙ qñ vno libello.ar.d.l.
supra iter.§.Casius.Fateor tam ē,ꝙ ad petitionē ad
uersæ partis,posset agens pars cōpelli eos cōuenire
vno & eodē libello:& eos diuersis instātijs nō mole
stare.ar.d.l.nō est nouū.de act.emp.& de leg.j.l.hu
iusmodi.§.fi. Si verò primo datus est vnus libellus:
secūdò offert alius:tūc siquidē loquit in plurib⁹ reis
credēdi,post li.cōt.ab vno:alius nō audit:vt.j.eo.l.si
ex duobus.&.j.dicem⁹.Si verò in reis debēdi,ī hoc
reperio opi.varias.Nam gl.in aut.ea.circa fi.dicit,ꝙ
vno cōuentoalius nō pōt cōueniri pendēte iudicio.
b Idē dicit Azo[b] in summa hui⁹ ti.Dy.verò.s.e.l.ij.di
cit,ꝙ gl.dicit verū pendēte causa[c] principali.per.l.
quoties.§.si creditor.C.de pec.sec⁹ pendēte causa ap
pel.vt.l.creditor.in prin.s.man.Ia.de Are.videt te-
nere cōtra gl.per.d.l.creditor.in prin.s.mā.Et puto
eum bene dicere:cū inter causam principalē,& cau-
sam appellationis,non potest reddi ratio diuersita-
d tis[d].Non ob.l.quoties.§.si creditor.quiā ibi loquit
de duob⁹ reis debēdi,secundū ea,q̄ dicā.j.eo.l.eadē.
in prin.in vlti.q.sed loquit in his,quorum electione
vnius, etiam sine exactione liberat alius mero iure.
ideò interim alius non potest cōueniri: vt in.l.si ex
duob⁹.in prin.&.§.j.s.de pecu.sed de æquitate vno
reperto nō soluēdo,pōt cōueniri ali⁹:vt.l.si ex duo
bus.s.alle.q̄ ęqtas nō habet locū,nisi sentētia lata,&
facta executiōe cōtra vnū:cū peculiū posit semper
crescere:vt.l.q̄situ.s.de pe.sed nos loqmur in his,in
d qbus electio vnius nō liberat[d] aliū mero iure:vt not.
s.eo.l.ij.dicā.j.eo.l.ex duobus.& iō vno cōuēto po
terit alter conueniri :vt.d.l.creditor .in prin.s.man.
6 ¶ †Secūdò quæro,[e] qd si vnū tātùm ex duobus reis
e vult insolidū cōuenire,ita ꝙ nō aliū ? Breuiter,qdā
sunt,q nō sunt propriè duo rei:vt plures tutores,&
plures magistratus,& alij similes,de qb⁹ dicet.j.eo.
l.eādē.in prin.& isti de iure antiquo habebāt bñfi-
ciū diuisionis:vt.ll.vulgarib⁹.de his nō loquor,Itē
plures obligati accessoriè,isti habebāt bñficiū diui
sionis ex epistola diui Adriani : & etiam de his non
7 loquimur.Quidam sunt† quodāmodo duo rei:vt
quādo pluribus eadē res deponit,vel cōmodatur:&
loquimur de obligatione secundaria, q̄ contrahitur
ratione doli,vel culpę:vt dicā.j. eo.l.eandē.in[l] prin.
& isti nō habēt bñficiū diuisionis,secundū Iaco.de
bel.vis.qa lex nō cauet.Cōtra,puto,ꝙ etiā de iure
antiquo habebāt bñficiū diuisiōis sicut plures tuto
res vt.s.depo.l.j.§.si apud duos.ibi exemplo duo-
rū tutorū &c.etiā de his hîc principaliter nō loquit
sed de his,q sunt duo rei verè & ꝓpriè: de his loqui
mur.Et cōstat de iure ffor ū,& Codicis,ꝙ creditor
g poterat[g] eligere vnū insolidū.l.j.C.eo.& hac.l.iij.§.
isto.&.s.loca.l.cū apparebit.&.C.loca.l.si diuisa.cū
si.¶ Sed an hoc sit hodie īmutatū p ius aut.hoc ita.
8 C.e.est vidēdū.Dico†ergo,[h] aut plures rei debendi
h sunt constituti ex cōtractu celebrato cū vno:vt plu
res dñi ex cōtractu vni⁹ institoris,vel exercitoris:vt
dicā.j.eo.l.eādē.in prin.& tūc nil est īmutatū,& re
manet firmat ratio.ī.l.ne ī plures.s.de exerc. nā aut.
hoc ita.C.eo.& in corpe vñ sumit. loquit ꝓpriè in
duob⁹ reis cōstitutis,ex cōtractu celebrato cū plu-
ribus.Aut plures rei sunt cōstituti,ex cōtractu cele
brato cū plurib⁹:vt regulariter fit.& tūc aut in obli
gatione erat aliqd indiuiduū:& p ius aut.nil est in-
nouatū:qa eorū diuisio corrūperet stipu. vt.s.ti.j.l.
stipulatiōes nō diuidūtur.&.C.eo.aut.hoc ita. loq-
tur in his,q̄ sunt diuidua:licet gl.j.e.l.reos.§.cū in ta
bulis.dicat cōtrariū & malè.vt dixi.s.eo.l.ij.Ant in
obligatiōe venit aliqd diuiduū:& tūc p iura aut. est
innouatū:vt hodie,si vnus insolidū cōuenit,habeat
bñficiū diuisionis:nisi ali⁹ sit absens vel inops.vt.C.
eo.aut.hoc ita qđ est verū,qñ per cōstitutionē duo
rū reorū inducit alternatiua fideiussio:vt patet ī cor
pore eo.Aliâs puto ꝙ de iure antiquo nil sit immu
tatū:vt dicet.j.e.l.reos.in princ.vñ p aut.hoc ita.C.
e.solū in mō exigēdi est immutatū,nō in mō cōsti
9 tuendi.¶ Tertiò q̄ro,†qd in plurib⁹ reis credendi?
Respōdeo per ius aut.in eis nihil immutatū reperit
& hoc tenet gl.in aut.eo.circa fin.¶ Quartò quęro
10 †vtrū in his casibus,vbi plures rei cōueniūtur inso-
lidū,simul vno,vel diuersis libellis sit aliquid īmu-
tatū?Breuiter dico,ꝙ sic.Nā olim nō reperiebatur
ꝓhibibitū.licet ꝓcessus simul inchoatus esset con
i tra vnū[i] procedere,& cōtra illū supsedere, imò per
missum:vt.s.de iud.l.nō idcirco.hodie verò debet
ad partis petitionē cōiter negotiū examinari & cōi
ter terminari:vt.C.eo.aut.hoc ita.& in corpe vñ su
mit.& puto,ꝙ si aliter fieret:sñia p appellationē re-
scinderet.ar.j.q̄ sen.sine app.re.l.j.in fi.& sic est im
mutatū in modo ꝓcedendi.Secūdò,olim poterāt p
sententiā plures rei insolidū cōdēnari:& per conse-
quens poterat fieri executio contra quemlibet insolidū
lidū hodie verò posito,ꝙ sic essent insolidū condē-
nati :tamen tempore executionis fieret excusio fa-
cultatū vtriusq̄,& si vterq̄ esset soluendo,fiet exe
cutio ꝓ pte.Vel si aliter ꝓ sua parte nō esset soluen
do,fieret cōtra aliū.& hoc vult dicere tex.in corpo-
re vñ sumitur,vbi substantiæ eorū qualitas exami-
k nabit.Quod post sñiam.[k] vt patet ibi ordine literę.
11 ¶ Dices ergo beneficiū diuisionis pōt opponi post
sententiā.cōtra.l.fideiussor.in fi.C.de fideius.& con
tra id qđ no.per Dy.j.de fideius.l.si dubitet.& per
Cy.in.d.l.fideiussor.&.l.excep.in vl.q.C.de ꝓbat.
dico,qđ in casu isto,vbi plures conueniunt simul,
hoc acto,ꝙ vna solutio sufficiat:est verū quod ego
dixi.Nec est tunc necesse,ꝙ talis exceptio oppona
tur:qa hîc de diuisione facienda prout quisq̄ soluen
do est,videt agi tā ab actore,q̄ à reo,& lex sic dispo
nit.sed quando fit conuentio simpliciter insolidū,
imputet sibi,qui exceptionē nō opponit.In hoc er
go est aduertendū,ꝙ si actor vult conuenire aliquē
ex duobus reis separatim:est locus beneficio diui-
sionis pendente processu:vt in aut.eo.§.j.Aut vult
cōuenire eos cōmuniter licet insolidū;& tūc nō est
est loc⁹ beneficio diuisiōis,pēdēte processu:sed eo
finito tpe executionis:vt in aut.eo.§.pe. ¶ Quin-
12 tò quæro,†qd in pluribus reis credendi?certè nihil
in his reperit immutatū:nec in mō cōstituendi,nec
in mō exigēdi.ita no.in aut.eo.§.fi.in vlti.glo,in eo

& eā ibi ēt sequit In.& ibi dicit Ang.ꝓ illa.l.creditor.in prī.nō est alibi.

c ¶ Pendēte cā.dū tractāt Bar.an pēdēte iudicio cōtra vnū ex reis debendi
posit agi contra aliū?dic vt per Bal.per illum tex.in.l.fi.C.de duo. reis. &
in.l.fi.C.de fideius.

d ¶ Ratio diuersitatis.Cū in cā appellatiōis nihil debeat innouari appella-
tiōe pēdēte:& qa
id qđ debet posse
fieri in cā pricipa-
li,debet posse fie-
ri in appellatione.
& cōtra.l. postq̄.
§. Imperator.s.vt
leg.no.ca . secūdū
Ioan.de Imo.in.l.
hoc ampli⁹.§.fi.cū
l.seq.de dā.infect.

e ¶ Nō liberat . &
idē videt respon-
dere.ad.d.l.credi-
tor.Imo.ī.d.l.hoc
amplius.§.fi.cū.l.
seq.de dā. īfect.di-
cit ꝙ ibi loqtur in
plurib⁹ obligatis
obligatiōe ꝑtoria,
quorū altero ele-
cto,alter liberat de
rigore:vt patet ex
notatis, s.& hîc.
Nos aūt loqmur ī
obligatis obliga-
tiōe descēdēte ex
depositione iuris
quorū altero ele-
cto,alter nō libera
tur.Adde secūdū
Pau de ca.ꝙ retēta
determinatiōe Bar
to.hîc ꝓ vera,ne-
cesse est p opi.eius
dē ī.l.ex duob⁹.j.
e.sit falsa.hāc tenet
Pau.& dicit se ha
buisse de facto , &
ita disputando de
terminatū fuisse
per Richar.mal.

f ¶ Secūdò q̄ro.de
quibus dixi.j.e.l.
eādē.vide Ang.&
Imo.ī.l.reos.j.eo.

g ¶ Creditor pote-
rat.vide Bal.ī lect.
antiqua.C.ad vel-
le.& no ī.l.si dubi
tetur.j.de fideius.

h ¶ Dico ergo. per
Ang.& Imo.in.l.
reos.ī pe.col.j.eo.
& per Bar.in.l.ex
duobus.§.fi. j.eo.
ibi,in versi. quod
est verū &c.cōtra
tenet Imol.in.d.l.
reos.in pe.col.per
Bart.in.l.ex duo-
bus.§.j.j.eod.

i ¶ Cōtra vnū.Et p
Ang.& Imo.in.l.
reos.j.eo.

k ¶ Quod est post
sententiam.Idē te
net Pau.de ca. hîc
& Bar.in.l.reos. j.
eo.licet Ange. ibi
hîc & vide Imol.
l.Paulu .la.ij.de re
iudi.§.fi.in fin.&
quod ibi Barto.&
Imo.in.l.reos.j.

a ¶ Si dubitatur. Adde Bar. in proxi. q. & in. l. si vt certo. §. fi. s. com. eo. qd' ibi dixi. & no. Bar. in. l. ij. §. fi. s. de cu. bo. dan. & vide in proxi. q.

b ¶ Et ibi gl. no. vide per Ang. & Imo. in. l. reos. j. e. in prin. Ange. in aut. de duo. reis. in prin. tenet idē, qd' Bar. & hîc & idē Bar. in. l. si dubitet. j. de fideius. & sequit ibi Pau. de ca. contra Ang.

c ¶ Septimò quæro. vide Bart. in. l. l. si vt certo. §. si duobus. s. cōmo. & qd' dixi in. l. hi qui. in fi. de fideius. ¶ Quid ecōtra, si pecunia huius rei credendi tātū fit mutuata? vide Bar. in. l. frater. in. xij. col. de condi. ind. Et istis ad de casum notabilē iunctis ibi notatis in. l. si nō singuli. si cer. pet.
¶ Ibi. & eisdē verbis nō sunt. faciūt ad. q. si pater & filius cōfessi sunt ī instrumētis dotis se recepisse dotem, & promittunt illam restituere: an quilibet teneat insolidum vel pro parte: de quo per Bald. & Ange. in. l. si cum dotem. §. trāsgrediamur. s. sol. ma. & bñ facit text. nota. & quod ibi Barto. in. l. fi. C. de do. cau. nō nu. & videt quilibet p dimidia teneri. l. reos. §. cum in tabulis. j. eo. & hoc clarum de rigore. Sed de æquitate dicebat cy. q si pater gubernabat à filio, prçsumitur totum peruenisse ad filium: & ideò solus fili⁹ debebit teneri: sec⁹ ecōtrariò, si filius gubernabat à patre: quia tunc pater tenet insolidū & præsumit pecunia peruenisse ad ipsum. Bal. tamen dicit hāc æquitatē succūbere rigori scripto. p no. ī. l. j. C. de le. & ī. l. pspexit. ff. q & à q. Sed secūdū Im. pōt cōcludi securè, q quilibet teneat p pte. d. §. cū in tabu. tñ si q̄rit ad quē pecuniā puenisse psumo: fortè stādū erit distīctiōi. vide Bal. ī. d. l. fi. C. de do. cau. nō nu. Imo. ī. d. l. si cū dotē. Ad pdicta facit qd' no. Bal. ī. l. si cōstāte. §. quoties. sol. matrimo. melius faciūt no. in. l. j. in. ij. co. §. de duo. reis. cū cōcor. & vide Imo. j. eod. l. reos. in prin. in antepe. col. in ver. videtur. Adde text. not. cum gloss. in l. sed & Iul. §. si duo. s. ad Macedo.

d ¶ Cogitur hoc facere. Adde Barto. contra in proxi. q. & quod ibi dixi, & probatur. in. l. cum in plures. §. vestimenta. s. loca.

quod dicit. l. ex duobus. j. eo. nō esse correctā. ¶ Sed
13 circa hoc † quæro, an vnus ex reis credendi, possit facere alium procuratorem? glo. dicit, quòd non: vt. l.
licet. §. porrò. s. de procu. Contra puto: qa vnus pōt
agere noīe alterius: vt. j. de solu. l. si duo rei. & gl. contraria alleg. non fundat se bona. l. si bene aduertatur.
14 ¶ Sextò quæro, † dixi beneficium diuisionis habere locum inter correos, si ambo sunt soluendo: quæro, cui incumbit onus probandi: vel actori vnū soluendo nō esse: vel reo opponenti illū soluendo esse?
Breuiter nō insisto in alle. Est quoddā beneficiū diuisiōis de iure antiquo, ex epistola diui Adriani, qd'
cōpetit fideiussorib⁹: vt insti. de fideius. §. si plures.
& C. de cōsti. pe. l. fi. de fideiu. l. iij. & l. fideius. cū si.
Et istorū exemplo beneficiū diuisionis habent tutores, curatores, & si. vt dicit tex. de tute. & ra. distra. l.
j. §. nunc tractemus. in prin. & in isto beneficio diuisionis est aduertendū: quia si quidē soluēdo sunt, omnes, & hoc cōstat: cōpetit beneficiū diuisiōis. si cōstat, q non sunt soluendo, cessat tale beneficium: vt
a dictis. ll. Si dubitatur[a]: tunc qui petit diuisionem,
auditur, si velit alium conueniri suo periculo. & de
hoc satisdet: vt. j. de fideius. l. si dubitet. & sic videtur
q ille, qui petit diuisionē, debet ostendere aliū esse
soluendo: vel grauatur illa satisdatione. Est aliud
beneficiū diuisionis, quod venit ex hac cōstitutione
noua, de duobus reis. & in hoc videtur, q in casu dubij, reus nō possit conueniri: nisi p parte. vt in auth.
b eo. §. j. & ibi glo.[b] super verbo, interim. Et sit videt,
q onus sit creditori, q non possit agere cōtra vnum
insolidū: nisi facta excussione, si alius reperiatur non
soluendo. Ratio de eo est: qa videntur inuicem fideiubere: & ideò vnus non debet conueniri pro parte
alterius, nisi alio discusso: vt. C. de fideius. aut. præsente. Qd' aūt ad exemplū illius beneficij cōcessi fideiussoribus, hoc sit concessum duobus reis, apparet ex aut. eo. in prin. Qualiter intelligātur inuicem
15 fideiubere. j. dicā. ¶ † Septimò q̄ro, [c] pone, quòd ad
c vnum ex correis peruenit tota quātitas, vtrum possit petere, quòd ille prius excutiat? Respōdeo si qdē
hoc fuit actū ab initio cū creditore, vt ad vnū tantum
perueniret pecunia: & alius esset fideiussor, veruntamen obligaret se principaliter, vt correus: tunc sine
dubio hoc posset petere. per titu. in aut. de fideiuss.
§. j. & C. de fideius. aut. præsente. Si verò hoc nō fuit
actum cum creditore: sed tantū inter eos: tūc videtur
prima facie, q factū eorum creditori nō præiudicet:
vt in aut. eo. §. si verò minus idonei. ibi & nullū &c.
Finaliter dico, q si alter correus ostēdit hoc, scilicet
pecuniam ad aliū peruenisse: sed negocium ad alium
totaliter pertinere: & ideò petit alium primò discuti
d ipsi⁹ periculo: quòd actor cogit hoc facere[d]: vt. l. vnde quæritur. in prin. s. commo. & ibi est casus, prout
est in litera conueniri. Pro hoc facit, qd' dicit, q tutor qui gerit, pri⁹ cōueniendus est, quā qui nō gerit:
quia ad eum negotiū principaliter spectat. Sed contra prædicta facit: qa quando vnus tenetur, alio excusso, nō sunt correi: vt. l. decem. s. tit. ij. Sed illud verū, si ipsa obligatio in illa conditiōe differt: hic verò
obligatio est præsens, & excussio est dilata. Itē facit
e cōtra. s. de cura. bo. dan. l. ij. in fi. Sed dicò, q[e] illa debet intelligi secūdū istā determinationē. s. nisi alius,
ad quē principaliter nō spectat, petat alium conueniri suo periculo. argu. d. l. vnde quærit. s. cōmoda.
16 ¶ Octauò quæro † dixi q ad hoc, vt istud beneficium locū habeat. s. diuisionis: requirit, q omnes sint
prçsentes: q̄ro qualiter debeat intelligi: & qualiter cō
f stare debeat de psentia, [f] vel absentia? Aduertatis: vt
ego dixi. s. istud beneficium diuisionis est introductum ad exemplum beneficij, qd' per aut. dat fideiussoribus. Glos. in aut. de fideius. §. j. intelligit præsentes, si sunt in eodē territorio, ita quod facilè possint citari. Et aduerte q glo. ibi intelligit in eodem
territorio. s. eiusdem ciuitatis: secus si essent eiusdem
prouincię, & sub eodē Preside diuersarum ciuitatū:
& ibi patet, qd' doct. tenent: & tex. videtur exprimere ibi. dū dicit, acerbū est creditorē mittere alicubi. & c. sed eo casu, cùm sint eiusdē territorij, puto q
ad hoc, vt cōtra vnū tantū posset procedi, debet prçcedere solennis excussio de persona, sicut dictū est
de rebus, scilicet vt citet, & si non venerit mittatur
g familia[g] ad capiendū & ducendū eum. & si retulerit
ipsum nō posse haberi, tūc pcedetur contra vnū tātū. ita videt colligi ex eo. §. pe. & hæc discussio circa
psonā probatur de leg. ij. l. cum quidam. §. fin. cum
17 l. seq. ¶ ¶ Nonò quæritur, † vtrū vni correo sit dādū tem pus ad reducēdū absentē, sicut fideiussori?
Glo. tenet, q nō. C. eo. aut. hoc ita. §. de fideius. aut.
præsente & in aut. eo. §. si vero minus idonei. Plura sunt alia quærēda circa materiā huius. l. quæ dicā
j. eo. l. si ex duo. §. si à Titio.

LEX IIII.

Duo rei. ¶ Siue vnica voce, siue pluribus respondeatur, non vitiatur constitutio duorum reorum.

SVMMARIVM.

1 *Operæ, quòd fictæ sint eædem, quando est eadem peritia in præstantibus. & quæ requirantur copulatiuè? & nu. 4.*
2 *Factum alienum, quando nō haberetur respectus ad ipsum fieri, sed ad ipsum factum perfectum, promitti potest.*
Adde Bar. hîc. Are. in. c. fi. de iudi.
3 *Duo rei quando possint constitui in operis eo. & nume. 6. & 7.*
5 *Doctor legens, quando possit per substitutum legere?*
Duo rei debendi, qualiter constituantur in obligatione facti?
7 *Plures rei credendi, qualiter constituantur in obligatione facti?*
8 *Interesse singulare qualiter probetur, & quomodo debeant deponere testes?*

LEX V.

h Nemo est qui[h] nesciat.
¶ Obligationi operarū pōt accedere fideiussor: & in ea actiuè & passiuè possunt duo rei cōstitui. h. d. Ista est singularis lex: & gl. diuidit eam in
glo. quæ incipit idest operā. ibi patet ergo. sed ego
diuido secundùm Iaco. de Aret. primò loquitur in
simplici promissore, secundò in fideiussore & principali: tertiò in duobus reis. Partes apparent in litera. reperio in lege nostra duas lect. Vnam glo. † No.
1 quòd vbi est eadē peritia, fictè sunt eædem operæ.
¶ Op. de. l. stipulatio ista. in princ. s. titu. j. & l. sicut. j. de fideius. vbi factum alienum promitti non
potest. gl. videtur dicere, q potest, quando sunt eius
2 dem peritiæ. Iaco. de Are. dicit aliter, † q sicut in pmissione facti, ita operarum, pōt considerari primò
ipsum fieri: & tunc nemo potest promitttere factū
alienum. Quādoq non habetur respectus ad ipsum
fieri sed ad factum perfectum: vt promittis librum
scriptum, & factum manu talis magistri: & tunc qs
potest promittere factum alienum. De hoc est casus. in. l. continuus. §. si ab eo. s. ti. j. & ita intelligit
hanc. l. quæ lect. vera est in se. & tene menti. Sed in
proposito credo q melius dicit gl. per fi. l. quæ dicit
eiusdem peritiæ. & secundùm dictum Iac. de Aret.
quando habetur respectus ad opus perfectum, etiā
qui non esset eiusdem petiriæ, posset promittere.
& sic non bene sua lect. applicatur tex. ¶ Opp. dicitur in. ij. rñso, quòd fideiussor potest adhiberi
obligationi operarum, contra. l. sicut. j. de fideiusso.
Sol. non dico hîc. & gl. tetigit in. l. cum filius. §. j. s.
ti. j. dico. in. l. si quis pro eo. j. de fideius. Dicitur hîc
3 † duo rei constituuntur in operis. Contrà: quia ex
mutatione personarū, dicunt aliæ, & aliæ operæ: vt
l. seruus patroni. cū. l. seq. s. de ope. libe. Sed quando
alia, & alia res pmittitur, nō sunt eiusdem rei credēdi: vt. l. si id qd'. §. j. j. eo. Solu. contraria loquuntur
in operis

Adde pulchrè Roma. consi. ccxiij. circa hāc septimā quæsti. Bart.

POMATES.

e Sed dico, q. vide pōderata ista verba per Are. consi. xxix. col. iiij. consi. lxvj. col. v. in fi.

f ¶ De præsentia. Qñ qs dicatur psens in alia materia, vide quod not. Bal. in. l. testō. de alimē. lega. & quæ ibi dxi. & quo ad quæstioē Bar. hîc adde qd' no. Bald. C. e. in aut. hoc ita. ibi. in eodē territorio. & cum Barto. tran sit do. Ant. in c. ij. de fideiuss. in eo ibi. vt cōtra vnū bene possit. Adde id, qd' no. Bart. in l. iiij. §. prætor. de dam. infect. Adde quando quis dicatur præsens. Bald. consi. clxx. lib. iij. Et quod absens dicatur, q est in alio territorio. adde Alex. de Imo. in consil. c. col. iij. in v. volu.

g ¶ Familia. Nota formam faciēdi excussionē in personali. & ad Bart. se remittit Bald. in aut. sed hodie. C. de act. & obli. in. l. cum non solùm. §. j. in fine. de bo. quæ libe.

h ¶ Nemo est. induco ad. q. de qua p Bar. in. l. pe. de va. & extraor. cogn. Bal. l. parabolani. de epi. & cle. vide qd' no. per Bar. in l. diem functo. de asses. ita vide Bar. in. l. j. de prin. agē. in rebus libro. xij. & qd' no. Cyn. de epis. & cle. l. quisquis & ibi docto. Et adde secūdùm Bald. in. c. j. §. si qs decesserit. si de feu. fuer. controuersia inter domin. & agn. quod officia solennia, sicut est officium potestatis, & capitaneatus, per alium nō possunt explicari.

in operis,quæ cohærent personæ:& tūc in illis non possunt constitui duo rei:quia aliæ,& aliæ sunt. Quædā,q̄ nō cohærent personæ:& in his possūt duo rei cōstitui. ¶ Sed op.ꝙ nō possunt dici duo rei : quia nō possunt debere insolidū:vt.l.ij.s.eo.ti.cōiuncta.l.q insulā.s.ti.j.quia solū est alienū, & stipulamur insulā fieri,nihil interest nostra, si est cōmune,tūc ꝓ parte. Sol.intelligo in operis,q̄ nō cohęrent solo,sed cuilibet insolidum possunt attribui:vt hic.ij.rñ. ¶ Demū op.ad tertiū respō.dicit̃ hic,ꝙ possunt cōstitui duo rei debēdi:qa sunt eædē. Cōtrà.qa eiusdē hoīs operæ nō dicuntur eædē:vt.l.si nō sortē.§.libertus.s.de cōd.inde.multomin⁹ si diuersorū.So. gl.hic in operis incertis:ibi certis.Sed nō est verū:qa hic eiusdem peritiæ, ergo certæ operę:qa aliter nō posset apparere,an essent eiusdē peritię.So. gl.ꝙ verè non sunt eædē.sed fictione iuris fingunt̃ eædē. ¶ Sed contrà:qa
4 secūdū hoc operę possunt repeti:qđ est cōtra dictū.§.libertus.So⁹.dic,ꝙ ad hoc,ꝙ operæ duorū hominū fingant̃ eædē,duo requirunt̃ copulatiuè: ꝙ hoc agat̃ inter cōtrahentes:& sint eiusdē peritiæ:vt hic dicit gl.& not.
5 ¶ Induco ad.q.† Doctor ꝓmisit legere librū:pōt ne p substitutū legere? In.l.j.§.ne autē.C.de cad.tol.format Cy.istā.q.& dicit secūdū Pe.ꝙ.§.ne aūt.nō facit:qa ibi loq̃ī in addiscēte,qđ nō pōt p substitutū addiscere.sed docēs,bene seruire pōt per substitutū,si est eiusdē peritiæ.per hanc.l.sed nō placet:quia oportet,ꝙ sint eiusdē peritię,& hoc quòd inter cōtrahētes sit actū:vt hic.sed si erat doctor,q ex casu cōsueuerat sępe hoc facere ex cōditione psonæ,quæ nō pōt seruire,videt̃ actum.C.de loca.l.exce.& insti.
a loc.circa prin.vel si esset cōsuetudo studij[a]:vt.l.ꝙ si nolit.§.quia assidua.
6 s.de ædi.edi.& de aqua plu.ar.l.si pri⁹.§.j. ¶ Vñ circa materiā hui⁹.l. distingue,qualiter duo rei debēdi cōstituant̃ ī obligatiōe factis:dic qñq̃ ī obligatiōe habet̃ respectus ad op⁹ perfectū,ita ꝙ est explicabile p aliū: vt.l. cōtinu⁹.§.si ab eo.s.ti.j.& isto casu sine dubio possunt cōstitui duo rei:vt hic secūdū Ie.Ia.de Are. Qñq̃ habet̃ respect⁹ ad ipm fieri,& ad psonæ industriā:& tūc aut ꝓmittētes sunt eiusdē pitiæ:& pñt cōstitui duo rei : vt
7 hic. Aut sunt diuersæ pitiæ:& nō possunt,vt ibi.Circa reos†credēdi dic, aut in obligatione venit tale factum, qđ concernit personā stipulātis, vt promitto seruire in camera , vel mensa:vel curare ab infirmitate : & non possunt cōstitui duo rei:vt.l.si id qđ.j.e.iuncta.l.seruus patroni.§.fi.&.l. seq.de ope.lib.Aut nō concernit psonā stipulātis:& tūc aut vtriusq̃ inter est æqualiter,& insolidū:vt ꝓmitto Titio & Seio insolidū scribere librū: vel operas incertas:puta zappatorias, pictorias, vel si. & possunt cōstitui duo rei:vt hic.Aut nō interest æqualiter, vt facere domū in fundo vnius, vel cōmuni:& ideò possunt duo rei cōstitui:qa nō interest cuilibet insoli-
8 dū:vt.l.q insulā.s.tit.j. ¶ Vltimò hæc.l.inducitur†ad.q.qualiter ꝓbet̃ interesse singulare,qđ tāgit gl.C.de sen.quę pro eo.l.vna.in gl.sup ver.sub tilitatē.in fi.Alij doc.dicūt ibi,ꝙ possunt deponere de affectione eorū, si sunt eiusdē peritiæ.& sic videt̃ affectio actoris,per hanc.l.qđ nō placet:qa ista affectio habet locū demū duob⁹ cōcurrentib⁹:vt.s.dixi.quę cessant in testibus.dic ergo,ꝙ testes deponēt,ꝙ ipsi viderūt homines eiusdē cōditionis habere rē illius qualitatis tantū charā: vel nollent ꝓ tanto carere ea: vt probat̃.s.ti.j.l.continuus.§.cū ita.

LEX VI.

DVos. ¶ Ex duobus interrogatis,vel interrogantibus,qui rñdet obligatur: & cui respondetur, quæritur obligatio.& ab vno tantū ex correis pōt accipi fideiussor.h.d. Et gl.assignat arg.contraria,& nō soluit ibi.§.habet.sed illud intelligit̃ ibi ex psumpta mēte cōtrahentiū: qa aliud tēpus cōmissionis non habet annexū.hic enim extra ꝓpositū diceret̃ intelligi Dy.Vel aliter, ibi verba stipulationis sapiunt vim cōditionis: hic non.Ray.

SVMMARIVM.

1 *Tempus modicum,aut actus contrarius,non uitiat constitutionem duorum reorum.*
2 *Interuallū longū inter obligationē unius,& alterius,nō uitiat cōstōnē duorū reorū.*
3 *Interrogatus si dicit:facias scribere.& postea respōdet:dicitur incōtinēti respōdere.*
4 *Actus necessarius naturæ intermedius,inter interrogationem & responsionem,non uitiat obligationem.*

b Duo rei. ¶ Modicū interuallū c ōstitutionē duorū correorū non vitiat[b].nec actus medius cōstitutioni correorū,nō cōtra
1 rius.h.d.Not.ꝙ modicū tps nō vitiat:ergo longū tēpus vitiat.Item not. ꝙ actus nō contrarius cōstitutioni,nō vitiat. ¶ Op.s.e.l.ij.ī prin.gl.sol.vt ibi vera sol.est illa.Inter interrogationē,& rñsionem eiusdē actus cōtrari⁹,
2 vel†longū interuallū impedit constitutionē, vt hic. sed longū interuallū
3 inter obligationē vnius & alterius,nō vitiat. Quero,†qd si in instrumēto interrogas me,dico,facias scribi:deinde rñdeo.dicit gl.ꝙ incōtinenti vide
4 tur rñdere:tene mēti,qa singu.est.[c] ¶ Quæro,qd in alio†actu,medio īter
c ueniēte,q nō ptinet ad hoc:& gl.dicit,ꝙ oīs act⁹ dr̃ cōtrarius ad obligatio nē nō ptinēs.gl.nō bñ dicit simpl̃r:sed dꝫ determinari p.l.cū antiqtas.C.de test.qa ibi vides,ꝙ actus necessari⁹ naturę interueniēs,nō dr̃ act⁹ cōtrarius.

SVMMARIVM.

1 *Hodie,an corrigatur,ut ille,qui est obligatus purè,posit opponere beneficium diuisionis,conditione alterius pendente?*

LEX VII.

d EX duobus reis. [d] ¶ Disparitas qualitatis,quę sperā tur reduci ad paritatem,non vitiat constitutionem correorum.h.d.Oppo.de.l.eandē.§.j.j.e.So.plures dant hic:tene vltimam,quia hic est disparitas in tempore:ibi in culpa.

Et ratio est:quia hic adueniēte conditione, reducit̃ ad paritatem:ibi nūq̃ reduci speratur. ¶ Oppo.de l.si id qđ.sol.ibi est disparitas in re:hic in qualitate.
1 ¶†Quæro,vtrum hodie sit correctum per ius aut̃. vt ille qui est obligatus purè,posit opponere bñficium diuisionis,pendente conditione alterius? glo. tangit.C.eo.aut̃.hoc ita.Dy.tangit hic dicam.j.e.l.si ex duobus.§.si à Titio.

SVMMARIVM.

1 *Dictio que,quando est coniunctio,debet scribi per è,breue: aliàs longum.*

LEX VIII.

e HIs verbis. [e] ¶ Si in vnius persona nō cōsistit obligatio:alter tenetur insolidū,si tanq̃ duo rei se obligabant:aliàs in virilem .hoc dicit.
1 ¶†Not.ꝙ dictio quæ: debet scribi per è,breue, qñ est cōiūctio:aliàs longū:vt in glo.

SVMMARIVM.

1 *Duo rei debendi in mutuo constitui possunt.*
2 *Lex super impoßibili, quod in genere potest esse poßibile: licet non in specie,fingit.*
3 *Duo rei qualiter constitui poßint in deposito,& cōmodato tam in primitiua quàm in secūdaria obligatione?*
Obligatio rem restitui quo ad obligationem est diuidua, sed quo ad solutionem indiuidua.
4 *Duo rei,an constitui poßint,quando in obligatione est quid indiuiduum,uel factum?remißiuè.*
5 *Obligati accessoriè,quando teneantur insolidum,si non exprimatur.*
In mandatoribus accessoriè se obligantibus,hodie nihil est immutatum.
6 *Plures accessoriè se obligantes,posito quòd insolidum tenerentur,an sint duo rei?*
7 *Officium gerentes aliquod uel aliquā administrationem,an obligentur uiriliter,uel insolidum,uel sint duo rei?*
8 *Intellectus ad.§.duobus.in.l.creditor.suprà mandati.*
9 *Mercatores plures,qui unam mercantiam gerunt,uel unam negotiationem,an ex contractu unius, quilibet teneatur insolidum & quilibet insolidum agere poßit:& an sint duo rei?*
10 *Institorem,el exercitorem præponens,licet poßint insolidum conueniri: sicut institor,& exercitor,non tamen dicuntur duo rei:sed unus tenetur principaliter,alius accessoriè.*
11 *Plures domini eiusdem serui,licet de peculio teneantur insolidum,an sint duo rei?*

LEX IX.

EAndem. Re, verbis, testamento,cōsensu:possunt cōstitui duo rei.h.d. ¶ Oppo.in aut̃.eod.in prin.Sol.dicit gl. aliud olim,aliud hodie. Tu dic,ꝙ in mō cōstituendi,nihil est innouatū : vt
1 dixi.s.eo.l.ij. ¶ Pro declaratiōe hui⁹.l.&†materię, a

nisi in causis necessitatis:vt in aut̃. de colla.§.ad hoc prohibemus.&.l.j.§. eius rei de offi.eius cui mā.est iurisd. Et de.q.Bart.& hic simili.vide per Spe.in ti.de salarijs.§.fi.versi.qd si doct.cū seq.&in materia qđ no.Bal.in l.cū antiquitas.C.de vsufr.& quod no.in.l. Arethusa.s.de sta.ho.quod dixi,nisi in casu necessitatis,p Bar.in.l.de pollicitationibus.j.de pollici.&de materia p Iaco. de Bel.in.d.l.quisqs. C.de episc.& cler. ¶ Et facit.An vasallus posit subinfeudare fundum alteri vasallo : de quo vide Bal.ī aut̃. nisi.in.iiij.colū.C. ad Treb.&vide in materia Bald.in.c. j.§.mut⁹ Epm vel Abbatē.&in rub. qui feu.da pos.Et quando alicui est iniunctum ꝙ psonaliter exequatur, non pōt alteri cōmittere,etiam de partium volūtate. Ita dicit Specu.de iudi.deleg.§.excipitur.ver. item ꝙ iniūcti.& de materia post Io.and.in regula,contractus in mercu.&plenè per eum.in ista.q. in regula , q̄ facit. & vide tex.l.sciēdum.§.legati.j.de le. quòd legati nō possunt dare vicarios alios,quàm filios suos.Et an rector posset facere vicarium.Imo. in l.obseruare.vbi p Barto.& ibi dixi. s.de of.proconsul. Adde,domi. Alexand.tangit,an vasallus posit subinfeudare,quòd Bal. consil.lxx.lib.j.refert Mar.de fano in tractat. de iure emph.q.xxij.qđ si de aliquo honorifico castro fuerit inuestiti nobiles, quòd ad ignobiles transire non poterit.

a ¶ Cōsuetudo studij. Et sic no.ꝙ cōtractus cēsetur initus,secundū consuetudinem.& hoc in terminis Bar.hic sequitur do.Abb.in.c.ad nostrā.de reb.eccl.nō alie.bene facit qđ no.in.l. si prius.§.j.de aqua plu.arcen.& quod no.Bal.in.l.j.C.pro so.in.iiij.q.Itē censetur initus iuxta dispositionem statu.iuxta no.in.l.vt iusiurandi. §.si liberi.s.de ope.liber.in ver.sed in isto casu.per Bart.& Bald.in.l.liberti.in xij.col.C.eodem versi.sed quid si esset.& cū Bar cōcor.Io.an.in regula, q facit in mercu.vbi plus dicit,ꝙ idem est, si erat consuetudo solùm promittentis.vide Bar.in.l.magistratus.j.ad munici.& Bar.in.l.j.§.iudi.j.de var. & extraor.cog.in vlti.q.& vide in.l.j.in vlti.q.in princ.C.de senten . quæ pro eo,quod interest.

b ¶ Duo rei.non vitiat.vide plenè per Bar in repe.aut̃.hoc ita.C.eo.in.xij. q.vide in.l.fi.j.eo.vbi idem dicit,quod in.d.aut̃.Et an habeat isto casu beneficiū diuisionis hodie.vide Bar.in.l.si ex duobus.j.eo.

c ¶ Singularis est.Et eam notanter alleg.Bal.in.l.in bonæfidei in.j. col. C. de pact.vide ibi per Salic.plenius ad dicta per Bar.in repe.Alexan.

d ¶ Ex duobus reis. Vide per Bar.in repetitio.authen.hoc ita . de duobus reis.in.xij.q.

e ¶ His verbis.Pro intellectu huius.l.vide Sali.in.l.leg.in.iij.q.C.de pact.

quæro primò, an in obligatione, quæ re cõtrahitur ad diuidua, vt tantundem reddatur in genere: vt in mutuo, possint constitui duo rei? videtur quòd sic: vt. C. si cer. pe. l. si non singuli. & C. eo. l. propter. contrariũ dicit do. Mar. sil. dicens, quòd ante possent cadere sydera de cælo, quàm obligatio quæ re contrahitur, contrahatur vltra quàm peruenit: vt. l. si tibi. in prin. ff. de pac. & in ll. contrarijs. fuerunt constituti duo rei verbis. cõmuniter omnes tenent cõtrariũ, per prin. huius. l. & C. eo. l. propter. & C. si cer. pe. l. nõ singuli. Ad contrarium respondeo, quòd si vni numeraretur aliorum voluntate, omnibus numeratum videtur iuris fictione: vt no. per gl. in. d. l. si non singuli. ¶ Sed contra hoc instatur. id quod est impossibile de natura, non potest fieri per. l. lege si pater. in fi. ff. de adop. & loca. l. qui ad certum. sed impossibile est secundum naturam, vt eadem pecunia perueniat ad plures insolidum; ergo nõ potest fingi. Huius timore dicit Pet. quòd non fingitur ad plures peruenisse insolidum, sed ad omnes simul peruenit in veritate. & sic non nascũtur plures obligationes, sed vna, quæ tenet plures homines: sicut vnus funis ligat plures. & hoc tenet Cy. in. d. l. si non singuli. & C. eo. l. propter. hoc nõ placet: quia in pluribus reis licet si vna obligatio in effectu: tamẽ in veritate plures sunt obligatiotiones. & quilibet tenetur propria obligatione: vt hac. l. §. fin. l. si reus. & de fide. ius. l. generaliter. ¶ Tene[a] ergo solutionem glo. quòd fingitur pecunia ad quemlibet peruenisse pro solido.

2 Nec ob. si dicatur. † quòd lex non fingit super impossibili: quia verum est super eo, quod est impossibile in genere: vt quod filius sit antiquior patre: sed si in genere est possibile: licet sit impossibile in specie: vt in his terminis, in quibus loquimur: tunc lex fingit. Exemplũ. Impossibile est, quòd ille qui est filius Titij, sit filius meus: tamen, quia in genere possibile est, quòd habeam vnum filium talem, & eius ætatis, potest fingi per ius, quod talis sit meus: vt. d. l. si pater. in fi. cũ. l. seq. de adop. Sic impossibile est, quòd ille qui fuit apud hostes, semper fuerit in ciuitate: tamen quia in genere suo possibile est, videlicet, quòd talis semper fuerit in ciuitate: iõ lex potest fingere ipsum fuisse in ciuitate: ita hîc possibile est, quòd in genere suo talis pecunia peruenerit ad me. Item quòd peruenit ad te, & ad alium: ideo hoc inducitur per fictionem: licet in casu, in quo sumus, scilicet donec pecunia est apud vnum, impossibile sit esse apud alium. & ista ego dixi in. l. si is qui pro emp. ff. de vsuca. Vel aliter: impossibile est, quòd eadem res perueniat ad plures insolidum. Dico, verum est in effectu: sed bene potest peruenire ad plures, sed apud vnum remanet in effectu: quia vna exactio sufficit.

3 Concludo ergo, † quòd plures rei debendi possunt re constitui, si hoc agatur sine aliqua stipulatione: sicut. ff. dictum est in alijs obligatiõibus. Et idem dico de duobus reis credendi: vt. C. si cer. pet. l. cum te. ¶ Secundò quæro, quid in obligatione, quæ re contrahitur, vt eadem species reddatur: vt in deposito, & commodato, & si. Respondeo debes scire, quòd ex hoc contractu duę oriuntur obligationes: vna primitiua ad rei restitutionem: alia secundaria ratione doli, vel culpæ commissæ in rem. Aut ergo quæris de illa primitiua obligatione ad rẽ restituendam: & tunc ita demum cõstituuntur duo rei debendi, si est actum: vt. C. loca. l. si diuisa. aliâs quilibet tenetur pro parte. arg. ff. commo. l. iij. §. hæres. & deposi. l. si duo. licet tamen quilibet pro parte teneatur: & sic est obligatio diuidua diuisa, quo ad obligationem: tamen vnus soluendo partem, nõ liberatur. & sic est indiuidua quo ad solutionem: vt d. l. si duo. & de hoc plenius dixi in. l. eadem. §. cato. ff. de ver. ob. licet gl. circa hoc nesciat quid dicat. ff. depo. l. j. §. si apud duos. Si verò quæris de obligatione secundaria, quæ contrahitur ratione doli, vel culpę: tunc aut est actum, quòd sint duo rei: & sunt. aut non est actum: & tunc aut vnus tantùm commisit dolum, vel culpam, & ille solus tenetur: vt. l. j. §. si apud duos. in fi. ff. depo. Aut vterque commisit: & tunc vterque tenetur insolidum tanquam duo rei: vt dicto. §. si apud duos. & l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. in fin. §. commo. & l. si duo. ff. deposi. & hoc de reis debendi Rei verò credendi in tali obligatione non constituuntur, nisi hoc agatur. ff. depo. l. j. §. sed si duo.

4 ¶ Tertiò quæro, † quid si in obligatione veniat aliquid, quod sit indiuiduum, quo ad obligationem, & solutionem? dic vt dixi. ff. e. l. ij. ¶ Quartò quæro: quid in obligatione facti, an possint constitui duo rei? dic vt. ff. e. l. nemo. ¶ Quintò quæro, quid in his qui obligãtur accessoriè. Ista. q. habet duo capita. Primò, vtrum teneantur insolidum, etiam si non exprimatur? Secundò posito, quòd insolidum teneantur: vtrũ

5 sint duo correi, siue duo rei debendi? Circa primum dico, † quòd quandoque quis obligatur accessoriè. s. pro alio alienam obligationem principaliter suscipiendo: & isto casu non tenetur insolidum, nisi sit actum: vt. C. ad velle. l. si paternam. & ibi no. Idem no. j. de fideiuss. l. si Titius. quandoque obligantur plures pro alio, constituendo plures. & tunc idem: quia quilibet tenetur pro parte: nisi sit dictum, quòd teneantur insolidum: vel obligauerunt se alternatiuè: vt. C. de consti. pecu. aut. si quando. quandoque [b] aliqui obligantur pro alio propriè fideiubendo: & tunc quilibet tenetur insolidum, etiam si nõ sit dictum: vt instit. de fideiuss. §. si plures. & C. de fideiuss. l. non rectè. Quandoque plures obligantur pro alio mandando: & tunc diuersæ sunt gl. Nam glo. quæ est. ff. manda. l. si mandato Titij. §. Paulus respõdit. vnum videtur velle, quòd hodie requiratur, quòd expressè agatur. expressius in. l. creditor[c]. §. duobus. eod. ti. contrarium. s. quòd in mandatoribus nil sit immutatum hodie, no. glo. ff. quod iussu. l. j. §. fin. & hic in glo. quæ incipit. & mandato. Et istud puto verius, per id, quod not. in. d. §. si plures. insti. de fideiuss. & d. l. non rectè. & hoc communiter tenent doct. quia per auth. nil est immutatum in modo constituendi: vt. ff. dictum est. ¶ Sed

6 quæ est ratio diuersitatis inter prædictos casus? Circa secundum † credo, quòd primo casu, quando principaliter obligationem alterius suscipiunt: si hoc agatur, vt teneantur insolidum, sunt duo rei: vt. d. l. si paternã. & quod ibi no. & videtur expressum. ff. ad velle. l. vir vxori. §. si. cum. l. seq. In his verò, qui obligantur constituendo: non obligantur insolidum, nisi agatur, vel alternatiuè promittatur: tunc dicuntur duo rei. Et dic vt statim dicam in duobus fideiussoribus, vel mandatoribus: quia eadem est ratio: vt. l. fin. ff. de consti. pec. In duobus verò fideiussoribus, vel mandatoribus, licet teneantur insolidum, etiam si non sit dictum: & licet dicantur confideiussores: vt. j. de fideiuss. l. si Titius. non tamen sunt duo correi. Patet ex diuersitate nominum, & titulorum. Nam si idem esset, quare fecisset per se titulum de duobus reis. & tit. de fideiussor. & manda. Præterea, patet ex hac l. & l. j. C. eo. coniuncta. l. vt fideiussor. j. de fideiuss. Præterea, licet factum vnius correi alteri noceat: vt. j. eo. l. pen. non tamen factum vnius correi alteri noceat: vt. j. eo. l. pen. non tamen factum vnius fideiussoris nocet alteri: sed solùm sibi, & suis successoribus: vt. ff. tit. j. l. si seruum. §. nunc videamus. & ibi no. Ad hoc ergo, vt iura duorum reorum haberent locum inter eos, esset necesse, quòd hoc expressè ageretur: quod tanquam duo rei intercedũt: vt expressè dicitur in. d. l. vir vxori. in fi. cum. l. seq. ff. ad velleia. Plus dico, quòd etiam si expressè ageretur, quòd insolidum tenerentur. hoc casu non sufficeret ad constitutionem duorum reorum: quia esset expressio eorũ, quæ tacitè insunt: vt. C. de fideiuss. l. non rectè. est ergo necesse, quòd exprimatur, quòd tanquam duo rei promittunt. & hoc de reis debendi: plures

7 verò rei credendi accessoriè non cadũt. ¶ † Sextò quæro, quid in pluribus, qui gerunt aliquod officium, vel aliquam administrationem: an obligẽtur viriliter, vel insolidum? & an sint duo rei? Aduertatis: an quilibet habeat insolidum administrationem: dixi in repe. l. j. §. si plures. ff. de exerc. nunc dico, qualiter obligentur. Circa quod dico, quòd quando plures gerunt aliquod negotium sponte, nullo præcedente mandato: & tunc non tenentur insolidum: sed prout quisque gessit: vt. l. cum alicui. in fi. ff. de neg. gest. & quod ibi not. in gl. Quandoque præcedit aliquod mandatum à lege, vel ab homine: & tunc aut officium, seu administratio, quæ geritur, est publicum authoritate, & vtilitate: aut publicum authoritate, sed priuatum vtilitate: aut authoritate, & vtilitate priuatum. ¶ Primo casu, quilibet tenetur insolidum: vt. l. Imperator. ad munici. & de ma. conue. l. magistratus. & sunt duo rei debendi, licet non per omnia: vt. l. si pupillus. ff. de admi. tut. Et hoc dico, siue sit administratio ordinaria, siue deleg. arg. l. ex facto. in fi. ff. de negot. gest. & de ma. conue. l. fin. & quod ibi not. in vlt. gl. licet inter hæc sit aliqua differentia in illa materia, quam tractaui in. §. si plures. ¶ Secundo casu, quando est munus publicum authoritate, sed vtilitate priuatum: & tũc idem. quia quilibet tenetur insolidum, & sunt duo rei debendi: licet non per omnia: vt. d. l. si pupillus. ff. de admi. tu. & l. j. §. nũc tractemus. ff. de tute. & ra. distra. & de admi. tuto. l. iij. cum si. Et quod dico in tutoribus [d] idem in actoribus constitutis ab eis. ar. d. l. ex facto. in fi. ff. de neg. ge. ¶ Tertio casu, quando administratio est priuata authoritate, & vtilitate: etiam tunc aut sunt institores: aut exercitores: & tunc, quia eis videtur mandata administratio insolidum: credo eos teneri, & esse duos reos: licet non per omnia: vt. l. j. §. si plures. de exer.[e] cum sua gl. quæ æquiparat eos tutoribus. & l. si pupillus. de admini. tuto. Aut loquimur in pluribus procuratoribus: &

8 tunc aut fuerunt facti insolidum: † & quilibet tenetur insolidum, & erunt duo rei, sicut duo tutores. vt. l. creditor. §. duobus. ff. man. & quòd ibi no. in prin. gl. Et iste est verus intellectus illius. §. quia officium erat eis commissum insolidũ. Sed erat dubium, qualiter obligatio, quæ cõtrahitur rõne doli, vel culpæ cõmittatur. & dicit quòd insolidũ. Nã si intelligis: quod esset actũ, quòd insolidũ tenerentur, nullũ esset dubiũ illius. §. nec in hoc est aliquid innouatum

a ¶ Tene. not. quòd l. non potest fingere id, quod est impossibile in genere: secus si in specie. vide Bal. j. de sol. l. sub conditione. sed secundum Ange. fallit. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquil. vbi fingit impossibile de natura in suo genere videlicet hominẽ bis mori. sed illud est speciale fauore vltimæ volũtatis: ne delicta remaneant impunita. And. Barb.

b ¶ Quandoque. Nã secundũ Ang. est verũ, nisi delictũ cõmittatur circa rem, quę sui natura est diuersa: vt pecunia. l. si duo. ff. deposi. An. Bar.

c ¶ In. l. creditor. de cuius. l. intellectũ vide i. pxi. q.

✤ POMATES.

d ¶ In tutoribus. vide Rap. cu. consi. xxiiij. & Are. xxix. col. iij. & vj. in. v. dubio, vbi sequitur intellectũ Bart. ad l. creditor. §. duobus. alleg.

✤ POMATES.

e ¶ De exerci. vide Panor. consi. xxj. ad fi. vo. ij. & Are. consil. lxvj. colũ. ij. & se. cũ seq. vbi pulchrè tangit dicta Bar. hic. & co. v. in. ij. dubio.

nouatum per iura auē.licet gl.ibi aliter dicat:& malè:quia in modo conſti
tuendi nihil innouaē:vt pluries dictũ eſt.Et hîc eſt regula,ꝙ q pñt admini-
ſtrare inſolidũ:inſolidũ tenenē:vt.l.ſi plures.š.de cura.bo.dand.Si verò ad-
miniſtratio non fuit conceſſa inſolidũ,tunc vnus nõ põt cõtrahere ſine alio
& qlibet teneē tm̃ de ſuo facto,nec erunt duo rei,vt.l.cũ alicui.in fi.de neg.
geſt.& arg.de exerci.l.ſi tamen plures.in princi.& hoc de reis debẽdi.pſ̃es
verò reos credẽdi, hoc mõ nõ admitto poſſe cõtrahi:qa qlibet ageret pro
9 ſuo intereſſe.¶ Septimò quæro [a] plures mercatores vnã mercãtiã gerũt:
a vel vnã negotiatiationẽ:an ex cõtractu vnius qlibet teneaē ĩſolidũ?& qlibet
poſsit agere inſolidũ?& an ſint duo rei?Pe.& Iac.de ra.dicũt,qđ ſic.& cy.
ſequẽdo eos.š.ſi cert.pe.l.qđ te.ad ſimilitudinem tutorũ& magiſtratuum,
b certè malè dicũt,cõtra caſum.l.ſi tñ plures.in princ.š.de exerci.Vñ tu dic[b]
ꝙ aliqñ à plurib⁹ q̄dã geriē negotiatio:q̄ eis decerniē ex publico:& tunc fa
teor quod ſunt duo rei actiuè,& paſsiuè:vt.l.ſi vnus.in principio.š.de pac.
&.l.ſi duo.š.de arbi.& de.pac.l.idẽ in duobus.Vbi loquitur in pluribus ar
gentarijs,quibus officium decernebaē ex publico:vt.l.argentarius.in prin.
š.de eden.& not.in.l.quædam.§.nũmularios.eo.tit.& facit quod dixi.š.de
tuto.& cura.& magiſtratib.facit.š.de lo.pu.fru.l.j.vbi vterq; ſociorum in-
c ſolidum habet actionem.Si verò talis negotiatio propria voluntate [c] fuerit
aſſumpta,non ex publico,tunc aut plures gerunt iſtam negotiationem
& mercantiam per ſuos inſtitores,ſeu exercitores, qui in vulgari appellan
tur factores: & quilibet eorum tenetur inſolidum. inſtitoria ſeu exercito-
ria:vt.š. de exercit.l.j.in fi.&.l.ſequen. & de inſtit.l.habebat.§.fi.&.l.ſe.
& ſatis arbitror eos eſſe tanquam duos reos debendi: quia ad idem, & ea-
dem obligatione tenetur vterq;. Conſtat enim ipſos eſſe obligatos: vt.l.j.
§.penulti.de exerci.& ſic talis actio eſt natiua non datiua.Item ſententia la
ta pro vno,prodeſt alteri:vt.d.§.penulti.Idem puto ꝙ.l.fina.§.eodem. ha
beat locum in eis, per illam rationem, ne in plures &c.vt.š.de exerci.l.ſe-
cunda. Dico ergo, quòd ſunt duo rei debendi. duo verò rei credendi,non
ita conſtituuntur: quia ex contractu inſtitoris ſeu exercitoris,non quæri-
tur actio dominis,niſi in ceſſa actione: & niſi in ſubſidium:vt.l.j.in fi.cum
l.ſequen.de inſti. &.l. ſi eum.§.j.de exerci. Si verò talem negotiationem
gerunt per ſeipſos:tunc aut ambo ſimul:& quilibet tenetur pro portione,
quam habet in negotiatione: vt.l. ſi tamen plures. in principio. de exerci.
Aut exercent ſeparatim:puta, ſunt duo ſocij. vnus exercet Peruſij: alius
exercet Florentię: tunc quilibet tenetur inſolidum. Videntur enim inui-
cem inſtitores præpoſiti.arg.š. ſi cert.pe.l.eius qui in prouincia.in fi.C.de
fab.l. iure prouiſum. lib.xj. facit. de acquiren.rer.domi.l. traditio.§. fina.
Pro hoc facit illa ratio,ne in plures &c.quod tenet Iaco.de Are.in.d.l.ſi ta
men plures.in princip.licet gloſſ.in.l.j.in fin. eod.titu.vacillet.¶ Octauò
†quæro:inſtitor,& exercitor poſſunt conueniri ex eorum contractu.Itẽ
10 præponens, & quilibet inſolidum,an dicantur duo rei?quod videtur:vt.l.
j.§.penul.š. de exercitor. Contrarium puto, quòd vnus teneatur principa
liter,alius acceſſoriè. & ideò magis æquipararem eos fideiuſſori & princi
pali: ſicut dicimus in patre & filio: vt.l.cum filius.in princip.š.de verbor.
obliga. Conſtat autem fideiuſſorem & principalem non eſſe duos reos:
vt not.j.de ſol.l.cũ qs.§.ſi quis pro reo. & quod not.per doc.C.eod.l.fi.
¶ Nonò quæro,† plures domini eiuſdem ſerui tenentur de pecu.l.& an-
11 cillarum.§. ſiquis cum ſeruo.cum ſi. an erunt duo rei? Breuiter dicerem,
quandoq; quilibet inſolidum tenetur:etiam reſpectu peculij,quod eſt pe
nes ſocium. Quandoq; tenetur inſolidum tantùm reſpectu peculij, quod
eſt penes ſe:vt probatur.š.de pecu.l.ſi noxali.§.fi.cum.l.ſequẽ.Primo ca-
ſu:dicerem eos eſſe duos reos: quia ad idem,& eodem reſpectu tenentur,
& eadem obligatione,ſicut duo rei:& ſicut ſuprà in pluribus præponen-
tibus vnum inſtitorem. Secundo caſu,dico eos non eſſe duos reos : quia in
ſingulis perſonis proprium eſt per ſe id, quod debetur:ergo &c.vt.l.ſi id.
j. eod.Iſta enim actio de peculio habet naturam actionis realis: vt.l.quæſi-
tum.in princi.de pecu.& not.per Cyn.C.quod cum eod.l.dominum.ſic
quilibet per ſe videtur teneri ad diuerſam rẽ. Alia quæ circa hanc materiã
de modo conſtituendi deficiunt:dicam in.l.ſi id quod.j.eod.

Sed ſi quis in deponendo. ¶ Imparitas culpæ, ab initio vitiat conſti-
tutionem duorum correorum : ſecus ſi ex poſtfacto. hoc dicit.
¶ Oppo. quòd factum vnius ex reis debendi, prodeſt alteri, ſi ſunt ſocij.
¶ Opp.š.eo.l.ex duobus.& inſti.eo.§.fin.glo.dicit ſol.quia hîc imparitas
culpæ:& ibi diei,vel conditionis:quia poſito, quòd promitto purè: tu ſub
conditione: non eſt imparitas : quia tu interim non teneris . Prætereà im-
paritas diei ſperatur reduci ad paritatem: imparitas culpæ nunquam ſpera-
tur reduci ad paritatem.& iſta eſt vera. ¶ Oppo. quia vitiatur res,ſi deue-
nit ad eum caſum, à quo incipere non poteſt.vt.l. pluribus.§.& ſi placeat.
&.l.ſi ſub vna.§.j.š.titulo.j.&.l.ſi pro patre.§. verſum.š. de in rem verſo. &
l.ſufficit.š.de condicti.indebi.&.l.ſi à reo.§.ſub diuerſis.j.de fideiuſſori.So
luti. nego maiorem: quòd deueniat ad eum caſum, à quo incipere non po-
teſt: quia ſi remittatur culpa pacto, ex poſtfacto: tunc exceptionem parit,
& remanet obligatio, quæ ab initio fuit& nunc eſt par ſecus ſi à principio re
mittatur culpa: quia tunc non eſt par obligatio. Dicitur hîc, quòd pactum
factum vni ex reis debendi, qui ſunt ſocij alijs prodeſt, ſi communis culpa
interueniat. Quæro ergo vtrum pactum vnius ex reis debendi proſit alij ?
& dic vt plenè dicam.j.eod.l.ex duobus.

d **Cum duos.** ¶ Diſparitas locorum non impedit [d] conſtitutionẽ correorũ.h.d.¶ Opp.š.tit.j.l.j.in principio.vbi dicitur quòd inter abſentes non valet ſtipulatio.gloſ. dicit quòd fuerunt duo rei conſtituti conſenſu non verbis.Vel poteſt eſſe quòd hodie ſtipulor hîc,& ſeruus meus Florentiæ.argumen.l.fi.§.ſi inter eos.š.ti.j.Vel aliter ſtipulor hodie hîc ab vno,& alibi ſtipulor ab alio recto tramite eundo.ſed nõ hoc oportet te ponere:quia interuallum temporis inter vnam obligationem & aliã non vitiat,ſi agatur hîc,quòd ſint duo rei:vt.l.iij.in prin.š.eo.& propter hoc inculcatio gl.non fuit neceſſaria.Vel poteſt eſſe,quòd exiſtens Carthagini à duobus fuit ſtipulatus,ex diuerſis locis hoc eſt,vnus moueret ſe de Florentia,& al-
e ter de Roma [e] ad eundum Capuã.& ſic primò poſui caſum,qui placet Dy.ſed quod ſupra dixi,plus placet.Item hic dicitur,quòd ſunt plures obligationes.¶ Oppo.de.l.iij.in.fi.s.eodem.Solu.duæ ſunt verè: in effectu vna.non habetis alia.

LEX X.

SI duo rei. ¶ Correus ſocius,nõ opponit cõpenſationem de eo.qđ alteri correo debeē. hoc dicit.¶ Opp.de.l.ſi quid.š.de compen. Solu.aliud in fideiuſſoribus,vt ibi:aliud in duobus reis,vt hîc.Et ex hoc concludit Ioan.pro ſua opin. quia duo rei duo videntur inuicem fideiubere: vt dicam de hoc.j.l.proxi.

SVMMARIVM.

1 Duo rei debendi,an uideãtur inuicem fideiubere?
Obligatio duplex oritur ex fideiußione.
Fideiußor poteſt ſtrictè & largè intelligi.
2 Tutores plures licet non ſint propriè fideiuſſores: tamen de iure antiquo exemplo fideiuſſorum,conueniebantur.
Correus qua actione repetat à correo,quod ſoluit?
4 Tutores plures,curatores,uel adminiſtratores ciuitatis,ſi unus ſoluit,qua actione repetat ab alijs?remißiuè.
5 Depoſitariorũ,aut commodatariorum plurium,ſi unus ſoluit,qua actione repetat ab alijs?
6 Correorum unus ſi ſub iuramento liberat alium,non poteſt à correo repetere partem.
7 Correus, qui liberat alium acceptilatione ſibi facta à creditore?quando repetat partem à correo?
8 Correus damnificatus culpa alterius poteſt ab illo repetere.
9 Correorum unus credendi,qua actione repetat à correo,qui ſolutionem recepit.
10 Correus credendi unus poteſt à correo,qui liberauit debitorẽ acceptilatione repetere,eo modo,ac ſi ſolutionem recipiſſet.
11 Actio quænam cedi debeat uni,ex reis debendi,& quando: & quo iure,& inquantum cedi debeat?remißiuè.

LEX XI.

f
5 notandum. Culpa † in rebus communibus æſtimat̃, ſi aliquis nõ facit illud in communibus, ſicut in ſuis: vt. l. hæredes. §. non tantum. ſ. fa. erc. & l. ſi ſocius ſocio. ſ. pro ſocio. In rebus alienis æſtimatur culpa: ſi non facit illud, quod deberet facere diligens paterfami vt. d. l. ſi conſtante. §. ſi marit⁹. & ſ. de act. & obli. l. j. §. is quoq;. Quod verũ eſt: niſi res aliena ſit cõmiſſa eius arbitrio. Tũc em̃ iſta verba, eius arbitrio. hoc ĩportãt: vt faciat illud, qđ in re
d ſua faceret ẽt ſi min⁹ diligẽter [d] faceret. tex. eſt hic cũ ſua gl. qđ ẽ valde notãdũ. Vide tex. ibi quoties verò nõ dicim⁹ id, qđ ſolutũ ſit, ĩ arbitrio eſt accipiẽtis &c. Aliud ẽ ergo depõere, cõmodare, vł locare vnã rẽ ſimpł̃r. Aliud eſt committere in arbitrio tuo: qa tunc excuſaris, licet malè facias, ſi ita facis, ſicut

cis,ſicut faceres in tuis. Vide gl.quæ incipit hæc exempla. &c. Itē vide gl.
in.l.cæterum&c. q̄ incipit,nec à creditore&c. ¶ Vlterius ꝓcedo. hîc tex.
vr̄ innuere,ꝙ debet eligere in id,qđ pro alio qs fideiuſſerat:aut cuius dies
nōdū venerat.Sed iſtæ non ſunt cauſę grauiores:vt.l.& magis.j.e.ergo&c.
Sol.huius timore qdā intelligunt hunc tex.vt dicat nō debet eligere debi-
tum,qđ eſt liquidū:ſed debitum quod eſt in controuerſia. Vnde cū text.
dicit,nō eligat debitum,quod non eſt in controuerſia. bn̄ ſequiť,aut illud
quod pro alio quis fideiuſſit:aut cuius dies nondū venit:quaſi diceret,iſta
nō eligat.& ſic nō ob.cōtraria.Iſta lec.nō placet.qa debitū,quod eſt in cō
trouerſia,nō pōt eligi,donec liqdeť.ar.C.de cōpen.l.fi.& ar.ſ.de re iudi.l.à
diuo dio.§.ſi ſup rebus.&.§.ſeq.Et ideo debet eligi affirmatiuè:vt dicamꝰ
indebitū,qđ nō eſt in cōtrouerſia. Sed ſi eſt liquidū,debet eligere ſolutū.
Et qđ ſequitur,aut in illud pro quo &c.ponatur,aut ꝓ non.& ſic cū aſpi
rationibus,vt ſic haud:pro non ponať.& quod ſequiť aut cuius dies &c.il-
lud aut,ſtet propriè. ¶ Veniamus ad tertiā particulā:ſed cōſtituere.vr̄ ꝙ
iſta lr̄a ſibi cōtradicat.Nā primò dicit,ꝙ debet fieri ſtatim cū ſoluta eſt &
ſic re pfecta.deīde dicit,cū in re agēda.& ſic vr̄ ꝙ debeat fieri an̄ rē pfectā.
Huiꝰ timore gl.ſupplet hîc,ꝙ diciť in re agēda,ſupple,q̄ fuit.Alij aliter di-
a cūt qđ apparebit ex declaratiōe ſequētis qōnis.¶ Quæro qualiter[a] itelli-
6 gatur†in re pn̄ti?Quidam dicunt parū ante,vel parum poſt,& iſtud eſt ſa-
tis bene dictum:vt.l.iij.C.de ædili.actio.&.l.Modeſtinus.j.eo.cōiuncta.l.
vt iuriſiur.circa principiū.ſ.de oper.libe.&.l.in bonæfidei.C. de pactis.tn̄
Ia.de Are.dicit magis intelligibiliter.Ea oīa dicunť incōtinēti fieri,q̄ fiunt
b anteq̄ cōtractꝰ,vel alius actus ſit à partibus habitus ꝓ perfecto,[b]& abſolu
to:vt.l.contractus.C.de fide inſtru.Et hoc idē dicam in ſolutione hîc: an̄q̄
ſolutio ſit habita ꝓ perfecta,& abſoluta,debet fieri iſta electio. Cy.hoc re
fert.C.e.l.j.in prima.q.& ſic tex.q hîc dicit ſtatim,atq̄ ſolutum eſt: id eſt,
hoc eſt,an̄q̄ res ſit habita pro abſoluta.& quod reqriť in re agēda &c. eo-
dē mō intelligo:qa res agēda dicitur ante,q̄ ſit habita pro perfecta & abſo
7 luta à partibus,poſito,ꝙ numeratio ſit perfecta.¶ Secūdò † quæro.video,
ꝙ debitor debeat eligere incontinēti:qd de creditore, an poſsit eligere ex
interuallo? gl.mag. in hac.l.cæterum.in prin.gl.ma.videť dicere, quòd ſic
quòd creditor poſſet eligere,donec viuit, non poſtq̄ eſt mortuus: qa non
tranſit ad hæredem.Alia gl.in hoc verſi.ſed cōſtituere.ſuper verbo conſti
tuere,tenet cōtrariū.Iſtā puto verā,p tex.q dicit ſe alio nomine exſolutū,
quis eorum velit.ergo videtur ꝙ quilibet eorum debeat incontinenti elige
re.debet tamen aliquantulū expectare creditor debitorē eligentē: cū priꝰ
c electio ad eū pertineat.Item pono[c] ꝙ creditor debeat facere illam electionē
præſente debitore:quia licitum eſt ſibi contradicere:& ex hoc pōt lędi: er
8 go debet eſſe præſens.vt.l.nam ita diuus.ſ.de adopt.¶ Tertiò†q̄ro,pone,
ꝙ cum iam pecunia eſſet in manibus creditoris,ipſe dixit: ego adſcribam
tibi in talem cauſam:debitor cōtradicit,imo adſcribas in talem cauſam:nec
concordāt,an creditor teneatur reddere pecuniam,debitore volente?certè
puto ꝙ ſic.& ſi non reddit,videtur eū ſpoliare p vim illa pecunia:ar.l.iij.ſ.
de pig.acti.& hoc videť ſentire gl.q̄ eſt hic.in.l.j.ſup verbo debitum.in fi.
gl.¶ Venio ad quartā particulā ibi.ꝙ ſi fortè.& op. ꝙ nō cedat in cauſam
duriorem:vt.j.eo.l.in his.§. Imperator.Sol.ibi loquitur in pecunia reda-
d cta,ex pignore vendito:hîc in pecunia ſoluta.¶ Itē oppo.[d]de.l.j.C.eo. &
9 de vſur.l.ſi vſus.Sol.dicunt† quidā:iſtud debet intelligi qn̄ vtraq̄ cauſa eſt
principalis:ſecus ſi vna eſt principalis,alia vſuraria: quia tūc prius cedit in
vſuras,q̄ in ſortem.& ita dicit prima gl.parua antiqua,q̄ eſt ſuper.l.j. ho-
die eſt ſuper principio legis primæ.vna glo.magna,quæ fuit additio,quæ
in fine ſui ponit aliā ſolutionē ad iſta cōtraria.Et dicit,ꝙ nō obſtāt illæ le-
ges:qa vſura eſt grauior cauſa. quia debitores tenaces quādo ſoluūt vſuras,
videntur ſibi extrahere oculos. & ideo eſt melius, ꝙ cedat in ſolutionem
vſurarū:ne de cætero teneanť ſoluere vſuras. Alij dicūt,ꝙ hoc non eſt verū
qa ſors parit vſuras:ſed vſura nō parit vſurā. Tu tene primā ſol. qa licet cā
ſortis ſit durior,tamē videť prius ſolutū in vſuras.& hoc expreſſa cōſtitu-
tione principum:vt in legibus contrarijs. quod eſt verū,ſi vſura eſſet debi
ta ciuiliter,& naturaliter:ſecus ſi naturaliter tātùm:vt.d.l.in his.§.Impera-
tor. Et potuit eſſe ratio odiū debitoris,qui paſſus eſt vſuras cōcurrere ſua
mora. de hoc no.in.l.ſi vſuras.C.de vſu.¶ Vltimò habemus hîc diſtingue
re.Nā de iſta materia habetis glo.nouam poſitā in prin.l.quę diſtinguit.&
habetis gl.antiquam ſuper.l.cæterum.in fi.gl.magnæ.quę ſimiliter diſtin
guit.Dy.etiā de hoc pōit vnā ſuam diſtinctiōem,& Cy.C.e.l.j.quas omit
e to hîc.dicam fortè in ꝓceſſu ti.quia illæ ſunt imperfectæ.¶ Vltimò no.[e]
10 hanc.l.& magis,†ꝙ in dubio magis videtur quis ſoluere, vel alium actum
f ſuo nomine[f] facere,quàm alieno.tetigi in.l.ſi ita ſtipulatus.§. Chriſogonꝰ.
ſ.de verbo.ob.

LEX VI.

IN his vero.

SVMMARIVM.

1 *Hæc lex non procedit in fideiuſſoribus,non habentibus beneficium diuiſionis.*

g Si duos.[g] ¶ Op.plures fideiuſſores teneť inſolidū: vt inſti. de fi-
deiuſ.§.ſi plures. ergo ſi pro vno ſoluitur inſolidum,alter
liberať:vt.l.ij.&.iij.in fi.ſ.de duob.re.Huius timore hîc.§. legitur duobus
modis. Vno modo,ꝙ fideiuſſerunt quilibet pro parte,hoc exp̄ſſo.& hæc
eſt clara.Alio mō,ꝙ fideiuſſerūt ſimpliciter,& tūc ob.cōtrariū. ſed rn̄deť
duobus modis.Primò ꝙ fuit facta particularis ſolu.creditore volente. Iſta
nō placet:vt dicam infrà. Alio modo,ꝙ ſolutio fuit
facta particularis creditore inuito : quia cum quili-
bet eſſet ſoluendo, poterat per beneficium epiſto-
læ petere diuiſionem:ideò creditor cogebatur ad-
mittere particularem ſolutionē pro fideiuſſore . &
h iſta eſt vera.¶ Vlterius opp.[h] ſi vnus fideiuſſor eſt
liberatus,creditor alteri fideiuſſori, qui reman ſit in
obligatione,non poterit actionem cedere , ſecundū
qđ teneť:vt.l.vt fideiuſſor.&.l.cū is.de fideiu.&ſic
p conſequentiā alter videť liberatus:vt.l.Stichum.§.
pe.j.eo. Sol.illud verū quādo creditor non pōt cede
re actionem facto ſuo:ſecus ſi facto debitoris eo inui
to:vt hîc.ita intelligit gl.hūc.§.ſ.ti.ij.in.l.ſi ſtipula-
tus.§.fi.in fi.gl.magnæ.& ideo nō procedit illa ſolu
1 tio,ꝙ hoc cōtingit volūtate creditoris.† Itē nō ꝓce-
deret iſte.§. qn̄ fideiuſſores nō haberēt beneficium
diuiſionis:vel qa alter non eſſet ſoluendo:vel quia eſ
ſet illi beneficio renuntiatum:quia tunc particularis
ſolutio non admitteretur inuito creditore.

Imperator. ¶ Iſte.§.diuidiť in duas par
tes : quia primò loquitur in
pecunia redacta ex vēditione pignoris.Secūdò in pe
cunia ſoluta.Secunda ibi:ſed ſi fortè. Item quælibet
pars diuidiť in alias.ij.particulas:vt patet in text. vi-
de tex.ibi nō habebunť. Et dic imo cedere debet pri
us in vſuras naturaliter,& ciuiliter debitas: vel in ſor
tem,nō in vſuram debitam naturaliter tantū.¶ Op.
quòd ſolutio cedat in diuerſas cauſas vſurarum pro
rata:vt.j.eo.l.pupilli.§.penult.Solutio. hîc ſummæ
debiti principalis erāt æquales:licet ſummę de vſur.
diuerſæ.Ibi non erant ęquales ſummæ debiti princi
palis.ita intelligit dominus Oldra.licet gl.nō ſoluat.
¶ Item op.de.l.ſi finita.§.cum autem.ſ.de dam. in-
fec. Sol.illa magis cōcordat,quàm diſcordat. Et qua-
liter intelligatur verbū æqualiter,dic vt ibi. ¶ Ter-
tiò oppo.j.l.Paulus.Sol. hic loquitur quando credi-
tor non elegit,quod poterat:vt.l.contra. ¶ Vltimò
tene,menti hunc.§.in fi.qui diſtinguit.l.j.C.eo. &.l.
ſi vſuras.C.de vſur.

SVMMARIVM.

1 *Ordo non attenditur,quando mens diſponentis eſt certa.*

Apud Marcellum. ¶ Quando
mens legis
eſt certa,de ordine non curatur. hoc dicit. ¶ Nota
1 text.in.l.nec enim. ¶ Vide gloſſ.†quæ incipit nota
ordinem.In fin.gloſſ.dic ſecundum Dyn . Solutio.
vbi certa eſt intentio diſponentis,vel iuris commu-
nis,non attenditur ordo:vt hîc.&.ſ.de lega.ij.l.cùm
pater.§.fidei tuæ.aliâs ſecus:vt in contrarijs . Tu dic
latius,vt dixi tibi.in.l.ſecunda.§.ſi prius.de vulg.&
pupil.ſub.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa grauior dicitur famoſa: & quod debetur ex inſtru-
mento gnarentigiato,dicitur deberi ex cauſa grauiori.*

LEX VII.

SI quid ex famoſa.[i]

1 Not.† quòd illa dicitur cauſa grauior,quæ

a POMATES. ¶ Quæro qualiter. Qualiter intelligatur in re præ
ſenti.vide quod not. Bar.in.l.ab hoſtibus.§.j.ſ.ex quib.cau.ma.
b ¶ Pro perfecto.Sed Bar.in..l.in bonæfidei.C.de pac.tenet contrarium,&
ibi dixi.& adde Barto.in.l.iuriſgentium.§.qui imo.in fi.ſuprà de pact.Et
de hac dictione incontinenti.& vide gloſſ.& Barto.& quod dixi in.l.iij.§.
cum igitur.ſ.de vi
& vi ar. Adde de
dictione inconti-
nenti.Bald. cōſil.
ccclix.iij.lib.

POMATES.
c ¶ Itē pono. No.
ꝙ creditor cū eli-
get, debet eligere
pręſente debitore
& per hoc poteſt
decidi, ꝙ cum le-
gatarius eligit: eli
gere debet pręſen
te hærede, vel eo
citato : cum in re
legata videatur eſ
ſe creditor. quod
ſub dubio reliqt
l.ſcyphi.ſuprà de
op.lega. vbi vide
omnino.
d ¶ Item oppo.de
hac materia, vide
vnū bonum ver-
bum,per Bald.in
l.j.C.eod.hîc alle.
& vide tex.no.&
ibi Bartol,in.l.ſi
ex pluribus. §. j.
in fin.j.eo.& in.l.
cum ex pluribus
j.eo.vbi plenè.

POMATES.
e ¶ Vltimò nota.
No.tex.notabilē
ꝙ in dubio quis
videtur cōtrahere
nomine proprio.
vide.l. poſt mor-
tem.& ibi Barto.
quādo ex fac.tut.
Bar.in.l.j.§. nun-
tiatio.de ope. no.
nuntia. gloſ. in.l.
ſciendum.§.tuto-
res.c.qui ſatiſ.co.
f ¶ Suo nomine fa-
cere. An præſu-
matur quis magis
ſuo nomine face-
re,q̄ alieno? vide
Bartol.in. l. poſt
dotē.in.iij. &. vj.
lectu.Dyn. ſuprà
ſoluto matri.& p
Barto.in.l.j.§. nū
tiatio.ſuprà de o-
pe.no. nuntiatio.
Et quando quis
dicatur magis ſuo
nomine ſoluere,
quàm alieno : vi-
de Barto.in. l.ſi pœnæ.ſuprà de conditio.indebi.& limita:vt per Barto.in
l.mater.in ver.extra gl.de rei vendicatio.& ibi vide Bal.in fine. an & quā-
do quis vendit rem meam,videatur vendere nomine proprio.Adde his vl
timis verbis Pau.de caſt.conſi.cxxxvj.
g ¶ Si duos. Hîc.§.legitur hîc,non eſt alibi ſecundum Bald.in. l. pro hære-
ditarijs.in.j.columna.C.de hæred.act. ꝙ licet quis non poſsit cogere credi-
torem ad recipiendum partem:tamen fallit quando quis dediſſet duos fi-
deiuſſores non inſolidum:quo caſu licet debitor eius nomine, non poſsit
ſoluere partem:tamen poterit nomine fideiuſſoris.Ita Bal.in.l.acceptā. C.
de vſur.in.vij.oppo.aľs viij.col.Imo.in.l.ſi ſtipulatus.§.j.j.eo.
h ¶ Vlteriꝰ op.vide qđ dixi poſt Bar.in.l.ex duobus.in.j.co.ſ.de duo. reis.
i ¶ Famoſa.Adde & intellige,qn̄ non inſurgunt cōtrariæ diuerſæ actiones.

ſed vbi ex vna cauſa inſurgũt diuerſæ actiões, quarũ vna ſit famoſa, alia nõ, intelligitur ſoluere ex illa, quæ non ſit famoſa: vt voluit Spe. & Io. an. in ti. de act. ſeu pe. §. ſequitur. ver. quòd ſi ille ſatiſfecit.

a ¶ Qui decẽ. Limita iſtũ tex. in caſu. d. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Titius. de ver. ob. & no. Bar. in. l. ſtipulationes non diuidunt. in. ij. q. ſ. de ver. obl. Itẽ dũ litera dicit ſolutione partis cõtingere liberationẽ: limita hoc verũ, ſi ſtipulor Stichum dari: ſecus ſi ſtipulor Stichum mihi tradi, vel reſtitui: qa ſolutiõe partis nõ contingit liberatio. Ita Bart. in. l. ſtipulationes non diuidũtur. in. viij. opp. ſ. de ver. ob. & idem tenet in. l. ſi duo, ſ. depoſiti.

b ¶ Eſt alienare. ad de Bart. in. l. iij. ſ. ſol. ma. vbi allegauit alium tex. Idẽ dicit in trãſactione ꝑ ea, quæ not. in. l. j. C. ſi aduerſ. tranſac. Idẽ in renuntiatione, vt in l. magis puto. §. fundum. ff. de rebus eorum.

POMATES.

c ¶ Secũdò quero. An cõiunctæ pſonæ poſsint recipe ſolutionem? vide tex. ſin. in. l. filiæ. j. eo. & Mod. in. l. iij. ſ. ſol. ma. Ang. in. l. ſi procurator ſ. de procu.

d ¶ An cõiunctis ꝑſonis. Hoc etiam firmat Bart. ꝑ illũ text. in. l. nõ ſolũ. ſ. ſo. ma. & licet nõ poſſet ei ſolui, tñ poterit impetrare cõtra debitorẽ, vt res debita ſeqſtret. Ita dicit Ia. de are. in. l. ſinaũt. in prin. ſ. de neg. geſt. alle. in arg. l. ſi reus paratus. ſ. de ꝓcur. Bald. ibi referens Gul. de cu. reprehẽdit Ia. de Are. & dicit, ꝙ d. l. ſi reus. non ꝓbat: qa loquitur ĩ debitore ſpõte offerente. Vnde putat contrariũ. per regulam. l. j. C. de ꝓhi. ſeque. pecu. niſi debitor eſſet ſuſpectus: qa tunc ꝓcedit dictũ Iac. de Are. arg. d. l. fideiuſſor. §. fi. ſ. q ſatiſ. cog. & l. Imperatores. in fin. j. de ap. qa tunc magis dicit agere, q̃ ſibi ſolui. Ad qđ vide, qđ ſcripſi in

eſt famoſa. & ideo ſi eſt aliquod debitũ, quo non ſoluto, quis incideret in excõmunicationẽ ex conſtitutione epiſcopi: illa diceretur cauſa grauior. Itẽ illud quod eſt debitum ex inſtrumento, quod habeat paratam executionem, dicitur deberi ex cauſa grauiori, quàm illud, quod debetur per libellum, vt hîc prout loquitur de cauſa iudicati. quod tene menti.

LEX VIII.

Illud. ¶ Quæro, quid ſi vna ſumma eſt maior altera? glo. dicit non eſſe curandum: vt. l. ſi in duabus. j. de reg. iur. Tu dicas hîc, vt dicam in. l. ſi pupilli. §. penulti. j. eod.

LEX IX.

Si ſtipulatus. ¶ Si ſeruꝰ eſt adiectus, nõ poteſt ſolui domino. h. d. Et rõ huius eſt: quia ſeruus adijcitur ad ſimplex factum ſolutionis recipiendæ; ideo nõ tranſit in dominum: vt. l. qui hæredi. in princ. ſ. de condi. & demon.

Qui decem. [a] In obligatione quantitatis, vel ſpeciei certæ, ſolutio partis liberat à parte; ſecus in obligatiõe generis: niſi in eadẽ reliqua pars ſoluatur. hoc dicit. Not. tex. ibi, deniq; homo &c. ¶ Opponitur ad principium, quòd non admittatur ſolutio partis: vt. l. tutor. §. lucius. ſupra de vſuris. Solutio. verum eſt creditore inuito, ſed hic volens recipit. ¶ Item oppo. quando deficit aliquid in re debita, non contingit liberatio: vt l. Iulianus. §. j. ſupra de verborum obliga. Solu. hîc pars rei erat ſoluta perfectè: ideo in illa parte contingit liberatio. Sed in. l. cõtraria tota res erat ſoluta imperfectè. ideo poteſt peti tota res. ¶ Tertiò oppo. quòd totus homo peti non poſsit, imo obligatio ſit in pendenti: vt. l. ij. §. j. ſ. de verborũ obligatio. & ibi not. Solutio. vt ibi plenè dixi. & ibi examinaui bene materiam huius. §.

LEX X.

Quod ſtipulatus. ¶ Not. ꝙ adiectus nullo mõ põt liberare: niſi recipiendo ſolutionẽ: vt hîc. & l. cui rectè. ſ. tit. j.

LEX XI.

Si ſtipulatus. ¶ In ſolutione q̃ ad commodũ pupilli non cedit, tutoris authoritas non requiritur. h. d. ¶ Opponitur. j. eo. l. pupillo. Sol. ibi pupillus erat creditor: ideo non poteſt ſibi ſolui ſine tutoris authoritate: qa reum liberare nõ poteſt ſine tutoris authoritate: ſed erat adiectus non creditor. ¶ Ad hoc opponitur: quia etiam quando non eſt creditor, requiritur tutoris authoritas: vt. j. eodem. lege, ſi ſeruus decem dare. coniuncta. l. ſi quis ſub conditione. ſ. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. Solutio. licet ibi non eſſet creditor: tamen ſolutio ſibi facta debebat cedere ad eius commodum: ideo tutoris authoritas requiritur: vt non perdat pecuniã. hîc ſolutio cedebat ad commodum alterius: ideo dicerẽ ſi eſſet adiectus ad ſui pupilli commodum, requirit tutoris authoritas. ¶ Quærit glo. de quo pupillo loquatur? dicit gl. de proximo pubertati. ¶ Quæro, vtrũ tutori poſsit ſolui? habes hoc in. l. Stichum. §. vſumfructum. j. eo. dic. vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Procurator omnium bonorum poteſt ſolutionem recipere.*
Procurator omnium bonorum ſine libera, non poteſt alienare.
2 *Coniunctæ perſonæ, quæ poteſt ſine mandato agere, ſolui non poteſt.*

d. l. nõ ſolũ. ſol. mat. vbi limito, qđ dicit hîc Bar. Et ad Bar. hîc adde no. l. q aliena. §. q̃ꝙ. ſ. de ne. ge. vide. l. iij. §. j. j. iu. ſo. & ibi Bar. Idẽ dicas de affine, ꝑ l. cũ maritũ. C. de ſol. cõiuncta. l. maritus. C. de procu. cũ ibi no. Poſſet etiã hæc regula limitari: vt nota. in prĩ. d. l. patri ꝓ filio. videlicet, ſi ſua intereſſet: licet videatur cõtra. d. l. nõ ſolum. ſ. ſol. matri. Et ad materiã adde Bar. in. l. j. C. de procu. & vltra prædicta ad de Bar. ꝑ illum tex. ſequentẽ opi. Bar. in. l. filius. C. de pac. & Ang. in l. itẽ magiſtri. ff. eod. Item poſſet fortè dicta regula limitari in coniũcta perſona furioſi: quia tũc coniũcta perſona põt facere ea q̃ requirũt ſpeciale mandatũ l. iij. cum ibi not. ſo. ma. & videtur tex. in. d. l. patri ꝓ filio. ſ. de mino. & quia filia tua non põt contradicere. & idẽ pro cõiuncto minore, vel ꝓdigo. ꝑ. d. l. patri ꝓ filio. Et ꝙ coniunctæ pſonæ nõ poſsit ſolui regulariter, eſt text. & ibi Bal. in. d. l. cum maritũ. C. de ſol. & vide Guid. no. & Bald. in. d. l. fin aũt. in princ. ſ. de ne. geſt. & Bal. in l. j. quibus res iudi. nõ nocet. vide per Angel. hîc. & Imo. videlicet, an cum cautione de rato debeat ſibi ſolui. Item ꝙ cõiunctæ pſonæ nõ poſsit ſolui, tenet Spec. in ti. de coniũcta perſona. in prin. in ver. an cõiunctæ perſonę. ꝑ l. j. in prĩ. cum ſe. ſ. vt le. no. caue. & dũ allegaui. l. filiæ adde. l. ſi cũ filio. in. §. j. ſecundũ intellectũ docto. ſ. de cõpẽ. qđ no.

e ¶ Tanq̃ coniunctæ pſonę. nõ aũt debet dicere tãq̃ procuratori talis. ſecundum Bal. & do. Benedictũ in l. j. C. de procura.

POMATES.

f ¶ Non procederet. Vide Areti. conſi. cxxxvij. colũ. ij. & Alexã. iiij. colum. ij. volu. ij. vbi hoc ſequitur, &. xxxvij. col. j. vol. iij. vbi loquitur in matre.

Formã libelli, quando aliquis ãgit coniunctorio nomine circa hanc formam. uide tu, quæ ponit dominus Maria ſoci. in capit. primo, de libel. obla. articulo. vij. quæſtio. xv.
3 *Adiectus, an uideatur habere mandatum? remiſsiuè:*

LEX XII.

Vero procuratori. ¶ Hæc eſt bona lex. & ponit in princi. duo dicta. & incipit Iuriſconſultus tractare cui ſolui poſsit, & ponit multũ clarè. ¶ Quæro, dicitur hîc, ꝙ ꝓcuratori omnium bonorum po-
1 teſt ſolui. ¶ Quero, † an requiratur, ꝙ habeat liberã? glo. dicit, ꝙ non per. l. alleg. in ea. Vide eam, quæ incipit, & libera, ſecundum quoſdam. & c. Aduerte: & alij dicunt contra: quorum opi. tangit glo. in princi.
b Nam recipere ſolutionem eſt alienare: [b] vt inſti. qui. alien. licet, vel non. § nunc admonendi. Sed procurator omnium bonorum, non poteſt alienare, niſi habeat liberam: vt. l. procurator. cui generaliter libera. & l. procurator totorum. & l. mandato generali. ſ. de procu. ergo & c. Reſpon. ꝙ hæc alienatio fauore liberationis eſt admiſſa: vt. l. eius, qui in prouincia. ſ.
2 ſ. ſi cer. peta. ¶ † Secundo quæro [c], an coniunctis per
c ſonis [d], qui poſſunt agere ſine mãdato, ꝓpoſsit ſolui?
d dicit gl. quòd non: vt. l. iij. § . ſed & ſi fortè ex liberis. j. iudi. ſolui. Iſta ſolutio eſt veriſsima. & eſt caſus in l. ij. ſ. vt leg. no. ca. & ſ. ſol. ma. l. iij. & l. qui hominẽ. §. ſi gener. j. eod. tit. Et ex hoc debes perpendere formationem libelli, quando quis agit tanq̃ coniuncta perſona. Nam concludet hoc modo. Peto eum con-
e demnari mihi, tanq̃ coniunctæ [e] perſonæ talis ad dãdum, & ſoluendum illi, pro quo agit: vel alteri pro eo legitimè recipienti. nã ſi dicere peto eũ cõdẽnari
f ad dãdũ mihi cõiunctę pſonę, nõ ꝓcederet [f]: & hoc tãgã in. l. hoc iure. j. e. ¶ Vlterius iſte verſi. interdũ. vi
3 detur cõtra eos, qui dicunt, quòd adiectus † videt habere mandatum: licet ſit abſens. Nam hîc apparet, ꝙ non eſt procurator. & ſic non habet mandatum. de quo dic: vt. l. Iulia. §. j. ſ. de ver. obli.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum poteſt reuocari: ſed facultas ſoluendi adiecto, non: niſi eius conditio ſit mutata. nu. 3.*
2 *Mandans tibi, quòd Titio ſoluas: ſi prohibeo te præſente, Titium accipere: uideor prohibere, ne tu ſoluas.*

Sed & ſi quis. ¶ Hîc ponũtur etiam alij duo caſus. & hoc dicit.
1 Mandatum † poteſt reuocari: ſed non facultas ſoluen
2 di adiecto. hoc dicit. ¶ † No. vnum, ꝙ ſi mandauero tibi, quòd Titio ſoluas, non eſt neceſſe, ꝙ ego prohibeam te, ne ei ſoluas; ſed ſufficit, quod prohibeam Titium accipere te ſciente. Nam ex hoc videor prohibere, ne tu ſoluas. ¶ Contra hoc oppo. ꝙ ſcientia debitoris nõ requiratur: vt. l. ſi pater. ſ. de manu. vin. Sol. vt ibi per Dy. & Cyn. C. man. l. mandatum. licet glo. non ſol. ¶ Oppo. & videtur, quòd poſsit prohiberi, ne ſoluatur adiecto: vt. l. cum quis. j. eod. & l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. j. eodem. Sol.
3 hoc, quod † hîc dicitur, fallit, ſi conditio primi adiecti ſit mutata: vel lis ſit conteſtata: vt in contrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio quando mandato comparetur?*
2 *Ratihabitio ſequens quo ad liberandum ſoluentem, ſufficit.*
3 *Legatum quod incipit à præcedenti conditione negatiua, ſtatim committitur: cum quis eſt in mora faciendi: nec ſpectatur, quòd deſinat poſſe fieri, uel non.*

Sed & ſi non vero. ¶ Oppo. de l. quid ergo. in princi. de his, qui notan. infami. gloſſ. non ſoluit. Tu dic:

1 Tu† dic: quandoq; est limitatum tempus certum, in quo debet certus fieri: tunc in illo tẽpore debet haberi ratũ: aliàs non valet: vt. d. l. quid ergo, & l. obligari. §. tutor. ff. de autho. tut. Quandoq; est determinatum certũ tẽpus intra qđ debet aliquid fieri: & tunc quandocũq; potest haberi ratum, dũ tamen intra illud tempus ratum habeatur: vt. l. bonorũ. j. rem ra. habe. & l. si quis alicui. ff. de acquir. hære. Quandoq; nullũ tempus est determinatum & tunc procedit ista regula ratihabitionẽ retrotrahi: & mandato cõparari: quam declara prout Dy. in. c. ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari, quam declara prout declarat Dy. in. c. ratihabitio. extra de reg. iu. li. vj. & Cy. in. l. vlt. C. ad Mace. ¶ Vlterius dicitur hîc, ꝙ ratum habere debet dominus, cum primùm certior factus est: imo videtur, ꝙ quandocunq; ratihabitio sequitur, inducatur liberatio: vt. l. dispensatorem. j. eod. Solut.
a quantum[a] ad liberandum † soluentem, sufficeret sequens ratihabitio: sed
2 quãtum ad hoc ne committattur stipulatio de rato, loquitur hic. quod dic, vt dicam in. d. l. dispensatorem ¶ Item dicitur: sicut in legato, cum de repellendo quæreretur &c. Quid hoc est dictum? gloss. ponit duas principales lect. prima, ꝙ intelligatur de legato relicto à testatore: & sic neutraliter. Secunda, quòd loquatur de legato misso ab aliqua ciuitate. Primus intellectus subdiuiditur in duas: quia potest intelligi de legato repellendo, id est, de repellendo legatario à petitione pœnæ, in quam primum legatum transfunditur: vt. l. j. §. item si ita. ff. ad leg. falcidiam. Vel dic, de repellendo legato, idest, de repellendo legatario à petitione legati sibi facti, & translati in alium, si ipse non accepit: vt. l. iij. §. si quis Titio. ff. de adi. lega. Alij dicũt, quòd hic debet intelligi de legato repellendo: idest, repudiando. q. d. quis legatum debet repudiare statim, cum sciuit: aliàs videtur agnoscere. argu. ff. de le. j. l. si fundum sub conditione. §. si Titius. Sed hoc non placet. Nõ enĩ videtur agnoscere, nisi aliquem actum faciat, qui non potest fieri citra ius, & nomen legatarij: vt. l. pro hærede. §. Papi. ff. de acqui. hære. coniuncta. l.
b si quis ita. cum sua gloss. ff. de cond. insti. ¶ Not. ergo[b] secundum primam
3 lect. † quam posui hic, super isto versi. quòd hic est casus, quòd legatum, quod incipit à præcedenti conditione negatiua, statim committitur, cum quis est in mora faciendi, nec expectatur, ꝙ desinat posse dari, vel fieri. & est hoc generale in hoc legato, non solùm in pœna, vt hic. & l. si peculium. in fi. ff. de testa. libe. licet aliter quidam dicant: vt plenè dixi in. l. ita stipulatus. ff. de verb. ob. Item allegat tua gloss. ad ponendum exemplum hic. l. si hæreditatem. §. j. ff. manda. quæ nihil facit, secũdùm Ia. de are. Alia lect. est, ꝙ hic loquatur in legato misso ab vna ciuitate: quæ lect. est clara. vide glos. quæ ĩcipit neutraliter. ¶ Venio ad. l. ꝙ si fortè. hic dicitur, quòd competit condictio, vel præscrip. verb. actio. vt fiat, quod est promissum: vel condictio ob causam. l. si procuratori falso. suprà de condi. ob causam. non habetis hîc alia.

SVMMARIVM.

1 Administratio uni concessa, quando denegata uideatur alijs?
Tutores honorarij, dicuntur dati causa honoris sui.
2 Tutores honorarij, non coguntur administrare, possunt tamen si uolunt.
3 Tutori accusato de suspecto, est interdicta administratio.
4 Cautela, ut tutor impediatur administrare.
5 Administratio, quòd non sit interdicta tutori postulato suspecto, quando est coniunctus, sed datur ei adiunctus.
Prælato postulato suspecto, non interdicitur administratio: sed datur ei adiunctus.

LEX XIIII.

Quod si forte.

c Sunt quidam. ¶ Hic est valde magistralis. §.[c] ¶ Oppoñ. de. l. & si pluribus. ff. de
1 autho. tuto. Solu. † quandoq; vni conceditur administratio, ita ꝙ ipse solus administrat, & non alij: & tunc alijs videtur interdicta administratio. Qñq; vni conceditur administratio, & per hoc non videtur interdicta alijs administratio, vt hic. & plenius distinguitur in. l. contra. dic vt ibi. Item dicitur
2 hîc, tutores honorarij. ¶ Quæro, qui sunt † isti tutores honorarij? dicit gl. qui sunt dati causa honoris sui. Alij dicunt, dati à prætore, sicut dicitur ius honorarium, ius prætorium: ita isti vocantur tutores honorarij. Glo. tenet primam, ꝙ honorarij dicuntur honoris sui causa. Quod intellige sui, hoc est, pupilli. Ita intelligit glos. in. l. iure nostro. §. j. ff. de te. tut. & illa verior.
3 ¶ Quæro † secundò, quid possunt facere isti tutores honorarij? dicit gloss. non coguntur administrare, possunt tamen si volunt: vt hic. & l. iij. §. si pa-
4 rens. & §. tantumdem. ff. de admi. tu. ¶ Quæro † dicitur hic, & tene menti, ꝙ ei, qui est postulatus suspectus, est interdicta administratio: & alle. glo. concor. quæ reperiuntur in. l. eum quem. C. de suspe. tut. & insti. e. §. si qs. Et hoc faciunt maliciosi aduocati: quia quando volunt impedire tutorem administrare, faciunt eum accusari de suspecto. Nam interim pendente cã
5 de suspicione, non potest administrare. ¶ † Quero vtrum[d] hoc sit verũ sim
d pliciter, qđ ei, qui est postulatus suspectus, sit interdicta admi. glo. dicit, ꝙ sic. & dicunt idem in prælato, vt no. in. d. §. si quis. institu. de suspe. tut. Sed tex. habemus in contrarium, extra de offic. deleg. c. venerabili. vbi dicitur, ꝙ adiungitur sibi alius, cum quo administret. Ratio huius potest esse: quia prelatus per suspicionem etiam probatam non remouetur, sed alius sibi adiungitur: vt in. c. licet Heli. extra de simo. meritò interim nõ debet sibi administratio interdici. Et ideo dico, ꝙ si est talis tutor, qui accusatur suspectus, qui propter suspicionem etiam probatam nõ debet remoueri, sed debet alius adiungi sibi: vt puta, si est coniuncta persona: vt. l. si tutor aliquo. ff. de suspect. tut. secundum distinctionem ibi positam: tunc non esset sibi interdicta administratio pendente lite: sed deberet sibi alius adiungi, ne sit deterioris cõditionis, qui est in casu dubij, quàm qui est in casu certi: vt. l. ordinata. de lib. causa.

SVMMARIVM.

1 Tutoris præsentia, an requiratur, quando curator substituitur in locum eius remißiuè.
2 Præsentia pupilli requiritur, quando curator in locum tutoris substituitur. & ipse petit.
3 Tutori solui non potest, quando sibi est datus substitutus.
4 Procurator substituens alium, non põt amplius gerere.
Cautela, ut procurator substituens, poßit eam gerere.
Curatori pupilli potest solui.

Quid ergo si ei. ¶ Not. text. ibi, si modò non est alius &c. Item no. tex. in versi. curatori. ibi. sed & pupilli.
1 &c. & tene menti hunc casum. ¶ Quæro, hîc dicit, ꝙ curator substituitur in locum tutoris: quæro, vtrũ
a ad hoc requiratur præsentia tutoris? gloss. dicit, ꝙ sic: vt. l. curator. ff. de tu. & cu. dat. ab his. Tu dic me-
2 lius: vt ibi no. ¶ † Quæro, vtrũ requiratur[e] præsentia
e pupilli? gl. dicit, ꝙ sic: quia ipsemet debet sibi petere & sic debet esse maior infante. alle. glo. l. ij. suprà qui pe. tut. meliorem tex. habetis in. l. qui habet. §. si pupill[us]. ff. de tu. ¶ Vlterius no. ꝙ postq; est aliquis substitutus in locum tutoris, non potest tutori solui: sicut si procurator, qui habet mandatum ad substituẽdum procuratorem, substituit, pcuratorem, ipse, pcurator substituens, nõ potest amplius gerere, & desinit esse procurator, vt hîc est casus in. c. is qui. extra de procu. li. vj. Et ideo cautela est, quòd in mandato ponantur ista verba, ꝙ possit substituere, & etiam cum substituo remaneat procurator. Ideò forsan
b si dicitur in mandato ꝙ possit substituere semel, & pluries. Nã per hoc ꝙ dicit pluries, vr̃ velle constituens, ꝙ procurator substituendo, non desinat esse
4 procurator. ¶ Vltimò no. † ꝙ curatori pupilli, potest solui: vt hîc, in ver. curatori. in fi. qđ tene mẽti.
f Pupillum.[f] ¶ Oppo. dicitur hîc. sed si dederit. per quod innuitur translatum dominium. Posteà sequitur vendicari poterunt. & sic cõtradicit sibi. Sol. expone dederit. idest
c tradiderit. ¶ Secundò op. de. l. interdũ. de condi. inde. Sol. ibi soluit pupillus tantum debitum naturale: hîc soluit debitum ciuile. & ista vera. de hoc dic, vt
d ibi no. & l. ij. si aduer. sol.

SVMMARIVM.

1 Dominium pecuniæ solutæ, statim effecitur accipientis, licet liberatio contingat uerè tempore existentis conditionis.
2 Lex fingere super impoßibili quando poßit?
3 Fictiones duæ poßunt simul concurrere, quando una uenit in consequentiam alterius, uel concurrunt circa diuersa, uel ex diuersis fontibus oriantur?
4 No. in. l. antepe. C. de dona. inter uirum & uxorem. qualiter intelligantur.
5 Dispositio huius. l. quòd q fingatur retro liberatus, quãdo habeat locum in debitore conditionali?
6 Vtilitas resurgens ex hoc, quod aliquis fingatur retro liberatus.
7 Paulianæ, aut cõmuni diuid. in casibus, quis liberatus retro non fingitur, quando locus sit?
8 Dictio ut, iuncta cum dictione si, uel cum ablatiuis absolutis: facit conditionem.
9 Traditio sine causa transfert titulum pro suo.
10 Conditio apposita, quando impediat translatiõem dominij.

LEX XVI.

Sub conditione. ¶ Ista. l. ẽ multum
g subtilis[g]. Debitor conditionalis solutione vera vel ficta, tunc liberatur verè, quãdo cõditio extiterit: retro tñ fingit liberatus. h. d. & diuidit in duas partes. Primò loquit in vera solutiõe: secũdò in acceptilatiõe. ¶ No. ꝙ retro fingit qs liberatus. ¶ Secũ-
1 dò no. ꝙ dñium pecuniæ statim effici accipientis: licet liberatio cõtingat verè, tẽpore cõditiõis existẽ

a ¶ Sol. quantũ no. j. quantũ tempus qs debeat ratum habere. & dicit Bal. in. l. si tutor. C. in q. cau. in integ. resti. per illũ tex. ꝙ dictũ tẽp[us] à die scientiæ incipit. Adde. j. quantũ tempus debeat quis ratũ habere, Fed. de Se. consil. ccxxxviij.

POMATES.

b ¶ Not. ergo. No. legatũ, quod incipit à cõditione negatiua cõmittitur statim, cũ qs est in mora. vide bar. in. l. j. §. item si ita ff. ad. l. fal.

c ¶ Sunt qdã. magistralis. §. Bal. in. l. j. in. §. vbi aũt. C. de cadu. tollẽ. allegat istam. l.

d ¶ Quæro vtrum Sed Bal. in. l. eum quẽ. post Bart. C. de suspec. tuto. in distinctè tenet, ꝙ ipso iure administratio tutori accusato de suspecto sit interdicta. & vide Pe. de Ancha. in. c. omnipotens de accusa. in versi. quid in eo, qui est certus de crimie.

e ¶ Quæro ergo vtrũ requiritur. vide qđ legi. & no. in. l. illud. de tut. & cura. da. ab his.

f ¶ Pupillum. Iste §. non habet locũ in adulto, secũdũ gl. no. in. l. j. §. fuit quæsitum. ad trebelli.

g ¶ Multũ subtilis. vide, ꝙ per istã. l. decidit Bal. ad pulchrã. q. in. l. inter stipulantem. §. sacrã. de verb. obli. & in. l. contraria.

a ¶ Retro liberatus. vide Alexan. cõsil. cxvij. vol. v. vbi idem dicit in ratihabitione, & ibi etiã est appel. quæ dicit no. vnũ singularẽ intellectum ad. l. fin. §. si cert. peta.

b ¶ L. sequens qõ. Adde gl. in. l. talis scriptura. ff. de le. j. & ibi Imo. dicit ꝙ videt̃ posse defensari opi. gl. d. l. sequẽs qõ. qa non vr̃, qđ ẽt quo ad fructus trahi possit retro cũ iudice tur. malę fidei pos. qa iure prohibente acceptauit donationẽ. l. si vxor filio. de don. inter vir. & vxor. & iure ꝓhibẽte nõ pt possessor fructus suos facere. l. q scit §. fin. de vsu. vnde videtur, ꝙ nõ posset trahi retro quo ad fructus ꝓpter iuris prohibitionem: sic nec trahitur retro quo ad dñium ꝓpter iuris ꝓhibitiõem. Sed tamẽ secũdũ eundẽ põt dici, ꝙ trahat̃ retro, quo ad vtrũq;: qa in fictione translatiua de tpe in tp̃s, sufficit extremum ter minũ à quo, etiã in essentia, & extremum ad quod in potentia: vt est videre in fictione l. Corneliæ: qa fingit mortuũ apud hostes, fuisse mortuum prima hora captiuitatis: vt in l. si is qui pro emptore: per Bart. §. de vsuca. Et ideo licet dñiũ nõ fuerit trãslatũ ab ipo initio, istud propterea erat: qa ius ꝓhibebat: qa potuisset etiã statuere oppositum. vñ sufficit, quòd potuerit ex iuris dispositione trãsire dñiũ. Videtur autem hoc ius velle, ꝙ adueniẽte cõditione cõfirmetur donatio ꝑ mortẽ donãtis: & ex nũc censeatur res ipsius donatarij: retro etiam fingitur ipsius fuisse: sicut etiã si alicui daret̃ fun

tis. ¶ Op. ille, qui non est obligatus, non põt liberari: vt. l. decẽ. §. de ver. obl. & l. quoties. §. ti. j. & l. qđ in diem. j. de accep. sol. dicit gl. fateor, ꝙ verè liberat̃ tempore existẽtis conditiõis, ante non põt liberari quia non erat obligatus, sed fingitur retro liberatus. Ita loquit̃ iste tex. & secundũ hoc nõ cõtradicit sibi primus casus cum secũdo. Nam in primo loquit̃ secundum fictionẽ: in secundo loquit̃ secundũ veritatẽ: vt apparet ex litera. Et rõ huius fictionis est: quia quis fingit̃ retro obligatus: vt. l. potior. in prin. & l. q balneũ. §. qui po. in pig. ha. eadẽ rõne fingitur retro liberatus. ¶ Sed cõtra hoc op. fingitur impossibile, ꝙ quis fuerit obligatus, & liberatus illo tp̃e, quo nõ erat. glo. fatet̃ istud, ꝙ fingit̃ impossibile circa finem primæ gl. Istud non vr̃ verũ. Nam. l. non põt fingere impossibile: vt. l. si pater. in fi. & l. seq. §. de adop. & §. loc. l. qui ad certũ. & l. certæ. §. de preca. no. in. l.
2 iij. §. ꝓ so. ¶ Dicẽdum est ergo: † ꝙ lex nõ põt fingere impossibile in suo gñe: vt ꝙ filiꝰ sit antiquior suo pr̃e: vel ꝙ furiosus cõsentiat: vt in contrario, tñ bene potest facere illud, qđ in illo casu particulari, de quo loquimur, non est possibile: vt ꝙ filius Titij sit filius meus. licet hoc non põt esse verũ, tamẽ potest fingi, sed tamen in genere suo est possibile: vt quia tantę ætatis, ꝙ possit filius meus. Dixi plenè in. l. si is qui pro emptore. §. de vsuc. ita in proposito possibile fuit retro quem fuisse obligatũ: erat eñ capax persona obligati. iõ fingitur retro liberatus. ¶ Sed contra
3 hoc op. † secundum hoc duæ fictiones cõcurrũt hîc: qđ vr̃ contra gl. l. j. C. de do. promi. & l. cum post. §. gener. §. de iur. do. Rñde. quando sunt duæ fictiones quarũ vna venit in cõsequẽtiam alterius, bñ possunt cõcurrere: vt insti. quib. mo. ius pa. po. so. §. si ab hostibus. & l. cum duæ. j. de cap. ita hîc ex eo, quod fingitur retro obligatus in cõsequẽtiam, fingitur retro
a liberatus[a]. Vel aliter, istæ duæ fictiones concurruut circa diuersa: vna circa obligationem, & alia circa liberationem. Simile in. l. singularia. §. si cer. pet. Vel aliter, istæ duæ fictiones habẽt originem ex diuersis fontibus: vna eñ causatur fauore creditoris: alia fauore debitoris. Facit qđ habuistis in. l. si seruus com
4 munis Meuij circa prin. gl. de sti. ser. ¶ Subdit † glo. vnum verbum, ꝙ eodem mõ potest intelligi, quod dicitur in. l. antepe. C. de do. inter vi. & vxo. vt fingatur domina fuisse à tempore collatæ donationis in
b eam. Idem no. in. l. sequens quæstio[b]. §. de le. ij. Contra nota. in. l. ij. C. de inoffic. do. & in. d. l. antepe. scilicet quòd illa fictio non procedit nisi quo ad fructus & illæ sunt veræ. ista non. Ratio: quia tempore constantis matrimonij, mulier non potest esse domina rei donatæ: & per consequens nõ põt fingi retro eã fuisse dominam, eo tempore quo est inhabilis. deficit eñ habilitas extremorũ. Ita no. in. l. ij. C. de inof. do. facit. l. quoties. suprà tit. j. & quod ibi dixi vobis.
5 ¶ † Quero, vtrum hoc principium habeat locum in quolibet debitore conditionali? Respondeo non, nisi sit debitor sub conditione casuali. Nam si est debitor sub conditione potestatiua, sicut existente conditione, non fingitur obligatus retro: vt. d. l. potior, vt. l. qui balneum. §. qui po. in pig. ha. & l. ij. eodem tit. Eadem rõne non põt fingi retro liberatus. Idem dico si esset debitor ex causa legati. Nam cum non fingitur retro obligatus: vt. l. si mater. §. eandem. supra de except. rei iudic. & l. j. §. j. ad sil. & dixi in. l. si is qui pro emptore. suprà de vsucap. Eadem ratione
6 non potest fingi retro liberatus. ¶ Quæro, † ad quid est vtilis hęc inuestigatio? vt sciamus vtrum retro fingatur liberatus vel non. dicit glo. propter duo. Primò propter Paulianam actionem reuocatoriam. Secundò propter communicationem pecunię fiẽdam inter creditores missos in possessionem. quod dic, vt
7 in glo. ¶ † Quero, quid in illis casibus in quibus non fingit̃ retro liberatus. vt in conditione potestatiua, vel ex testamento. an erit locus Paulianę, vel cõi diui. innuit glos. ꝙ sic. quod non placet: quia. l. respicit factum: an sit factum in fraudem. & ideo tempus facti debet inspici. vt. l. si minor. §. de ser. expor. & l. j. C. de iure fis. li. x. nisi ponas illud factũ eẽ causa fraudandorum futurorum creditorum. vt no. glos. C. de

do. ante nup. aut̃. sed iam necesse. facit. j. qui & à qui. l. sed si maritus. in fi. ¶ Venio ad secundam partem. dicitur hîc in fi. dominium esse translatum incontinenti. Oppo. conditio apposita suspendit translatio nem dominij in conditionis euentum: vt. l. qui absenti. §. j. de acquiren. pos. hîc dicitur contra: ergo malè. huius timore sunt in glos. plures solu. ꝙ illud quod hic dicitur, an eius pecunia facta est. i. facta fingitur. Ista est contra istũ tex. qui vult expressè, vt añ trãsferatur dñium, quàm liber et̃. Si intelligeres de ficta translatione, eodẽ modo retro fingit̃ liberatus: & sic esset idem in translatione dñij & liberatione. Alij dirũt contra: ꝙ verè statim transfertur dñium tp̃e traditionis, quod in contrario dicitur de tempore existentis conditionis: intellige secundum fictionem. Istud est contra leg. l. contra. Alij dicunt, ꝙ fuit data hic pecunia sub modo. f. per vt: ibi sub conditiõe. & istam tenet Ia. de Are. Nec obst. iste tex. qui dicit ea conditione &c. quia si sequitur posteà dictio vt, per hæc verba non inducitur cõditio, sed modus: vt. l. ij. §. fin. §. de dona. & leg. Meuia. §. de ma. test. sed hoc
8 nõ placet. Nam illud est verum, nisi qñ † cum dictione vt, immiscetur dictio si: quod tunc facit conditionem: vt. d. qui absenti. §. j. Idem si immiscetur dictio vt, cum ablatiuis absolutis: vt. l. si ego. §. j. §. de iure dot. cum ergo hîc dicat, ea conditione: vt si &c. apparet, quòd fuit conditio non modus. Soluit gloss. aliter, quòd hic non fuit adiecta conditio translationi dominij, sed cessioni insolutum: quasi dicat solutio fuit facta simpliciter: sed fuit dictum, quòd cederet in solutum sub conditione. Ista est vera. & hãc tenet Dyn. dominus Oldra. & omnes moder. ¶ Aduerta-
9 tis † contra prædicta op. traditio facta sine causa, non transfert dominium: vt. l. nunq; nuda. §. de acqui. rerum domi. sed hîc pendente conditione, non habet causam, vel titulum: ergo nõ potest transferre dominiũ. Sol. non habet tit. ꝓpriũ, & specialẽ, sed habet titulũ ꝓ suo. Est eñ effectus dñs ꝓpter spẽ futuræ obligationis cõmittendę. & sic habet interim titulũ ꝓ suo: vt. l. ij. §. si qs sub cõditio. ꝓ emp. & l. j. & l. ij. supra pro dote, & hæc vera. ¶ Vlterius oppo. & videtur, quòd conditio apposita titulo impediat translationem dominij: vt. l. si ergo. §. j. §. de iure do. Sol. dicit gloss. hîc fuit soluta pecunia, in qua magis de facili transfertur dominium: ibi verò alia species. Istã reprehendit glo. per. l. ij. §. si pecuniam. suprà de do. tu. sustine eam. Nec ob. §. si pecuniam: quia ibi fuit apposita conditio translationi dominij, nõ titu. speciali. ¶ Itẽ contra prædicta extra gl. op. & videtur, ꝙ simplex traditio dñium non transferat in dubio: vt. l. cum pater. §. pater pluribus. & ibi glo. de leg. ij. Solu. ibi nulla suberat causa legitima re, vel spe, ad transferendum dominium: vt hîc fic. ¶ Item oppo. de. l. si ego. §. fina. suprà de iure dot. vbi causa suberat: & tamen in dubio dominium non videtur transferri. Solu. hîc fauore accipientis suberat causa. Simile vides in deposito: nam in dubio non videtur transferri dominium: licet possibile sit transferri excedendo terminos depositi: vt. l. Lucius. suprà depo.
10 ¶ Reassume † ergo prædicta quando q; apponitur cõditio translationi dñij. Quando q; apponitur titulo, non translationi dominij. Quando non apponitur nec titulo, nec translationi dominij, sed soluitur simpliciter. Primo casu, impeditur translatio dominij: vt. l. qui absenti. §. j. §. de acqui. pos. & l. ij. §. si pecuniam. §. de dona. Secundo casu: aut soluitur pecunia: aut alia res. Si pecunia, non impeditur translatio dominij: vt hîc. Si alia res tunc impeditur: vt. l. si ego §. j. suprà de iure dotium. Tertio casu: aut nulla causa suberat translationi dominij re, vel spe. & in du-
c bio non videtur[c] transferri dominium: sed magis tradi causa custodiæ: vt lege cum pater. §. pater pluribus. suprà de legatis secundo. Aut suberat aliqua causa re, vel spe: & tunc aut illud suberat fauore dantis, aut fauore accipientis. Primo casu, non videtur trãsferri dominium: vt. l. si ego. §. finali. suprà de iure dot. facit supra de posi. l. Lucius. Secundo casu dominium videtur trãsferri in dubio: vt. l. sed nisi. supra de iure dotium & . §. pro dote. l. j. nõ habetis, hîc alia,

Cassius,

dus subꝰ cõditiõe interim non esset eius dominiũ: cũ posset cõditio suspẽdere ipm & possessionẽ. l. qui absenti. §. de acq. pos. & tñ adueniente cõditione incipit & tunc esse suum & retro fuisse situm fingitur. vide Imol. in. d. l. talis scriptura. Adde quod not. Bart. in. d. l. si q ꝓ emptore. in. v. colũ. & adde latè post gl. in. l. j. ff. ꝓ donat. & ꝑ prædicta videt̃ dicẽdũ, ꝙ si mulier, vel vir putauerit donationem valere, trahit̃ retro quo ad fructus: secus si malæfidei essent. Ita probatur in. l. ex annuo. l. j. & ibi not. & in. l. de fructibus. cum ibi no. & in. l. si vxor filio. §. de do. inter vir. & vxo. & in. l. fructus. ff. de vsu. Secunda aũt opi. nullo mõ videtur posse ꝓcedere, ꝑ hîc no. & ꝑ id qđ le. & no. in. d. l. ꝓ emptore. & i. l. cũ pater. §. pr̃ filiæ, de le. ij. Bñ facit. l. si minor. de ser. export. quia vbi lex resistit, nunq; retro trahit̃: ita in l. ista dixit Old. Nec ob. qđ dicit̃ de mala fide ipos. quia isto casu non diceretur donatarius esse in mala fide contra possessorẽ, tanq; l. resistat: qa est falsum & quantũ ad possessorem, saltem tenet donatio: vt in. l. j. §. si vir. ff. de acquir. pos. cũ simili. & ad materiã vide Ange. & Imol. in. l. si filiꝰ. de verb. obl. vltra not. hîc.

c ¶ Non videt̃. An traditio facta simpliciter intelligat̃ facta animo transferendi dñium, ad de Bart. in. l. si cõstante. in princi. §. solu. matri.

LEX XVII.

Cassius. ¶ Oppo.de.l.si quis vxori. §.Iulianus.j.de fur. Sol.competit actio mandati:vt hic.& etiam furti:vt.l.contraria. ¶ Item oppo.de.l.si tibi.s.de dona. Solu.dicit gl.ante, q̄ cōsumat, possum habere ratum ego mandator:vt l.contraria.& proderit mihi. Tu dic, q ratihabitio mandatoris quantum ad liberationem ipsius mandatoris, nil operatur:quia suo nomine non est gestum.sed bene operatur quantum ad commodum mandatarij, qui soluit suo nomine,& in præiudicium mandantis:vt.l.mater.C.de rei vẽdi.& l.si fundus.§.j.s.de pigno.sed.l.si tibi.s.de dona.loquitur in creditore,qui anteqū consumat potest illam pecuniam sibi solutam retinere pro debito domini. ¶ Quæro, dicitur hic,si eos consumpsit sine dolo malo:qd si eos consumpsit dolo malo?Respondeo tunc habentur pro extantibus: vt.l.parem.j.de regu.iuris.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum,uidetur reuocatum per manumißionem.*

LEX XVIII.

Si quis seruo. ¶ Si ad reuocationem mandati sufficit vnum.illud ignorari oportet à debitore soluente:si requiruntur duo, sufficit ignorari vnum vt liberatio competat:licet recipiens scienter furti teneatur.hoc dicit. ¶ †Oppo.q per manumisionem non sit reuocatum mandatum:sicut nec per emancipationem:vt.s.de verborũ obliga.l.eum, qui ita.§.qui sibi. cōiuncta.l.cum quis.in princip.j.eod.& videtur expressum in.l.in eum.§.j.de institu. Quidam fatentur, quòd per manumisionem non videtur reuocatum mandatum. Contrarium est veritas:vt hic,&.j. de furt.l.si is qui rem.§.Iulianus.[a] Non obstat,quod dicitur de emancipatiõe:quia aliud in filio:aliud in liberto.Est enim tanquam coniuncta persona:iõ mandati reuocatio non præsumitur.Non obst.l.in eum.§.j. quia ibi ideo quia apparebat durare domini voluntatem. ¶ Vlterius oppo.[b] dicitur hic,furtum facit domino.contra:imo facit furtum debitori, qui erat dominus pecuniæ:vt.l.si vendidero.§.si Titius.j.de furtis.&.l.si rem.§.finali.s.de præscrip.verb.Solu.dicunt quidam,fateor contrarium.& quod hic dicit,domino furtũ facit,intelligo domino:scilicet pecuniæ,& sic debitori.Alij dicunt,& melius:vt gloss.refert,q debeat inspici quali animo ab initio acceperit:vt in gloss. ¶ Iuxta hoc posset dubitari,qualiter potuit acquiri dominium pecuniæ,per istum cuius mandatum erat reuocatum.dicam.j.eodem.l.cum quis.§.j.

SVMMARIVM.

1 *Dominium per seruum fugitiuum acquiritur,non poßeßio.*
2 *Soluens alteri,de mandato serui,non liberatur ipso iure.*

LEX XIX.

Fugitiuus. ¶ Ista est satis pulchra.l. Solutio facta seruo fugitiuo ab ignorante, eum liberat, si pecunia soluta efficiatur domini.hoc dicit. ¶ Oppoñ.de.l.j.§.sed & per eum.suprà de acquiren.possess.Sol. †per seruum fugitiuum.non acquiritur possessio:vt.l.contraria.sed dominium sic:vt hic.& etiam ibi not. ¶ Item oppo.s.eodem.l.qui hominem.§.si nullo.in fin. §.In gloss.ponuntur plures solu.teneas alteram de duabus. Vna,q ibi sciebat fugitiuum:hic non.Vel aliter.liberatur hic de æquitate, non de rigore.tene quam vis ex istis. ¶ Item oppoñ.de.l. si mandauero.§. fugitiuus.s.manda.dicit gloss.aliud in venditione:vt ibi.aliud in mutuo : vt hic:qd' nõ placet. Dicit qd' l.illa per omnia concordat. & ista vera,si dominus agat mandati,contra eum,cui est facta solutio,mandato serui liberatur debitor: quia dominus agendo viidetur habere ratum.s.de fideiuß.l.si seruus alienus.& ita loquitur primum responsum.l.contrariæ.sed si non agat mandati,non videtur habere ratum.& propterea debitor non liberatur:vt hic.& in.ij.responso.l.contrariæ. Vel dic,secundum Iaco.de Are.q ibi soluebat mandato serui alteri recipienti pro seruo, & procuratorio nomine ipsius serui:ideo videtur soluere ipsi seruo. hic soluebat alteri recipienti pro se ipso,non pro seruo.& hoc etiam tenet Oldra. ¶ Item oppo.de.l.cum fundus.§.seruum tuum imprudens.s.si certum peta.Sol.dico,†q soluens alteri de mandato serui,non liberatur ipso iure:vt hic. sed cedendo actionem domino sic:vt in contrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Debitor soluens rem creditori,quando liberetur?*
2 *Traditione rei uenditæ,cur uendens liberetur: non sic autem in reliquis contractibus?*

LEX XX.

Si rem. ¶ Si res non efficitur perfectè creditoris, debitor nõ liberat.h.d. ¶ Op.de.l.si seruum.§.sed & si sic de ver.ob.Sol.†Aut debetur aliqua res in genere,aut in specie. Si in genere debet fieri accipiẽtis perfectè sine dubio:vt. cum quis.§.qui hominem.j.eod.&.l.qui decem.§.fin.j.eod.l.si à substituto.§.hæres.s.de lega.j.Aut debetur in specie.& tunc aut causa, propter quam potest auocari,præcessit obligationẽ:& liberat soluẽdo eã talẽ,qualis est: vt.d.l.si seruũ.§.sed & si sic.Aut sequitur illa causa obligationem: & tunc nõ liberat:vt hic.Quod intellige,si sequat facto debitoris:vt.d.l.si seruũ.§.j.s.de ver.ob.Itẽ prædicta intellige[c] quando pcedit obligatio ex causa lucratiua:secus si ex causa onerosa,vt ex cã emptionis,& vẽditionis:& tunc indistinctè de euict.tenet.per titu.s.de euict. ¶ Itẽ 2 aduerte.†quia inter venditionem & emptionem,& alios contractus,quibus quis tenetur ad dandum,est hæc differentia:[d] quia in emptione re tradita,quis liberatur:vt no.in aut.sacramenta puberũ.C.si aduersus vendi.& tũc incipit teneri de euictione re euicta vt.l.euicta.s.de euictio.Sed in alijs contractibus nũquam liberatur.nisi ita eã faciat accipientis, vt euelli ab eo non posit:vt hic cum simi. Et ideò hic non agitur de euictione,quasi re euicta:sed agitur pristina actione quasi ab ea nunq̄ sit liberatus.

LEX XXI.

Si decem stipulatus. Glo.hic quærit de vno,quod solue:vt in gl.& materiam huius.l.plenè dixi in.l.decem.s.de verb.oblig.

SVMMARIVM.

1 *Filius si liberat debitorem paternum , an si patri hæres existat,obstet exceptio,si agat.*

LEX XXII.

6 fi.in fi.C.de vsu.rei iu.Id † quod dixi in fideiussorẽ iudicio sisti,fit executio. intellige,si nõ steterit tpe debito in iudicio:nõ si p sñiam fuit iudicatũ.qa p sententiã liberat̃:vt,l,grecè.§.& post litem.s.de fideius.

SVMMARIVM.

1 *Fideiußio iudicatum solui,quòd perit instantia perempta.*

2 *Acta pertinentia ad litis decisionem,non pereunt instantia perempta.*

Acta pertinentia ad litis ordinationem uide.j.nu.3.& 8.

3 *Acta pertinentia ad ordinationem litis instantia perempta pereunt, quo ad effectus futuros:secus quo ad effectus consummatos.*

4 *Acta facta in uno iudicio,quando faciant fidem in alio?*

5 *Testes examinati in una instantia,non faciunt fidem in alia: si non sunt publicati.*

Testes examinati in una instantia,si non sunt publicati possunt per iudicem alterius instantiæ publicari:in casibus quibus fidem facerent,si essent publicati.& infrà nume.10,

Testes recepti coram arbitro faciunt fidem in alia instantia, seruata distinctione.l.fi.C.de arbi.

Testes examinati coram iudice in una instantia, faciunt fidem in alia,si tenditur ad eundem finem inter easdem personas.

6 *Testes examinati in una instantia.faciunt fidem in alia instãtia inter diuersas personas,in illis casibus,quibus sententia lata inter alios præiudicat.*

7 *Testes examinati in una instantia, quando possunt in alia produci,& examinari?*

8 *Acta pertinentia ad litis decisionem,ut sententia:an pereãt perempta instantia?remißiuè.*

9 *Accusato quopiam de crimine publico & testibus examinatis tam ad defensam,quàm ad offensam: si instantia sit perempta accusator superueniens,si utatur testibus ad offensam;tenetur etiam recipere testes ad defensam.*

10 *Testes examinati in una instantia parte præsente,& publicati in contumaciam in alia instãtia,contra easdem personas præiudicant:secus quo ad alias personas,licet per alium iudicem possunt publicari.*

11 *Tertius appellans pro suo interesse,an poterit iterum testes producere?remißiuè.*

LEX II.

1 CVm lite.¶ Perempta† instantia,[1] liberatur fideiussor iudicatum solui.hoc dicit. ¶ Quæro,qualiter lis perierit?dicit glossa lapsu
2 triennij.& istam tene.¶ Vlterius dicit gloss.†quòd finita causa triennio,prima acta[f] non valent.docto. dicunt aut sunt acta pertinentia ad decisionem causæ, vt confessiones & attestationes, & similia : & tunc non pereunt:sed prosunt etiam in secunda: vt.l.iubemus.C.de lib.causa.&.l.cum antea.§. fina. C.de arbi.&.l.vltima. de testib.& no.in.l.properandum.§.fi.C.de iur.hoc in attestationibus videtur esse verum,secũdum Iac.de Are.si in prima instantia dicta testium fueruut publicata:aliàs secus:vt. l. gesta.C.de re iu.& ita intelligit ipsa glossa.quæ est suprà de his, quæ in frau.cre.l.iij.circa finem.& ita refert Cyn.C.de iudi.l.properandum.§.finali.Innocen.tamen videtur velle contrarium.extra de testi. capit.Albericus.sed infrà dicam.aut sunt acta pertinentia ad litis ordinationem:vt libelli oblatio, citatio,& fideiussorum datio:& ista pereunt.ita loquitur hîc.& ita debet intelligi quod nota. in.l.si, vt proponis.C.quomodo &quando iud.& ibi per doctor.& hoc tenet Innocen.de testib.c.causam. el. j.
3 ¶ Sed† quæro licet acta pertinentia ad litis ordinationem pereant, an pereat effectus eorum. Verbi gratia,per lit contest.quis efficitur malę fidei : actio perpetuatur.Item transit in hæredem. Item si litiges:an perempta instantia pereant omnes isti effectus?gloss.in.l.secunda.C.de fruct.& lit. expens.dicit quòd sic.sed in.l.properandum. §. primo . dicit contrarium.Et ista est vera,quam etiam tenet Innocent.in. d. c. causam . probatur ergo ex prædictis, quòd acta pertinentia ad ordinationem litis pereũt perempta instantia, quo ad effectus futuros : licet quo ad effectus iam pfectos & consummatos remaneant illa acta,& eorum effectus. Et ista pro huius l.lectura scholastica sufficiant.¶ Vt autem prædicta omnia clarius intelligantur. Q uæro vtrum[g] acta facta in vno iudicio,faciant fidem in alio?de quo per gloss.& Cyn.C.de eden.l.is apud quem. &. l.si vt proponis.C. quomodo & quando iud. Tu dic quandoq; quæritur an actum sit ? quandoq; quæritur de effectu actorum.Primo casu cum quæritur

a ¶ Meretur executionẽ. Ang.hic & etiã Bald.in.l.duobus .§.igitur si qs iurauer.de iureuer Adde tu,& limita hoc dictum Bart. vt habes per.d.Mariã sozi.in.ca.dilecti.ij.quæstio.j.de so .compe.vt in.c. j.eo.ti.fo. xxij. & Pet.de Anc.in repe.regulæ ea quæ. q.xxij.

b ¶ Quæro an. Vide Baldum.in.l. q crimen.in.vj.quęstione.C.qui accu. non possunt. plenè per Iacobum de bel.in disputatione,quam ponit in.l.sancimus.in secunda quæstione. C.de fideiusso.& vide quod nota.in l.eum pro quo.de in ius vo.& in.l.secunda.§.final.qui satisda.cog.

c ¶ De clausula, vide Bar.in.l.proĩde §.nota.s. ad le.ql.

d ¶ Intelligo. adde Barto.& quod ibi dixi ĩ.l.tale pactũ. §.qui prouocauit. s.de pact.

e ¶ Respondeo sic, An autem si fideiussor capiatur ꝓ debito,posit per eundem iudicem facere capi principalem incidenter, licet aliâs nõ esset suus iudex, Bal.videt̃ velle,quòd sic in fideiussore iudicij,nõ aũt contractꝰ,secũdũ eũ not, vt in .l.cũ eorũ.C. de sen.& in,l.fi.C, de vsu.rei iu . & ꝙ ibi dixi post Bal, in fi.

f ¶ Prima acta.quę acta pareant perẽpta instantia,vide Bal.ĩ.l.ij.C.de edẽ, & in.l. properandum.per Cyn. C. de iudi.Et quid si finita ẽ iurisdictio delegati , quia reuocatus est,an acta pereant,& de nouo ordinarius cognoscat: & an ex eisdem actis.vide Bald.in.l.edita .in viij.& ix.quæstione.C. de eden . & vide not. verbum Bal.in.l.ij.C.de fructi.& liti.expens. & in.d.l. gesta.in j.co.& vide Bald. in titu.de pa.constan.in ver.in causis.& ibi de citatione,an pereat:& eũ ibi omnino videas;vide quę dixi in l.j.C.de fru.& lit. expẽ. Et an iurisdictio delegati pereat perempta instãtia,vide glo.& do. in. c. pen.de iu.& Ang.& Imo.in,l. iudex. in prin.de re iud.vide Bar.in l.ij.§.j.ff.vi bo.ra. vide Innocẽ. in.c. q̃uis.de re iudi,& in cap.causam.de testi.& quod not. Bal.in.l. eos.C.de fal.adde Bal.in.d. l. properãdum.§. & si quidem.&Innoc.in.c.cõsuluit. de off.dele. Quid autem si propter ineptũ libellũ, secuta est absolutoria?dic quòd õia pereũt secundũ Bal. in.l.ij. C. de fruct. & lit,expen. Et ad de ꝙ semper acta, & sñia lata inter alios contra tertiũ aliquale præiudiciũ inferunt , licet non plenam probationẽ secũdũ gl, in.l.si duo patroni. in prin.de iureiu. & in.l.iiij.&in prĩci,de app.Bart. in l. admonendi . in xj.col.de iureiur.

g ¶ Quæro,vtrum. Materiã istam plenisimè tractaui . in.l.ij.de eden.

a ¶ Qui respiciunt. Et ad materiam adde, quòd licet confessio dominij. in vna causa præiudicet in alia: secus est in confessione procurato. secundùm Compost. & Ioan. an in. c. per inquisitionem. de electionibus. sequitur Imola. in. c. primo. in quarta columna. vt lite non contestata. confessio in vno iudicio, non præiudicat alleganti contrarium in alio. glo. est notabilis in authētica, item possessor. & in corpore. C. qui po. in pigno. ha. & vide Bartolū & Bald. in. l. secunda. de eden. & id quod ibi dixi. & an confessio vnius in vno iudicio præiudicet alteri in casu, quo sententia lata cum vno nocet alteri. vide Bartolum infra pximè. & per dominum Anto. in capitulo quàm uis. de re iudicata. & ibi per Abbatem penultima columna. & vide barto. in. l. si perlusorio. §. primo. de appellationibus & vide quæ dixi in. l. sæpe. in tertia quęstiōe. de re iudicata.

* Pro concordantia. Aduerte, quòd dicta testium examinatorum redacta ī scriptis per tabellionem sed non publicata possunt publicari coram alio iudice, coram quo noua instantia est inchoata, ita Bart. ī hac. l. cum lite. & Bar. in. l. solam. C. de test. post gl. Cōtrarius allegatur in. l. gesta. C. de re iudi. Tu dic, ipse Bar. secundum suas distinctiones vbiq; se saluat. Nam in hac. l. cum lite. dicit, aut sunt tales testes, qui in certis casibus facerent fidem in alia instantia coram alio iudice, quo ad alias personas, & tunc possunt publicari per illum. & ita procedat opi. affirmatiua. extra autem illos casus procedat opi. negatiua. vel etiam secundùm quod ipse dicit in. d. l. gesta. opi. affirmatiua procedit, quando coram successore, & sic in eod. tribunali. Secus qñ corā alio prorsus separato, & diuersa iurisdictione. Posset etiā fieri saluatio faciendo differentiam inter receptos per arbitrum, & iudicem, vt sensit Bar. hanc vide per subtilem doc. d. Frāc. Are. in. c. causam. quæ. de test. in. ij. col.

an actum sit & acta facta in vno iudicio, faciunt fidem in alio quocunque, & inter quascunque personas. Postquàm enim notarius reduxit in publico instrumento sic libellum datum: sic litis contestatio. sic responsum: sic iuratum, sic sententiatum & similia, in quocunque iudicio, & inter quascunque personas, de hoc quæritur, hoc publicum instrumentum facit fidem: vt. C. de re iudic. l. gesta. & de probationibus. cum res. extra de probationib. c. quoniam contra. Et isto respectu nunquàm perempta instantia pereūt acta. Semper enim probant sic actum esse. ¶ Quandoque quæritur de effectu actorum: & tunc scias, quòd quædam sunt acta, quæ pertinent ad litis ordinationem: quædam ad vtilitatis indagationem, quædam ad litis decisionem. Primo casu, dico quòd dicta acta habent quosdam effectus, qui respiciunt [a] ipsam instantiam: & isti effectus siue sint perfecti, siue perficiendi, pereunt perempta instantia. & ita loquitur hic exemplum datio libelli. & litis contestatio, & datio fideiussorum, & similia: habent effectum, quòd ex his potest perueniri ad diffinitiuam. Et hic effectus est de futuro, & perit vt hic. Nec obstat, quod dixi supra de re iudicata. l. cum quærebatur. qui ibi instantia non perierat, quia sententia erat nulla. Item habent effectum quòd amplius dilatoriæ vel declinatoriæ non possunt opponi: vt. l. finali. C. de exce. l. Pomponius. §. rati. supra de procura. & iste effectus erat perfectus nihilominꝰ perit. vt. l. hos accusare. §. hoc beneficio. infra de accusa. Habent etiam quosdam effectus, qui respiciunt potius causam, quàm instantiam, vt quòd actio perpetuetur: quòd res fiat litigiosa: quòd possessor sit malæ fidei. & isti effectus remanent: vt. s. dixi. Tamen isti effectus se non extendūt ad alias personas: vt. l. cū notissimi. §. sed & si quis. C. de præscri. xxx. annorum. & ibi nota. & C. de præscriptio. longi temporis. l. prima. Item non extendunt se ad instantiam, quæ fit ex alia causa: vt. l. fiscus. in quæstione. infra de iure fis. & ibi est casus, & ibi dicam. Extendunt ergo se solùm ad aliam instantiā, ex eadem causa, & inter easdem personas: vel quæ habebantur loco eiusdem. Quędam sunt acta, quæ pertinēt ad veritatis indagationem, vt testes, & confessiones.
5 ¶ Videamus primò † de effectu testium. [b] & dic, ꝙ
b si non sunt publicati, non faciunt fidem in alia instātia, secundum Ia. de Are. vt. l. gesta. & ibi no. C. de re iu. veruntamen in his casibus, quibus si essent publicata, facerent fidem, vt statim dicā: in illis casibus potest peti etiam à iudice alterius instantiæ, vt illa di-
c cta publicet [c]: & ita intelligo dictum Innocentij, in c. Albericus. nisi esset aliqua iusta causa impediendi publicationem. extra de testi. c. constitutus. in præsentia. & & ibi est casus. Si verò testes sunt publicati: tunc habent duplicem effectum. Primò, ꝙ eis creditur. Secundò ꝙ alij testes non recipiant. Primus
d effectus durat in alia instantia [d] inter easdem personas secundum gl. C. de eden. l. is apud quem. non inter alias: nisi loco eiusdē habeātur: vt ibi no. Tu dic: aut sunt recepti ab arbitro: & tunc faciunt fidem in alia instantia: vt. l. cum anteà. in fi. de arbi. seruata distinctione, quæ ponitur. C. de testi. l. fi. Si verò sunt recepti corā iudice: tunc faciunt fidē inter easdē personas in causa ciuili, non seruata distinctione. l. fi. C. de test. & l. gesta. de re iudi. & ita tenet Inno. extra de testi. c. cum in tua. licet gl. videatur dicere contra in. l. properandum. in fi. C. de iudic. & hoc tenebat
e Iaco. but. Quod intellige, [e] si alia causa tendit ad eūdem finem. aliâs dic, vt dicam in. l. ij. §. j. j. vi bo. rap.
f & bene. & hoc in ciuili. In causa verò criminali, [f] an faciant fidem: dicam in. l. ij. præallega. §. j. vi bo. rap.
6 Si verò quæris, † an faciant fidem inter alias personas, do regulam, quòd in illis casibus, in quibus sententia lata inter alios, alijs præiudicat, in illis præiudicant illę probationes. casus est suprà de iureiuran. l. sed & si possessori. §. finali. & l. sequen. & hoc tenet Innocent. extra de test. c. causam. & idem consuluit Dyn. & dixi in. l. si mater. §. fina. de execut. rei iud. Et idem dico de confessione: vt. l. iubemus. C.
7 de lib. cau. Sed † contra prædicta facit, de excu. tu. l. spadonem. §. qui absolutus. & de vac. mu. l. j. §. qui

b ¶ De effectu testium. vide Bald. in addi. Spe. in ti. de instrumento. editio. in vltima columna. in versi. acta. & per docto. in. c. Albericus. de testi. vbi tenet contra Barto. & plenius per eum in dicto. c. causam. el. j. circa penultima colum. eodem tit. videlicet, quòd iudex alterius instantiæ non possit iudicare ad finem, vt in alia instantia fidem faciat: sed debent testes iterum produci: nisi mortui essent secundum distinctionem. l. fin. C. de test. & c. in præsentia. extra eodem titul. pro quo alle. tex. in. c. cum causam eodem ti. in fi. cum glo. in verbo, iure voluerunt. & tenent Bald. & Saly. in. l. gesta. in j. col. C. de re. iud. per. d. l. fin. de testi. do. Abb. in. d. c. cū causam. tenet opi. Bar. hic: & dicit ꝙ tex. ibi intelligitur in arbitro. & adducit alia satis leuia. idem tenet Imol. in. d. c. cum causam. motus ratione ne facultas probationū angustetur. per. l. quoniam. in fin. C. de hær. sed Bar. in. d. l. gesta. tenet contrarium eius, quod hic. Nam vult ibi quòd attestationes non publicatæ, nullo modo faciant fidem in alia instantia: nec possunt publicari per iudicem alterius instantiæ. & idem videtur velle Cy. post Iaco. de Are. in. d. l. properandū. in. §. fi. & Bar. in. l. j. cum duabus sequenti. s. quæ in fraud. credi. qui ita intelligit glo. ibi in. l. iij. facit quod notant gloss. & Barto. in. l. solam. C. de testi. & Barto. in. l. secunda. C. de eden. & expressè hic tenet Nicola. de mat. & Bald. in. d. l. fin. C. de testi. & Cyn. ibi transit cum Bartolo. hic placet mihi opini. do. Anto. & sequacium. per. d. c. cum causam. cum gloss. bene facit, quod no. gl. & Bar. in. l. admonendi. in. xiiij. co. de iureiuran. in ver. quæro, quid si dicta testiū. Ex quo infertur, ꝙ quando attestationes nō sunt publicatæ aliud qđ dicit in arbitro. in. d. l. fi. habet locū ī iudice ex idētitate rationisq; maioritate. sed quādo sunt publicatæ corā iudice, non habet locū qđ dicitur in. d. l. fi. qa attestationes indistinctè faciunt fidē in alio iudicio. c. cām. el. j. de test. & d. l. gesta. secūdū Ia. bu. & Bar. in. d. l. fi. & Bar. in. l. p hāc. ad fi. C. de tēp. appel. in. d. l. ij. C. de edē. & hîc Inn. in. c. cū in tua. de testi. & in. d. c. cām. Ful. & Pau. de ca. in. l. ij. C. de edē. & Bald. in. d. l. fina. vbi assignauit bonam rationem differentiæ: licet ipsemet Bald. & Ang. in. l. ij. in. ij. colū. C. de eden. & in. d. l. properādū. §. fi. teneāt contrarium. s. ꝙ habeat locū distinctio. d. l. fi. vt not. gl. in. l. properandū. §. fi. & non bñ: vt ibi etiam per Cyn. & Ang. & ita intelligit not. p Cyn. in. d. l. ij. C. de edē. & hoc etiā tenet latè Barto. in d. l. ij. §. j. ff. vi bono. raptor. Sed an attestationes non publicatę in causa principali faciant fidem coram iudice appellationis? dixi post Saly. in d. l. ij. C. de eden. & tenui, ꝙ sic. Et dicit Bald. in. l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cleri. quòd cōfessio spōtanea de crimine non facit fidem in alio iudicio, si in primo confessus fuerit absolutus: alleg. Inno. in. c. mulieri de iureiuran. facit quod dixi in l. interdum. §. j. in j. col. ff. de fur. Et quid in testibus examinatis in loco longinquo? vide Bar. in. l. ij. C. de naufra. lib. xj. & quod no. in. l. cum ab initio. & in. l. sed si quis ex signatoribus. quemadmo. test. ape. vide Inno. in. c. cum in tua. de test. & Bald. in. d. l. ij. C. de edendo. & istis adde Bar. in. l. admonendi. in ver. quæro quid si dicta testium. s. de iureiu. qui dicit, quòd dicta testium recepta contra alios faciunt semiplenā probationem si modò nō possunt examinari: aliâs secus, & in materia vide glo. & Barto. in. l. res. j. de cri. expil. hære. & Bal. in. d. l. gesta. in. j. col. Et in materia adde gloss. & not. ibi per docto. in. c. cum dilectus. de ordi. cog. & ibi an acta facta in iudicio summario faciant fidem in plenario? & Inno. in. c. fi. eo. titu. an probationes factæ in dilatorijs probēt in principali? & videtur dicere, ꝙ non: nisi in confessione. Ad quod vide do. Anto. in. c. j. de proba. & no. per Bar. in. l. ij. ff. vi bo. rap. & quod dixi insti. de. act. §. sequens.

c ¶ Dicta publicet. ista singu. limita in casu primo per Barto. in. l. eos. circa princip. infrà de falsis. & adde Barto. in. l. fi. & Bald. in. j. columna. C. de testib. vide quæ dixi ad ea, quæ dixit hîc Barto. post Abb. in capit. causam. de testi.

d ¶ In alia instantia. & mutato statu personæ: vt est glo. no. ibi Bart. in. l. si filio. la. ij. s. solu. matri.

e ¶ Quod intellige. aliâs secus: vt dicit Ang. & Fulg. in. l. ij. C. de eden. per. c. veniens. el. ij. de testi. & do. Anto. in. c. causam. el. j. de test. Sed Bart. in. d. l. ij. §. j. j. vi bo. rapto. hoc reprehendit. & respondet ad. d. c. veniens. & propter hoc Cy. & Bal. in. j. col. l. ij. C. de eden. dicunt & melius, ꝙ acta in vna causa faciunt fidem in alia inter easdem personas: vt ibi per eos. aliâs secus. quando præcedens causa sic se habet ad secundam, ꝙ lata sententia in vna parit executionem rei iudicatæ in alia: secus in confessione: vt ibi per Bal. Et istud etiam probant iura allegata per Bar. in. d. l. ij. vi bo. rap. in ver. quęro vtrum iunctis hic no. per eum, in ver. venio ad lect. Placen. Et istud teneo: quia regula est, ꝙ cui nocet sententia, nocent acta: vt hîc etiā per Bar. Tamen Abb. dicit, ꝙ probatio facta in causa desperata, & sic iniqua in alia sententia non parit exceptionem rei iudi. sed non placet ex prædicto. c. veniens. & vide Abb. in. d. c. causam.

f POMATES. ¶ Criminali. Sentētia inter alios lata alijs p̄iudicante excusat.

excusat. Ideo quidā limitāt prædicta vera esse, in his, quæ cursu tēporis non mutātur: aliâs & inter easdē personas, nō faciūt fidē: vt dictis. ll. & ita dicit Dy. in. d. §. qui absolutus. & Cy. in. l. si vt proponis. C. quomodo & quando iud. sed nō bene loquūtur. Nā ibi in primo iudicio probatur tūc liberos viuere: & ideo si in secūdo q̄reret, an illo tempore liberi viuerent: illa pria acta ꝓbarēt inter easdē ꝑsonas: vt dictū est. Sed qa in secūdo iudicio quærit, an tūc viuāt liberi: & sic de alio, quā fuerit dictū ī prio: ideo in hoc nō probāt. Imò & si in eodē iudicio testis diceret, ꝙ vidit iam sunt aliquot āni, viuere liberos: nō seq̄ret, ergo hodie viuūt. vt. d. ll. Secūdꝰ effectus. s. an ī alia instātia possint de nouo ꝓduci, sup eodē, nō obstāte publicatione facta in pria: dicā. j. vi bo. rap. l. ij. §. j. Quia aut testes producūt ad eūdē finē, & nō possunt: aut ad aliū finē, & possunt: vt ibi dicā. Quædā
8 sunt † p acta pertinētia ad litis decisionē: vt snīę. & istę vtrū alijs ꝓsint, vel noceant: nō est nostra materia hîc. sed. s. de re iu. & l. sępe. & C. q. res iudi. non no. l. j. ¶ Iuxta p̄missa quęro aliqs fuit de publico crimine accusatꝰ, & fuerunt recepti testes ad offensionē, & defensionē: deinde perit instantia: supuenit de nouo ad accusandū quidā, q' suā iniuriā prosequit, & docet se ignorasse: an testes recepti in prima, faciant hîc fidem? videt ꝙ testes ad offensam ꝓsint. qa cōdēnatoria, si fuisset lata in primo, sufficeret huic secū-
9 do accusanti. Testes verò ad defensam videt nō posse induci: qa absolutoria lata huic nō p̄iudicaret: vt. l. si cui. §. ijsdē. de accusa. † Sed dico, si accusator vult vti testibus ad offensam: cogit admittere testes ad defensam: vt. l. petēdæ. C. de tēp. in integ. resti. & qa nō potest ꝓ parte ratū habere: vt. l. in causæ. in prin. s. de ꝓcura. & qa debet vti adminiculo authoris, cum sua
10 causa: vt. l. Pōpo. §. cū qs. de acq. pos. ¶ † Secūdò quæro, certū est, ꝙ in illis casibus, qbus snīa est lata contra vnū, alteri nocet. est verū si est lata contra præsentē: secus si cōtra cōtumacem: vt. l. Papi. §. meminisse. in fi. & l. qui repudiātis. de inoffi. test. C. de pig. l. præses. Pone ergo, ꝙ testes sunt recepti parte præsente, qn̄ iurauerūt: sed in illa publicatione pars fuit cōtumax, qd erit in alio iudicio? certè quantū ad easdē personas, nō est dubiū,
a ꝙ præiudicant.[a] sed quantū ad alias personas videtur, ꝙ examinatio p̄iudicet: sed nō publicatio: quia facta parte cōtumace sicut nō p̄iudicaret sententia, secūdū ea quæ dicta sunt: & sic esset necesse, ꝙ quo ad istas partes iterū publicētur. qd' potest fieri etiā ab alio iudice, vt dictū est. ¶ Prædi-
12 cta † faciūt ad quæst. Pone, ꝙ tertius cuius interest, appellat: an poterit iterum testes producere? fortè tangam. in. l. à sententia. j. de app.

LEX. III.

SI quis apud aliquem. Ista lex qualiter debeat intelligi, declarabitur. j. e. l. cum apud Sempronium. ideo non insisto.

SVMMARIVM.

1 *Actio utilis nobis quæritur per negotiorum gestorem, ratihabitione secuta, in illis casibus, in quibus quæritur per procuratorem.*

2 *Coniuncta persona non est procurator, & factum per eum non præiudicat domino nisi ratihabitione secuta.*

Stipulationem. ¶ Hic. §. diuidit. Primò dicit, ꝙ possunt istā stipulationē vtiliter exigere ꝓcur. tutor & curator. Secūdò, format aliquas. q. circa procuratorē. Tertiò format quæst. circa ꝓcuratorē. Quartò format quæstiōes circa curatorē. Secūda ibi: procuratorē. Tertia ibi: sed & qd' de tutore. Quarta ibi: sed & curatorem. In tex. ibi stipulari possunt. Dic id est exigere vtiliter. ita, ꝙ vtilē ex stipulatione acquirāt ei, cuius personā in iudicio repræsentāt: vt. s. de pro
1 cura. l. in causę. §. vlti. & l. si procurator. ita dicebat Old. ¶ No. † in. §. ꝓcuratorem. ver. sed & si ratū. quod in illis casibus quibus per procuratorem quęritur vtilis, in eisdē quæritur per gestorem ratihabitione secuta. Item in ver. sed & si fortè. ibi vir vxoris nomine. dic. s. interuenit, & cautionem iudicatū solui, * recepit. * ¶ No. tex. ibi. qd' em̄ eis &c. tex. ibi cauēdū, quasi nunq̄ fuerit cautū: secꝰ si verꝰ ꝓcurator cautionē recepisset, & dn̄s litē inchoaret. Nā tunc cū trāsiret cautio in dominū, nō esset de nouo cauēdū: vt
2 s. de ꝓcuratoribꝰ. l. in causæ. §. fi. & l. si ꝓcurator. ¶ No. etiā † ex isto ver.
b ꝙ coniuncta persona, [b] nō est procurator: & sic facit ad id, quod dixi vobis, quòd cōiunctæ personæ nō possunt solui: vt dixi in. l. vero procuratori. s. de so. ¶ Oppo. de. l. si ante acceptū. j. eod. tit. Sol. vt ibi. ¶ Secundò opp. ꝙ cōiunctæ personæ possunt agere sine mādato: ergo. Videtur idem in eis, quod in procuratore: vt. l. sed & hæ. in prin. s. de procura. & l. maritus. C. de procura. Sol. licet mandatum non exigatur tamen eorum factum, non præiudicat domino, nisi mandet, vel ratum habeat: vt. C. quibus res iudic. non nocet. l. j. & hic in tex. & ideo cautio recepta per eos, non transit in dominum: quod secus esset in vero procuratore: vt dixi super text.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, an & quando tutorio nomine dicatur facere ad hoc, ut pupillus teneatur?*

2 *Iudex actum faciens, an requiratur, quòd sciat se iudicem? remißiuè.*

3 *Tutor habetur, ut extraneus in his, quæ non sunt de administratione.*

c Sed & quod de tuto. ¶ Ibi administrabat. id est administrare poterat de iure. [c] Et nota
1 notabilē † casum in ver. sed & si quidē. ꝙ illud, qd' facit tutor, est necesse qd' faciat tāquā tutor: vt pupillus teneat. ¶ Cōtra hoc opp. de. l. post mor-
d tem[d]. §. j. & qd' ibi not. s. quādo ex facto tuto. & l. cū post. §. j. s. de admini. tut. Sol. qn̄ tutor ignorat se tutorē: tunc sine dubio non facit: vt tutor. l. antepe. s. de eo, q. ꝓ tu. n ego. gessit. Sed qn̄ scit se tutorē datū, si quidē facit mentionem officij: vt quia dixit talis tutor. licet non dicat tutorio nomine: facere videtur tutorio nomine: vt. dict. l. cùm post. §. j. de admini. tul. leg. vltim. s. de instict. Si verò non facit mentionem de officio, si quidē contractus celebratus super re pertinente ad pupillū, & videtur in dubio facere tutorio nomine, si vterq; cōtrahētiū sciret ipsum tutorē. vt d. l. post mortem. §. j. quod ibi no. s. qn̄ ex facto tu. secus si alter cōtrahētiū ignoraret, vel aliud exprimeretur: vt hîc. Tutius ergo est, ꝙ semp in omnibꝰ actibus apponatur tutorio nomine. Facit ad prædicta, quod dixi in. l. j. §. nūtiatio. s. de no. oper. nū. & l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. s. de ver. ob. ¶ In
2 † iudice[e] aūt, an reqratur, ꝙ sciat se iurisdictionē ha-
e bere? dic, vt dixi in. l. multùm. suprà de cōdi. & de.
3 ¶ Ex versi. si tutor. no. † ꝙ quo ad res, quę nō sunt de administratione tutoris, ipse habetur vt extraneus. Facit ad hoc suprà de admi. tu. l. vel in partes. & l. si duo. & suprà de solut. l. quæro. ¶ Contra hoc op. de. l. inter tutores. s. de admi. tu. So. aliud ex parte conuenti, vt ibi: aliud ex parte agentis, vt hîc.

SVMMARIVM.

1 *Dictio potest, quòd magis actum quàm potentiā denotet.*

Si reus. ¶ Vsque mō iurisconsultus tractauit de ꝑsonis, quæ possunt istā stipulationem recipere: quę stipulatio habet in se tres clausulas: vt. j. eo. l. iudicatum solui. Hîc incipit tractare de prima. s. de clausula, de defendendo. & de hac tractatur hîc: & in duabus. ll. seq. ¶ Op. ad ver. ob rē. secūdùm hoc ista stipulatio nūq̄ cōmitteret: quia semp existeret aliqs, qui eū defenderet: cū qlibet extraneus admittatur ad defendēdū. vt. j. eod. l.
1 iā tn̄. §. nūc videamus. Rn̄. illud, † quod hîc dicitur, existere p̄t. intelligatis. i. existat de facto. vt sic verbū pōt, denotet actū, magis, q̄ potentiā: vt. l. iij. §. si quis sic acceperit. s. dè stat. libe. Vel aliter & melius dico: ꝙ tunc videbitur non posse extare, quādo facta solenni requisitione consanguineorū & amicorum, nullus est, qui eum defendat, secundùm formam. l. itē ait prætor. §. fi. & l. seq. s. ex qui. cau. ma.

præiudicant & acta. de quo Bar. in. l. ij. C. de eden. & Ro. & Fulg. in. d. l. si possessori. & facit bonus tex. in. d. l. Iulia. s. de manu. quē no. ad hoc Bal. in c. dn̄o guerrā. §. ad hoc. in ti. hîc finitur lex. Ex hoc habes inferre, ꝙ cū sentētia lata super nullitate processus, vel instrumētorū, faciat fidē quo ad omnes: vt dicit Imo. in. c. ad nostrā. de proba. do. Anto. in. c. pe. in versic. secundus principalis casus. de re iu. ꝙ ita etiā oīa illa acta nullitatis faciunt fidē, quo ad omnes alios. Ex quo procedit argumentū à sententia ad acta reliqua. Circa hoc vide p do. Alex. & vide Matthe. no. cxv. & seq. & dū Bart. hîc dicit idē in cōfessione. vide Alec. cōs. xix. ī pric. vo. iiij. & xcvj. ī pri. vo. j. & vide q̄ posui ī. d. l. si mr̄. §. fi.
a ¶ Quod præiudicāt. Et per hoc vr̄ ꝙ testes producti cōtra Titiū super nullitate ꝓcessus vel instri, aut sim̄iū ꝓbēt quo ad oēs, sicut prodest oībꝰ snīa cōtra Titiū lata secūdùm not. p Imo. & Ioan. in. c. in nr̄a. de proc. & expressius p Ant. de but. in. c. pe. Secūdus principalis casus. de re iud. & i. c. cām quę. el. ij. in pe. colū. qui fi. sint legi. & Imol. in. l. sępe. ī. vij. col. de re iudic. & est tex. in. c. inter dilectos. & qd' ibi no. Abb. ad id qd' dicit hîc Barto. de fi. instru. Et an cōfessio in vno iudicio præiudicet in alio. vide quę dixi. s. proxi. & in prin. huius. l. In contrariū facit. l. si perlusorio. §. j. in ver. quare his. & ꝙ ibi no. de ap. & l. à snīa. §. j. & pro solutione dic, ꝙ aut qui confitetur erat principalis in cā, qua litigabat, & procedit dictū Bar. hîc. & in. d. l. ij. in fi. C. de edē. videl3, ꝙ pręiudicat quo ad oēs eos, quibus præiudicasset sententia. facit. l. posthumus. §. si quis ex his. s. de inof. test. & quod no. in. d. c. causam. qui fi. sint legiti. Sed si quæris, an confessio sua præiudicet alteri: tunc procedit opi. Bar. in. d. l. si perlusorio. & ita vt dixi volunt do. Ant. & Abb. in. d. c. pe. de re iu. quicquid dixerit Cyn. in. d. l. vnica. in. vij. q. C. de cōfes. Si aūt ille, qui erat in lite, non est principalis, ad quē cā pertineret. Exēplū in casibus. l. sæpe. de re iu. tunc vr̄, ꝙ confessio sua præiudicet scientibus, & patiētibus eū esse in lit. nō cōfitēdo per modū cōtentiosæ iurisdictionis. d. l. sæpe. & ibi dixi in. q. & per hoc videtur clarum quod dixi. s. eo. in apostilla in prin. de testibus productis &c.
b ¶ Cōiūcta ꝑsona dicit procurator. Sed impropriè, secūdùm gl. in. l. sed & hæ. &c. & ideò bn̄ dicit Bal. in. l. j. C. de procu. ꝙ cōiūcta ꝑsona nō p̄t agere tāq̄ procurator. per istū tex. & ibi no. Bald. in. l. j. in. vij. col. C. de act. Et statutū loquēs in procu. nō verificatur in cōiūcta ꝑsona. vide Bal. in. l. j. C. qui. res iud. nō nocet. & an procura. in rem suā dicatur propriè procur. vide glo. in. l. j. in prin. C. de procu. & Bal. in. l. qui stipendia. C. eo.
c POMA. ¶ De iure. Et vide Bal. in. l. post mortē. ff. qn̄ ex fac. tu. aga.
d ¶ De. l. post mortem. vide Bar. in. l. qui in aliena. §. si is qui. de acqui. here. qn̄ tutor & similes præsumantur facere nomine officij, vel proprio. Ad. de quæ no. Bal. in. l. post dotem. in. iij. & melius in. v. lect. so. mat. & in. l. j. §. nunciatio. de oper. no. nū. vide Bar. in hac materia hîc. & in. d. l. post dotē. in. v. lect. & in. l. post mortē. qn̄ ex facto tu. & in. d. l. j. §. & nuntiatio. in l. qui mihi donatū. suprà de do. & Bal. in. l. si quis cau. variat. de quibus omnibus vide Ro. in dicta. l. post dotem: qui tenet opinio. Dyn. contra quē tenet Bar. ibidē in. vj. lect. & in omnibus alijs locis p̄dictis: dic vt ibi dixi. & adde tu ad Bar. hîc. d. Mar. sozi. in. c. j. de lib. obl. arti. vij. q. xij. & ibi, ꝙ tutor agēdo ꝓ pupillo, d3 libellū tutorio noīe pupilli ꝓponere. vide ibi.
e ¶ In iudice. Et vide tex. & ibi Ang. in. l. ij. §. j. suprà de iud. Andr. Barba.

&. l. hæc autem. §. j. suprà quib. ex caus. in pos. ea. & hoc sentit glo. & doct. tenent.

SVMMARIVM.

1 Mora commissa in non defendendo, quòd potest purgari usque ad sententiam. & ibi de ratione.

2 Instantia noua, quòd opus sit contra fideiussorem de defendendo.

3 Facultas purgandi moram perimitur post solutionem. Mora nō purgatur executione facta à lege, siue ab homine.

Si plures. ¶ Mora cōmissa in non defendendo, potest purgari vsque ad sententiam: post sententiam verò, vel solutionem purgari non potest. h. d. Et est iste valde notabilis §. & allegaui ipsum multum fortiter in materia. l. si insulam. ṡ. de ver. ob. in tex. in. l. is autem. ibi. absolui debet. dic. s. ab obseruatione iudicij. Itē. l. iam tamen. ibi solutum est, quod est falsum, & iniquū.

1 ¶ † No. primò, q̄ post lit. conte. pōt purgari mora. ¶ Contra hoc op.[a] de. l. si insulā. de ver. ob. Gl. non soluit. dicunt quidam ibi, in contractibus: hîc in iudicijs. Vel ibi loquitur in principali conueto: hîc in fideiussore. Truffę sunt. So. ergo dicit Pe. & idē sequebatur. d. Andr. de Pisis in repetitione. l. si insulam.[b] hoc ideò: quia stipulatio citius committitur, quàm de eatur: ideò in alio releuaretur: vt vlteriori tēpore admittatur purgatio. Declaro hoc, q̄n qs tenetur ad factū, non committitur stipulatio ad totale interesse: nisi cùm transierit tantū tempus, quo factū illud perfici potuerit: vt. l. si stipulatus essem abs te. & l. stipu. non diui. §. planè. de verb. ob. Vnde hîc non deberet stipulatio[c] ob rem nō defensam committi: nisi transierit tantum tempus, quod iudicium potuerit perfici. Sed quia istud est incertum, vel fortè expectare esset longum: ideò committitur stipulatio ab ipso initio ad interesse totale. & qa reus in hoc grauatur: ideò admittitur purgatio longiori tempore. s. vsque ad sentētiam. ¶ Secūdò not.

2 † quòd contra fideiussorem de defendēdo, opus est noua instantia. nam hic vides, quòd contra eum fit de nouo lit. contesta. ¶ Contra hoc op. de eo, quod dixi vobis. ṡ. eo. l. j. Solut. hîc non erat limitata certa dies, qua deberet listere, & defendere: ideò cùm citius committatur stipulatio longiori tempore, admittitur purgatio: vt dictum est. Ne ergo auferatur reo facultas purgandi moram suam secundùm beneficiū huius. l. requiritur, q̄ de nouo fiat processus. Auferetur enim sibi, si hæc stipulatio haberet paratam executionē: sed si esset limitata certa dies, tunc putarem, quòd haberet executionem, & non admitteretur purgatio vltra litem contesta. vt dixi §. eode. in. l. j.

3 ¶ Tertiò, in. l. iam † tamen. in prin. no. quòd facultas purgandi moram, perimitur post solutionem factam: & ideò dico, quòd postq̄ facta est executio, siue à iure, siue ab homine, tollitur facultas purgandi morā: vt hîc: & l. qui ob rem. ṡ. de cōdi. indeb. quæ concor. cum ista. & plenè dixi in. l. si insulam. ṡ. de ver. ob.

POMATES

a ¶ Cōtra hoc opp. & not. q̄ dispositio huius. §. habet etiam locū in reo principali: vt vult Bar. in. l. si insulā. in. ij. op. vl. partis. ṡ. de ver. ob. versi. ita enim ibi tenendum. & ver. ponde. ibi. Aliâs. do. Pe. de bel. & sensisse videtur hîc Bar. dū dicit transfertur.

b ¶ L. si insulam. & ibi Bar. in. ij. opp. ij. partis.

c ¶ Nō deberet stipulatio. adde Bar. in. l. stipulatiōes. in. v. seu. x. q. ṡ. de ver. obli.

d ¶ Repetit sumptus. an defensor succedens repetat sumpt⁹. adde bar. in. l. ij. C. de nego. ge. & in. l. iij. §. pe. ṡ. de contrario iudicio tutelæ.

LEX V.

Iam tamen.

In hac stipulatione. ¶ Stipulatio semel commissa ad interesse totale vlterius non committitur. h. d. ¶ Oppo. j. eo. l. fi. solut. intellige hîc quādo est commissa ex vna clausula ad totale interesse & quod totum exigatur: secus, si nihil exigatur: qa prima purgetur: vt. ṡ. l. iij. in fi. vel si non exigatur, nisi pro parte: vt dicta. l. fi. j. eo. titu. Tunc enim alia clausula poterit committi in alia parte.

SVMMARIVM.

1 Fideiussor quando uenit ad defendēdum, tenetur satisdare.

2 Defendere se paratum dicere, & satisdare non id satis: sed debet cum effectu satisdare.

Nunc videamus. ¶ No. tex. ibi. si verò extrinsecus &c. quia est notabilis tex. Item not. casum in ver. quod si quis eum &c.

1 ¶ † Quæro, quando fideiussor venit ad defendendum: vtrum debeat satisdare: tex. dicit hîc q̄ non: & hoc videtur tenere Roge. j. prox. §. si ex fideiussoribus. gl. tenet hîc cōtrariū, & etiā ibi, quod placet: quia tales fideiussores nō habent mandatū de defendendo, sed de soluēdo: vt. j. ea. l. §. in hac. Ideo tanquā extraneus debet satisdare. ¶ Sed quæro, an

2 tex. distinguit, aut offert se defensurū cum satisdatione, aut sine. ¶ † Quæro, vtrum sufficiat, quòd quis dicat se paratum defendere, & satisdare, an verò est necesse, quòd habeat fideiussores ad manus? & puto quòd sic: necsufficiat verbo tantū offerre: vt. l. seruus si hæredi. in fi. ṡ. de statuli. ar. ṡ. de solu. l. qui decē. §. idem responsum. in fi. §. circa quod dic vt. ṡ. de op. no. nū. l. prætor ait. §. si quis paratus. Itē dicitur hic istius stipulationis nullā partē committi. ¶ Quæro, quare dicit nullam partem? dic vt in glo.

Si ex fideiussoribus. ¶ Quæro, quid est hoc dictum cęteraq̄ eadem esse? hîc sunt tres opiniones. vna Hugonis: secunda Ioan. & quælibet istarum est vera. Tertia fuit Roge. & illam reprobaui. ṡ. proxi. & de his tractabitur. j. eodem. l. si ante acceptum.

SVMMARIVM.

1 Defendens aliquem sine mandato, & succumbens, an & quando expensas repetat?

2 Defendens aliquem cum mandato, an & quando sumptus factos repetat? Et in casu huius. §. quando defendens obtinet, recuperat expensas à principali actione mandati utili. nu. 3.

In hac stipulatione. ¶ Iste est notabilis. §. & in multis locis allegaui in versi. quid tamen. &c. & est gl. multarum. ll. & est malè intellectus iudicio meo. ¶ Nota tex. ibi, quasi iuxta mandatū &c. dicit hîc, q̄ si succubuit, repetit qđ soluit: nō tamē repetit sumptus. contra: quia etiam illud quod soluit non videtur posse repetere. Nam sententia non ligauit dominum: vt. j. eodem. l. si ante. & l. Plautius. ṡ. de procura. & l. iij. in prin. ṡ. de re iudi. solu. non repetit quasi eum liberauerit ab obligatione pristina, qua tenebatur. sed repetit neg. ge. vt. l. de qua re. §. fi. ṡ. de iudi. ita debetis intelligere hîc. Item dicitur hîc, si obtinuit repetit sumptus[d]: secus si succubuit. contra. C. mandati. l. etiam. & ṡ. de procu. l. proprio. §. litis. dicit gloss. ibi loquitur de habente mandatum: hic de eo, qui mandatum non habet. ¶ Contra hoc iterum opp. quia etiam si non habet mandatum, facit negocium vtiliter esse cœptum: vt. l. sed iam vltro. §. j. ṡ. de neg. gest. Solu. gl. hic nō bene exprimit. sed alibi dicit: aliud in contractibus: aliud in iudicijs. Ita no. in. l. ex parte, in prin. ṡ. fa. ercis. Pe. verò in. d. l. etiam. videtur tenere, quòd idem sit, quod in iudicijs:

1 non tamen vltra declarat. Nos † tamen declaremus istam materiam sic: & primò videamus de eo, qui defendit sine mandato gerendo negotia alterius. Dic quandoq̄ constat, quòd vtiliter defendit, licet succubuerit. Quod potest esse: quia interest rei, vt sententia condemnatoria detur propter stipulationem de euict. & l. vtiq̄. ṡ. de rei vend. & l. at qui natura. §. cum me. ṡ. de neg. ge. Isto casu sine dubio sumptus repetentur: quia vtiliter gestum est vsq̄ ad fi. vt. d. l. sed an vltro. §. j. ¶ Item potest contingere: si expediebat reo magis defendere, quàm sententiam pati in non defensum: vt in causa noxali, & damni infecti. Isto casu similiter repetentur expensæ: vt. l. prętor. §. his verbis. ṡ. de bo. auc. iudi. pos. & idē dicemus hic, si fortè erat pœna promissa, si non defenderetur longè maior, quàm sit id, quod est iudicatū. Nam constat quòd vtiliter gessit, licet succubuerit. quandoq̄ vtiliter gessit ab initio: sed inutiliter finiuit, quia succubuit: & hoc potest contingere, si ab initio propositæ actionis, non debebat reus cōdemnari: sed pendente iudicio aliquid superuenit, propter quod reus fuit iustè condēnatus. quod contingit in casibus nota. in. l. non potest. ṡ. de iu. & isto casu expensæ factæ vsq̄ ad id tempus, quo vtiliter gerebatur repetuntur: sed expensæ factæ postea non repetuntur. ar. l. si quis inficiatus. ṡ. deposi. Quandoq̄ constat, quòd inutiliter cœpit, & inutiliter finiuit: quia succubuit: & tūc expēsæ non repetuntur. casus est hîc. Et si diceret iste defensor, quòd ab initio ipse habebat iustā causam ignorantiæ, nō propter hoc diceretur vtiliter cœpisse. Nā debuit considerare anteq̄ ad defensionē accederet diligēter: vt. l. qui in alterius. §. j. j. de re iu. Nam licet iste aliū defendat, & tamē finaliter tendit ad actionē quærendam sibi contra alium: & ideò debuit sibi ab initio diligenter prospicere: vt dicta. l. qui in alterius. §. j. In dubio ergo sententia declarat ipsum non vtiliter ab initio cœpisse. ita loquitur hîc. ¶ Secundùm hoc, si quæris, an differentia sit inter iudicia & contractus. dico, quòd non in effectu: sed in iudicijs est hoc plus, quòd apparet sententia: ex qua declaratur inutiliter ab initio gestum: quod non est in extraiudicialibus.

2 ¶ Secundò quæro, † de eo, qui defendit cum mandato, an repetat sumptus litis? breuiter dic, aut iste defendit vtiliter, quia obtinuit. & sine dubio repetit expen. casus est hic: sed si inutiliter: quia succubuit: tunc aut habuit speciale mandatum ad defendendum in tali causa, & repetit: vt l. etiam. C. manda. & l. qui proprio. §. litis. ṡ. de procu. & ṡ. manda. l. quimutuam. §. fina. & ibi nota. & lege prima. §. si procurator. ṡ. si quis dicen. non obtempera. Si verò habebat mandatum ad soluendum, non ad defendendū: tunc est idem, quòd si nullum habebat mandatum: vt hoc. §. Si verò habebat mandatum ad defendendum, & ad soluendum: tunc si quidem assumpsit ab initio defensionem iniustam calumniosè, & euidenter, sumptus litis non repetit: aliâs repeteret: vt. l. non est ignotum. C. de admi. tu. facit. ṡ. de le. ij. l. qui solidum. §. etiam. Ratio, quia ex eo, quòd habebat necesse soluere, incumbebat sibi de necessitate, quòd iustitia debiti examinaretur. Et sic non videtur se defensioni spōte offerre, sicut in præcedētibus casibus. Sed si habuisset mandatum ad defendendum generale tantùm: tunc puto

puto eſſe idem, quod quando mandatum non habet. Nam in hoc mandato generali non venit, vt inutiliter defendat: vt. l. ſi procurator. ſ. de condi. inde. ¶ Sed contra prædicta op. nam quando vincit, recuperat ex pen. à victo. per. l. properandum. §. ſiue autem. C. de iudic. ergo non videtur poſſe agere contra principalem. Sol. intellige hîc quando nõ potuit recuperare expen. fortè, quia aduerſarius habebat iuſtam cauſam litigandi. Quęro, in
3 caſu huius. §. †qñ obtinuit, qua actione expen. repetet? gloſſ. innuit quòd vtili mandati, quaſi iuxta mandatum fecerit: licet mandatum non fuerit: vt dicit tex. quod eſt notabile verbum. arg. pro hoc. ſ. manda. l. fi. §. fi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex officium ſuum non impartitur in pertinentibus ad partis utilitatem, niſi parte petente.*
2 *Defenſores plures, quod admittantur, quando quis conuenitur pluribus actionibus.*
Procurator accuſati de pluribus criminibus, inter quæ erat unum, quo ingerebatur pœna ſanguinis, admittitur in alijs.
3 *Hæredes plures ſuccedentes pro iudicio cœpto cum defuncto, tenentur dare unum defenſorem.*
4 *Hæredes plures creditoris non coguntur ſimul agere, niſi natura negotij aliud exigat.*
5 *Procuratores plures ſi conſtituantur ex parte rei cum clau. quòd non ſit melior conditio occupantis: an unus admittatur? remiſſiuè.*

Si tamen plures. ¶ Hic eſt notabilis. §. not. text. ibi. deſiderante. ſ. hoc acto. ¶ Nota text. in eo.
1 quod† dicit deſiderante hoc. ſ. actore. quòd in his, quæ pertinent ad vtilitem partis, iudex nõ debet interponere ſuũ officium, niſi ad partis petitionem. facit. ſ. de iud. l. ad peremptoriũ. Pro hoc. ſ. de dã. infecto. l. iiij. §. hoc aũt iudiciũ. & ibi hũc paſſum plenè examinaui. ¶ Secũdò not. ꝙ ex parte rei defenſio, nõ põt diuidi in plures. ¶ Tertiò no. ꝙ ex parte actoris actio
a põt diuidi. ¶ Opp. de. l. omniũ[a]. ſ. de procu. So. dicit gloſ. mirabiliter, †qñ
2 aliquis conuenitur pluribus act. tunc poſſunt interuenire plures defenſores pro qualibet act. ſed ſi conuenitur vna, tunc defenſio illius non debet ſcindi in plures: ita loquitur hîc. quod tene menti ad quæſtionẽ, quã vidi de facto. Vnus accuſabatur de pluribus criminibus, inter quæ erat vnum, quod ingerebat pœnã ſanguinis. comparuit procurator: iudex pronũciauit ipſum nõ eſſe admittendũ propter illã pœnã corporalẽ, ſecũdùm materiã, quã dixi. j. de pub. iu. l. pe. §. ad crimen. Certè malè fecit. Nã debuit eum admittere in alijs criminibus, quę pœnam ſanguinis nõ ingerebant: quia iſta defenſio poteſt ſcindi. ar. d. l. omnium. & j. ad turpi. l. j. §. ſi plura.
3 ¶ Secũdò† opp. ſ. de procu. l. ſi quis cũ procu. §. vnius. Breuiter, ſi iudiciũ
b eſt cœptũ cũ defuncto, cogũtur hæredes[b] dare vnũ defenſorem: vt hîc: alˢ non viderẽtur defendere: ſed ſi non eſt cœptũ cũ defuncto: tũc cùm per. l. xij. tab. diuidatur actio inter hæredes, poterit iudicium diuidi: vt. l. cõtra-
4 ria: & ita ibi gl. videtur ſentire. ¶ Tertiò op. †ad id, quod dicit de hæredibus actoris. Opp. ꝙ cogantur ſimul agere: vt. ſ. de ædil. edi. l. quòd ſi nolit. §. ſi plures. &. ſuprà fa. erci. l. ſi familiæ. So. iſtud eſt verũ, niſi natura negotij exigat, quod per vnum agatur: vt in. ll. contrarijs: licet gl. alleget iſtas. ll. pro concor. Item op. de. l. huiuſmodi. §. fi. ſ. de leg. j. ſol. plures hæredes nõ coguntur agere vna actione: vt. l. contraria. ¶ Vltimò iſte. §. facit, ꝙ ſi ex parte rei conſtituantur plures procuratores inſolidum, ita ꝙ non ſit me-
5 lior conditio† occupantis, vt moris eſt, ꝙ talis procurator non debeat ad-
c mitti.[c] Circa quod dic, vt determinatur hodie per Cano. in capi. ſi duo. de procu. lib. vj. vt tangam. j. eo. l. ſi ante acceptum.

LEX VI.

IVdicatum. ¶ Iſtam materiam de re defendenda habuiſtis expeditam. ſ. l. proxi. §. penul. & vſque huc. materia de re iu. incipiet ſtatim. j. l. proxi.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, pro quo fuit ſatiſdatum poteſt reuocari.*
Satiſdatio pro procuratore, non facit rem non eſſe integram.
2 *Stipulatio iudicatum ſolui facilius committitur, quando contingit mutatio perſonæ ex parte actoris, quàm ex parte rei.*
3 *Mutatio conditionis defenſoris ex parte rei, an poſſit fieri poſt litem conteſtatam?*
Procurator poſt lit. conteſta. ſine cauſæ cognitione non poteſt reuocari eo inuito.
4 *Mutata conditione defenſoris ex parte rei, fideiuſſores dati per defenſorem liberãtur.*
5 *Fideiuſſores dati per conuentum ſuo nomine, ſi poſteà facit procuratorem in iudicio, non liberantur.*
6 *Mutatio iudicij qualiter fiat, quando mutatur, mutata conditione defenſoris. ubi, quòd altero de tribus modis.*
7 *Procurator, qui ſatiſdedit, ſi alium ſubſtituit uirtute mandati, ſatiſdatio exinguitur: ſi uirtute iuris ſibi quæſiti ſubſtituit: tunc non extinguuntur ſatiſdationes.*
Procuratores plures, ſi ſunt conſtituti à domino cum clauſula, quòd non ſit melior conditio. &c. Et q; unus cœpit &c. Et idem ſi unus cœpit cauſam & ſatiſdedit: alius illam terminet, extinguitur ſatiſdatio.

LEX VII.

d SI ante acceptum.[d] ¶ Iſta eſt difficilis lex, ſicut eſt aliqua, quę ſit in iſto libro. & diuiditur in partes tres. Primò ponit vnum dictũ bimembre. Secundò ponit rationem. Tertiò ponit duas illationes ex ratione. Secunda ibi: nã vt committatur. Tertia ibi: & ideò. Et breuiter hoc dicit in ſumma. Mutata cõditione defenſoris & rei habente mãdatũ ad non habentem, vel contra: vel in ipſum prin- a
cipalem actore ſciente, ſtipulatio iudicatum ſolui committi non poterit: ſecus actore ignorante. hoc dicit iſta. l. valde notabilis & ſubtilis. ¶ Opp. & videtur, quòd poſtquam pro procuratore fuerit ſatiſ-
1 datum, †non poſſit reuocari: quia res non eſt integra: vt. l. ſi defunctus. ſuprà de procurato. ſolu. ſatiſdatio impedit reuocationem tacitam, quæ fit morte: vt. l. ſi defunctus. & quo ad illam reuocationem facit rem non eſſe integram: ſed non impedit reuocationẽ expreſſam. Ita no. in l. ante litem. ſ. de procura. & quantum ad hoc, ſatiſdatio non facit rẽ non eſſe integram. Nam ſatiſdatio eſt quid præparatorium ad iudicia: & præparatoria non faciunt rẽ deſinere eſſe integram: vt. l. ſi pecuniam. de condict. ob cau. ¶ Secundò oppo. dicitur hîc in prin. ſtipulationem committi. Contra. arg. à diuiſione: aut dicis ſtipulationem committi ex clauſula de re iudicata. & malè dicis: quia talis ſententia non ligat dominum: vt. l. Plautius. ſuprà de procura. & per conſequens, nec fideiuſſores datos ab eo. Aut dicis committi ex clauſula de re defendẽda: & malè dicis: quia fuit defenſum, vt hîc dicitur in text. Aut dicis committi ex clauſula de dolo: & malè dictum eſt: quia nullus dolus interuenit. Huius timore. l. iſta tribus modis intelligitur: quidam vt Rog. dicunt, ꝙ committitur ob rem nõ defenſam. Alij, ꝙ cõmittitur ob clauſulam de re iu. Hug. ob clauſulam de dolo. Iſtę lect. tanguntur in gl. mag. ſeq. Rog. dicit, quòd hîc committitur ſtipulatio ob rem nõ defenſam. Nec obeſt quod hîc dicitur, quòd hîc res fuit defenſa: quia ve- b
rum eſt, ſed mutata fuit cõditio perſonæ. Ideò non videtur defendi. Iſta opi. eſt falſa: quia extraneꝰ penitus veniens ad defenſionem impedit iſtam ſtipulationem committi: vt lege, iam tamen. §. nunc videamus. ſ. eo. ergo multò magis, ſi idem defendat, licet qualitas mutetur. Vnde legitur alio modo ſecundum Io. ꝙ hîc cõmittatur ex clauſula iudicatũ ſolui. Ad hoc, qđ dicitur, ꝙ hæc ſentẽtia nõ ligat c
dominum: dicit Ioã. hoc eſt in odiũ reuocãtis, qui non certiorauit actorẽ. Iſta opi. Ioã. placet, ſed nõ reſponſio. Nã hæc ſentẽtia lata cõtra talẽ procu. reuocatum actore ignorãte, ligat reum, ſicut ſi nõ eſſet reuocatus: vt. l. ſi procuratorem. de procu. & ibi not. e. l. j. C. qui ſatiſd. cog. & ibi not. Et iſta eſt vera opi. ſecũdum omnes. ¶ Tertia opi. fuit Hugo. qui dicit ꝙ hîc: cõmittitur ex clauſula de dolo. Ad illud, qđ dicit ꝙ hîc nullus dolus interuenit: reſpõ- d
detur, ꝙ dolus eſt procuratorẽ reuocare, nec certificare de hoc actorẽ: ſed nõ placet. Nã hæc ſtipulatio ob clauſulã de dolo cõmittit ad intereſſe: vt. l. iudic. ſol. & ibi no. j. e. & l. nouiſſima. Sed cũ ſentẽtia liget eũ eodẽ modo, quo ligaret, ſi procurator reuocatus non eſſet: vt. ſ. dixi, ergo non intereſt actoris. Præterea cũ iſta ſtipulatio cõmittat ad totale intereſſe ex clauſula iudicati: vt ſupra dixi non põt cõmitti ex clauſula de dolo: vt. j. e. l. cũ q̃rebat. vnde datur alia reſpõſio, ꝙ hîc fuit cõmiſſus dolus ex parte rei, vt ꝓ ſe daret ſentẽtia. Nec hoc multũ placet. Nam hîc dolꝰ nõ habuit effectũ, ſi ponamꝰ ſecũdũ pręcedẽtẽ lect. eẽ latã ſñiam ꝓ actore. Præterea rõ, q̃ hîc ponit in tex. nã vt cõmittat &c. locũ nõ haberet, teneamꝰ ergo opi. Ioã. ꝙ hîc loquat de clauſula iudicati. ſumꝰ expediti de primo ver. venio ad ver. quod ſi quis. ¶ Opp. de prin. huius legis. ſol. dicit Rog. ꝙ quando actor ſit, ſtipulatio nõ cõmittitur ob rem nõ defenſam, ꝙuis nõ defendatur: quia non eſt illud iudicium in quo fideiuſſores ſe obligauerunt: & ſic iſtud, non defendi, cõmittitur in alio iudicio, quã in eo, in quo fuit facta promiſſio, ſed in prin. licet ſit aliud iudiciũ, tamẽ eſt qđ imputetur reo, qui procuratorem reuocauit. Iſta gloſſ. Rog. proſequitur opi. ſuã, quã ſuper reprobaui. Ideo dicas ꝙ. ſ. in princ. legis, ſñia tenet eas perſonas, quas teneret, ſi reuocatio ſecuta eſſet: ſecus in hoc ver. qñ actor ſciuit: qa tunc ſententia reum non ligat: ideo fideiuſſores non tenẽtur. Quid autem velit dicere Rog. cùm dicit, ꝙ eſt aliud iudicium, declarabo vobis. ¶ Venio ad ver. nã vt cõmittatur. op. de princ. huius. vbi mutatur cõditio perſonæ, tamen ſtipula-

a ¶ Op. de. l. omnium. ſed an qs poſſet agere p plures ꝓcuratores, & an iudex debeat ipos admittere? vide Bal. in. l. j. in. xxiij. col. C. de cõfeſ. & Inno. in. c. in noſtra. de ꝓcur. & Barto. hic adde Bald. in. l. fi. C. ſi plur. vna ſentẽ. & in. l. ij. ſ. de exer. & in. l. non tñ. de ꝓcu. Sed qd in tẽpore, ſi actor velit cõſtituere ꝓcu. ſolũ ꝓ duobꝰ menſibꝰ, & nõ ad totam cauſam: an reus debeat audiri? Guli. de ſuza ꝙ nõ. l. iij. C. de ꝓcur. vtrũ aũt poſſit qs accuſari de pluribꝰ crimĩbꝰ, vnico libello, vide. l. libellorũ. §. fi. de accuſ.

citur,ſufficit q̄tū ad dandū libellū:nō q̄tū ad cōdēnationē ferēdā niſi po
h ſtea in ꝓceſſu declaretis[h] de pōdere:vt no.in.d.§.ſi qs argētū.vt hic in vlt.
gl.in prin.huiꝰ.l.ſup ver.debet.Puto ꝙ licet in actiōe depoſiti,ꝓcederet
1 quod dictū eſt:tn̄†cōtra furē ꝓbato furto,de æſtimatione ſtat̃ iuramēto
2 actoris.C.vnde vi.l.ſi qn̄ dicā in.l.quidā tabularū.j.eo.¶ Vlteriꝰ q̄ro,†cū
materia argētea ſit diuerſarū ſpecierū:alia eſt enim liga Peruſina:alia liga
Senēſis:& alia eſt liga Venetorū:vtrū debeāt ponere in libello de qua liga
ſit?Rn̄deo ſic.hoc enim totū ptinet ad declarationem materię.& ſi hoc
3 ignoratur:nō pōt ſciri æſtimatio:vt.l.cū aurū.ſ.de au.& argē.leg.¶†Vl-
timò,no.ꝙ hic dicit̃ in tex.aureos tot,plures ve.ꝙ admittat̃ libellꝰ qn̄ po-
no aliqd certū,& adijciā clauſulā illā & plus:tn̄ iſta clauſula plures ve,ni-
i hil operat̃:[i] niſi poſtea ꝓbet̃ aliqd certū:vt.l.cū furti.ſ.de in li.iuran.

Qui rem.

Qui rem. ¶ Op.de.l.si rem.§.fi.s.de præscrip.ver.&.l.si vēdide
ro.in fi.e.So.quod hîc dicit̄ nō posſidebat:intellige si
aliquo tpe creditor cœperit posſidere:debitor tñ̄ posteà rogauit à credito
re precario:& sic creditor saltē ciuiliter posſidebat.Aliȷ vt Irn.dicunt etiā
si nūq̄ creditor possedit cōmitti furtum debito:quod pōt procedere,qm̄
specialiter erat obligatus,& videbitis.j.eo.l.si is qui.in prin.

LEX XX.

Cum æs.

Si bona. ¶ No.casum in quo fit furtū:& cōpetit actio
furti:& nō est res furtiua.de hoc vide gl.l.se
quitur.§.si rē.s.de vsucap.¶ Opp.de.l.si de eo.§.fi.de acq.pos.So.alio ca
su ibi loquitur:ita dicit gl.quod declara.Nā ibi dicit̄,q̄ rei propriè qs non
est clādestinus possessor:nec dicitur clādestina possessio:ita q̄ hîc nō dici
tur furtiua possessio:nec res furtiua.& ideò si coueniret̄ interdicto vti pos
sidetis,vel vtrobi:iste dn̄s nō posset sibi obiȷcere,q̄ possessio ista sit clāde
stina:sed bñ̄ teneret̄ furti.¶ Op.de.l.ȷȷ.§.hac actione.j.vi bo.rap.So.ibi nō
fuit in dolo:quia putauit sibi licere.¶ Opp.j.e.l.qui iniuriæ.§.fi.Rn̄deo:
ibi habebat ex cā lucratiua ille,cui res est subrepta:ita q̄ sua nō intererat,
si res est subrepta:secus si sua interesset:vt ibi patet.¶ Vlterius op.q̄ vsu-
capio hîc sit īterrupta,propter naturalē interruptionē:vt.l.natural̄r.s.de
vsuc.So.hoc nō interrūpitur vsucapio.qa res fit furtiua:sed propter inter-
ruptionē possessiōis:posset ergo de nouo incipere posſidere,& vsucape.

SVMMARIVM.

1 *Vxorem alterius,qui sæpius adit,una duntaxat pœna punitur.*
2 *Actio furti,quòd nascatur ex aſsidua contrectatione,quando res iterum reuertitur in potestatem domini.*
3 *Statuto stante,quòd si quis percusserit aliquem cum sanguine in platæa,manus sibi amputetur:aliquis percuſsit Titium in platæa cum sanguine pluribus percuſsionibus:an sibi debeant ambæ manus amputari?*

LEX XXI.

Vlgaris. a ¶ Hæc.l.diuiditur in tres partes . Primò
ponitur.q.secūdò rn̄sio Offiliȷ,& eius rō &
illatio.Tertiò ponit̄ rn̄sio Iuriscōsulti authoris huius.l.& pro-
bo per exēpla.secūda ibi,Offilius.Tertia ibi,sed verū.¶ Not.
tex.ibi:qui aūt &c.Pro declaratione huius text.quæro,qual̄r iste ver.nā
& qui.inducitur ad probationē determinationis Iuriscōsulti?Rn̄deo,q̄ se-
cūdùm quod sentit glo.& Dy.cùm iste tex.dicat eiusdē rei manifestus fur
erit,& nō manifest⁹:vr̄ dicere,q̄ de aliȷs nō est fur:vt.l.cū prętor.s.de iud.
¶ Op.de dicto Offiliȷ ad dictū Vlpiani.Sol.glo.Offili⁹ loquit̄ de rigore:
sed Vlpian⁹ loquit̄ de æqtate.Puto q̄ offili⁹ nō dixerit verū,nec de rigo
re,nec de ęqtate.Nō ob.rō sua:qa q aurē alicui⁹ tetigit.&c.qa illud loquit̄
in toto integrali,quod cōsistit vno spū,seu vna elemētatiōe,nec diuiditur.
Sed qō nr̄a loqt̄ in toto,qd' cōsistit in partibus separatis:& qd' diuidet̄,vt
aceruus frumēti.¶ Ad idē op.j.de incē.rui.nau.l.ȷȷ.§.senat⁹.Sol.ibi est ali⁹
casus.Præterea ibi in toto periȷt dn̄o:vn̄ in toto interest.¶ Itē op.dicitur
hîc in fi.q̄ eiusdē rei est fur manifestus,& nec manifest⁹.Cōtrà imò ex pri
ma cōtrectatiōe tātùm tenet̄:vt.l.ei q.s.eo.Dicit glo.fateor q̄ ex pria tm̄
cōtrectatiōe tenet̄,sed tñ̄ pl'a furta sunt.Nā ex q̄libet cōtrectatiōe est vnū
furtū.Sicut plura sunt adulteria,si pluries accedis ad vxorē alterius:tñ̄ vna
pœna tm̄ imponetur reo.ita dicit gl.quę inc.imò vr̄,q̄ tm̄ ex pria cōtre-
ctatiōe &c.Ista sol.duo dicit.priò,q̄ plura furta sunt.sed illud est cōtra ca
sum.l.inficiādo.§.īfans.j.e.nec ob.l.q̄uis.s.e.vbi dicit̄.q̄ sępe furtū fit:qa
ītelligo.i.sępe cōtrectat:tñ̄ vnū furtū est:vt dixi.s.ti.j.l.nūq̄.dicā in.§.in-
b fans.¶ † Secūdò dicit b gl.q̄ si pluries ad vxorē alteri⁹ accedis,vna tm̄ pœna
1 imponet̄.cōtra hāc habes gl.in.l.mariti.§.sed mēsiū.j.de adul.l.si diutino.
j.de pœnis.Respōdeo,fateor q̄ ex quolibet coitu nascitur accusatio.l.Iul.
de adul.quia nunq̄ plura &c.vt.s.ti.j.l.nunq̄.sed quia pœna non est reite
rabilis,qm̄ pœna capitis imponit̄ pro adulterio:vt.l.q̄uis.in fi.C.de adul.
pro tāto dicit gl.q̄ vna tātùm pœna imponit̄:ita debet intelligi ista gl.li-
cet ergo gl.ista pte dicat verū:tñ̄ so.ī se ad cōtrariū nō est vera:vt patet ex
2 prædictis.Vn̄ glo.soluit † alio mō,quæ incipit eiusdē rei:cùm dicit,q̄ asſi-
dua cōtrectatione nō nascitur actio furti:verū est,nisi res iterū reuertat̄ in
dn̄i potestatē:vt.j.e.l.inter oēs.in fi.sed hîc fuit cōtrectatio facta,& res di-
missa in dn̄i ptāte:posteà iterū cōtrectata:meritò ex qualibet nascit̄ actio
furti.ar.l.sequit̄.§.Itē labeo.s.de vsu.& hoc tenet Dy.& hoc vos teneatis.
¶ Op.cū oēs res hîc fuerint cōtrectatæ:ergo pro oib⁹ cōpetit actio furti,
cū furtū sit &c.vt.s.eo.l.j.in fi.Rn̄deo,licet oēs res fuerīt cōtrectatę:nō tñ̄
fuit anim⁹ lucrādi,nisi in vna re tm̄.s.in exportatis:vt.j.l.proxi.§.j.reqrit̄
3 em̄ anim⁹ lucrādi:vt cōpetat actio furti:vt.l.j.in fi.s.e.¶ † Quęro,statutū
est in hac ciuitate,q̄ si quis percusserit aliquē cū sanguine in platæa,ampu
tetur sibi manus:modò quidā percusſit aliquem pluribus percusſionibus
c cū sanguine:an debeāt amputari c plures manus?Habui hāc quæstionem
de facto.Ista glo.facit q̄ non.sed intellecta:vt dixi vobis,q̄ hoc ideò fuit:
quia pœna nō recipit reiterationē nō faceret:qm̄ manus sunt duæ.vita aūt
est [illegible] Vnde videtur dicēdū,q̄ si qdē statutū dicit,amputetur manus sim
pli[illegible]initè:non dicit quæ manus.s.dextera,vel sinistra:& tunc
po[illegible]utari ambę.Sicut em̄ gen⁹ generalissimū:vt pœna,quę est in
q̄titate,[illegible]it multiplicationem:ita hîc genus subalternum recipit mul-
tiplicationē,donec durat ar.l.in ratione.ȷȷ.§.diligen-
ter.s.ad.l.fal.Sed si dicit manus dextera.hic est ad- a
uertendum:siquidem illa plura delicta præcesserūt
ante,q̄ de aliquo fieret condēnatio:tunc sufficit am
putari vnam manū pro omnibus:sicut hîc dicitur.
ar.eius,quod dicitur,q̄ si vnus committit plura de-
d licta,vna datione d illius indiuidui,dominus liberat̄:
vt.l.si quis à multis.s.de noxa.s.tit.j.l.nunq̄ plura.
ver.sed si seruus.Sed si primò facta esset condēnatio
de vno delicto,posteà cōmitteret ille aliud delictū:
tunc posset iudex alterare pœnā,vt amputaretur al
tera manus:cum illa pœna amputationis manus de-
xteræ non posset amplius imponi:vt in.l.hos accu
sare.§.omnibus.j.de accusa.

Si is qui. ¶ Differt iste.§.à pręcedenti:quia
s.fuit exportatio tantùm in parte.
hîc fuit exportatio in toto:tamē animus furandi fuit
in parte.¶ Op.j.proxi.§.so.vt statim videbitis.

SVMMARIVM.

1 *Veritas circa eandem rem magis inſpicitur,quàm opinio:secus si circa diuersas res.*
2 *Furtum partis nel totius,quando ex contrectatione fiat?*

1 **Si quis æs.** † Dicitur in.§.si quis æs.quod
inspicit̄ potius veritas,q̄ opi-
e nio e.Sed in.§.præcedenti & se.dicitur contra,quòd
inspicitur potius opinio,quàm veritas.Solu.dicunt
docto.hîc,in.§.si quis æs.inspicitur potius veritas:
quia est circa eandē rem.in.d.§.præce.& sequenti,
inspicitur potius opinio:quia est circa diuersas res.
ita dicunt doct.C.ad.l.Iuli.de vi.l.quoniam multa.
dixi in.l.diuus.j.de sica.vel secundum gl.magis ra-
tionabiliter in.§.si quis æs.fuit error circa quantita-
tem:qui error non facit cessare animum furandi:
Sed in.§.præceden.& seq.fuit error circa dominiū,
& facit cessare animum furādi.¶ Contra hoc op.de
l.in actione.in fi.s.eo.Sol.ibi sciebat ius alienū esse:
licet suum crederet:& eodem modo responde.s.l.
proxi.in fi.item op.in ver.sed si causam.vbi error in
dominio non impedit furtum.Sol.ibi loquitur in to
to integrali non diuiso de se,nec per furē:ideò pars
accedit,& error in dominio non excusat ab illa par-
2 te.Et ideò est aduertendum † pro declaratione mate
riæ quandoq̄ totū contrectetur:sed pars exportat̄:
tunc illius partis tantùm fit furtū,siue sit totū,quod
cōsistit ex partibus separatis:vt hac.l.in prin.& hic
in ver.sed & si de naui.&c.siue sit totum integrale
consistens ex partibus cohærentibus:vt.s.l.prox.in
fi.Quandoq̄ totum exportatur,sed animus non est
in toto:tunc aut animus errat in qualitate rei,& to-
tius fit furtum:vt in.§.si quis.Aut errat in dominio
& tūc aut erat totum integrale,& totius sit furtum:
vt in versiculo sed si ausam.de naui.Aut illud totū
consistebat ex partibus separatis,& illus partis tan-

vide in simili de hac incertitudine Inn.in.c.ex parte Abbatissæ,de pri.gl.
in.c.cum interdum.de ver.sig.De ista autē dictione,plus,vide Bal.in.l.ab
hostibus.§.sed quod simpliciter.ex quib.cau.ma.&.ff.si quis cau.in.l.& si
post tres.Adde an procedat libellus,q̄ talis surripuit,& celauit animo fu-
randi,& cōtrectandi res,& bona quæ ascendūt ad æstimationē.c.saluo er
rore calculi,Bald.
consi.cvj.j.lib.

a ¶ Vulgaris pœ-
na imponetur.Ad
de no.in.l.inficiā-
do.§.infans.j.eod.
vide Ioan.Cald.&
Ioā.de lig.in con
silio incip.vnū,an
multiplicanda pœ
na.& alio incipiē.
in,q.huius thema
tis rei &c.& not.
Barto.in.l.nunq̄
plura.& ibi Imo.
s.de pri.delict.vi
de gl.& Bar.ibi in
l.mariti.§.sex mē
sium.j.de adul.&
gl.& Bart.in.l.di-
uortium.de pœ-
nis.& gl.& Bart.
in.l.mariti.videli
cet,q̄ tot dicūtur
delicta,quoties lu
xuriatum est.& se
quitur Bal.in.c.j.
§.quibus.de pri.
quem videas.& vi
de Bar.in.l.ei qui,
s.e.& quæ dixi in
d.l.nunquā plura,
& vide gl.ȷȷ.q.vȷȷ.
mutāte.&.xxvȷȷ.
q.j.ca.virginibus.
adde vt per Bal.cō
si.ccxlvj.j.li.& me
lius consi.ccclxx.
iiȷ.ȷȷ.lib.vbi ponit
de intelligen.sta-
tuti,q̄ pro tribus
furtis quis damne
tur ad furcas.

b ¶ Secundò dicit.
adde.d.Bal.in.d.l.
quicūq̄.C.de ser.
fu.vbi singulariter
loquit̄.vide Bart.
in.l.j.§.vnde quę-
ritur.de pub.glo.
in.l.pen.de act.&
obli.super glos.in
c.inuitare.vj.q.j.
text.in.c.sicut.de
test.& ibid.Abb.
& ibi dixi text.in.c.ad apostolicæ.de re iudi.lib.vj.& ibi Archi.Barto.in
consilio incipien.Antonius commisit.do.Pe.de Anchar.in consi.iiȷ.vbi
singulariter sequitur do.Abb.in.c.sicut dignum.de homi.Dyn.in.l.nunq̄
plura delicta.de priua.deli.Ioan.de Imol.in.d.§.vnde quæritur.Andręas
Barba.

c ¶ Debeant amputari:vide quæ no.Barto.in.l.si gemina,j.de arbo.fur.cæ-
sa.& per doctores in.l.si fugitiui.& se.C.de ser.fugiit.& vide quod notat.
Barto.in.l.sanctio.in fi.j.de pœnis.& quod no.Bal.in.l.j.in vlti.col.in fi.
ver,sed nunquid.C.de sent.quæ pro eo quod interest.

d ¶ Vna datione.vide quæ dixi post Barto.in.l.nunquam plura.in princi.
iiȷ.col.s.tit.j.sed quid si statutum dicat,q̄ amputans manum dexterā,pu-
niatur in manu dextera,quæ in delinquente postea non reperitur?an pote
rit iudex mutare pœnam?Bal.videtur dicere,q̄ sic.in.c.j.§.iniuria.ver.fur
tum.de pa.iur.fir,in.q.inci.quæro qualiter debeat puniri ille,qui abscon-
dit alicui manū.& vide Bar.& quæ ibi dixi in.l.hos accusare.§.omnibus.
s.de acce.Sed quid si statutū punit eruentē oculum non vidētem?dic q̄ nō
includitur in statuto.secundum Bal.in.l.conuenticulam.in.iȷ.col.de epis.
& cleri.cum Bar.hîc transit Imo.& Ang.

e ¶ Quàm opi.An in delictis inspiciatur potius veritas,q̄ opi.& econtra.
adde pulchram dist.Bal.in.l.si quis seruo.C.de fur.

a ¶ Qui furti. Allegat iſtum tex. Bal. in. l. ſi quis ad ſe. in. ij. col. ſeq. ij. not. & in vlt. col. C. ad. l. Iul. de vi. & adde gloſ. no. in materia. & Bal. in. l. ſi conſti. C. fi. regundo.

b ¶ Extra ordinem. Vide quæ dixi in. l. pe. de extraor. cri.

c ¶ Qui tabulas. Adde tex. in. c. cum dilecta. de cõfir. vtili vel inuti. vbi fuit ſcriptum priuilegium in papyro. vide ibi. d. Abb. poſt alios. Andrę. Barba.

d ¶ Vltimò hẽtis. Adde. d. Petr. de Anc. ĩ. c. cũ pridẽ. de pact. vbi dicit tex. opp. quẽ allegauit Bart hîc. & adde Bal. in. l. pecuniæ. C. de ſolut. & quę ibi remiſi. Andr. Barba.

e ¶ Per inſtrumentum. no. ꝙ inſtr̄m cancellatũ probat olim debitũ fuiſſe, & p̄ſumit̃ ſatiſfactũ. Adde Bart. in. l. in offerendis. C. de ap. & ẽt no. Bal. in rub. C. de fide ĩſtr. ĩ. xiiij. co. ver. iuxta hoc q̃ro. Not. Bart. ĩ. l. plurib⁹. ſ. de his, quę ĩ teſta delẽ. p Bartol. latius in. l. fullo. §. qui tabulas. j. e. & facit qđ no. Bar. de ſen. cãcellata. ĩ. l. acta. de re iudi. & Bal. ĩ. l. emãcipatiõe. C. de fid. inſtru. Tu vide oĩno Bar. ĩ. l. j. §. ſi ſi. de lat. li. tol. Adde qđ voluit Bal. cõ. ccxx. ꝙ liber rationum mercatorũ cãcellat⁹, dicat̃ cõis, inter ipm & creditores, & debitores: qa lʒ ſit cãcellat⁹: tñ ꝓbat debitum pręceſsiſſe.

f ¶ Vlteri⁹ quęro. an debitor poſsit cogi inſtrumentũ facere, vide Bart. in. l. ſi finita. §. elegãter. de dã. ĩfec. & ĩ. l. ij. ſ. ſol. mat. & ĩ. l. dedi. ſi prin. de cõdi. ob cãm. & qđ no. do. Io. ĩ d. l. huiuſmodi. §. ſi ita. de lega. j. vide Bar. & Bal. ĩ. l. noſtrã. in. iiij. col. de teſt. C. & not. extra de teſt. in c. ſignificauit. & ĩ ca. Albericus. & l. ſicut datã. C. de libe. cã & dixit Bal. p illũ tex. in. l. fi. C. de pac. cõuẽ. ꝙ qñ procurator edidit inſtrumẽta dño, cogit̃ dñs ipſe facere inſtrumẽtum de ſuſcepto. & hîc adde qđ dicit Bal. in. l. plures apochis. & ſequitur ibi Bal. C. de fi. inſtru. & vide Bar. & Bal. in. d. l. noſtram. C. de teſt. Adde ꝙ etiam debitor poteſt cogere hæredes creditoris, vt faciãt ſibi inſtrumentũ quietationis de ſolutis defuncto: vel ꝙ reddãt inſtrumẽta cãcellata. vide Bal. conſil. cxlix. & an creditor teneatur facere generalem liberationem debitori. vide per eundem conſil. cccxlix. eod. volu.

tùm, in qua anim⁹ fuit, ſit furtũ: vt in iſtis. §§. dicit̃.

SVMMARIVM.

1 *Regula, quòd affectus puniatur etiam ſi non ſequatur effectus, habet locum in actione criminali non ciuili. Et in caſu huius. l. quis non poteſt puniri criminaliter pro furto: ſed extraordinariè intrans domum alicuius animo furandi ſimpliciter, & non cum affectu furandi aliquam rem præcisè punitur extraordinariè. nu. 2.*

Qui furti. a ¶ Opp. ꝙ delictũ habeat̃ pro facto: vt. l. ſi quis non dicã rapere. C. de epi. & cle. Sol. illa materia: 1 † ſcilicet punitur affectus, etiã ſi cõſequatur effectus, habet locũ q̃tũ ad accuſationem criminalẽ: vt in contrario, non q̃tum ad ciuilem actionẽ: vt hîc. ita not. ſecũdùm Iac. de Ra. & Pe. vt refert Cy. in. d. l. ſi quis non dicã rapere. in. iij. oppo. & in. l. ſi quis ad ſe fundum. in. iiij. q. C. ad. l. Iul. de vi. 2 † tamen in caſu huius. l. non crederem, quòd poſſet puniri criminaliter de furto: quia non habuit affectum furandi aliquam rem pręcisè: ſed intrauit animo furandi ſimpliciter. ideò punitur extra ordinem b tanquam de extraordinario crimine. vt. l. pe. in prin. j. de extraordi. cri.

Item ſi quis. ¶ Gloſ. intelligit, ꝙ totius eſt fur, quãdo cõtrectauit: vt oẽs tolleret. Iſta expoſitio videt̃ cõtra text. ibi licet ſoluerit, vt ſingulas &c. Puto gl. dicere verũ. & quod dicit: licet ſoluerit. intelligo, vt tolleret ſingulas. hoc eſt, ſingulariter quãlibet rem, nõ omnes ſimul fortè, qa ſi omnes ſimul portare viderẽtur &c.

Si duo. ¶ Simile habet is in. l. ita vulneratus. in fi. ſ. ad. l. aquil.

SVMMARIVM.

1 *Qui coloni habeant condictionem furtiuam?*

LEX XXVI.

Si apes.

Item conſtat. ¶ Opp. de. l. cũ in plures. §. meſſem. ſ. loca. Huius timore gloſ. diſtinguit inter colonum, qui colit nũmis, & colonum partiarium. vide gloſſ. quæ incipit. hoc eſt: & ibi dum dicit, ipſe ſolus: dic vt. ſ. diximus. In eo, quod gloſſ. dicit, quòd fructus percepti à fure ſunt coloni, qui nũmis colit. dicit malè. Nam tales fructus ita demum efficiuntur coloni, ſi ſunt percepti ab eo, vel ab alio eius nomine: vt. j. eod. l. ſi ſeruus communis. §. locaui. ſed fur non percipit iure coloni: ergo &c. Præterea, fructuarius habet plus iuris, quàm colonus: & tamen fructus non efficiuntur ſui percepti à fure. ergo nec coloni: vt. l. ſi fur. ſ. de vſufru. Ex hoc ſequitur, quòd colonus talis condictionem furtiuam non habet: & ſic malè dicit gloſſ. non obſt. iſte text. hîc: quia hîc non dicitur, quòd fructus percepti à fure ſunt coloni: ſed dicit, quòd colonus habet actionem furti: quia ſua intereſt. Intereſt autem coloni hoc, quia ſi fur non accepiſſet, quàm primùm fructus fuiſſent percepti à colono, vel ab alio ſuo nomine, fuiſſent ſui: vnde eſt impeditus colonus per furem: & iſtud eſt ſuum intereſſe. & iſta eſt vera ratio tex. quam tenet Iacob. de Are. In eo verò, quod intelligit gloſſ. de eo, qui conduxit ad non modicum tempus, dicit verum: quia ille habet vtile dominiũ. Itẽ in eo ꝙ gl. intelligit. §. meſſem in colono partiario hic & ibi, nõ dicit verũ: qa ibi dicitur, ꝙ agit̃, ex locato: ergo loquitur in eo, qui colit nũmis. Nã partiarius ageret actiõe pro ſocio: vt. l. ſi merces. §. vis maior. ſ. loc. & l. cũ duobus. §. ſi in coeũda. ſ. pro ſo. Præterea gl. alibi non facit differẽtiã inter colonũ partiariũ, & eũ qui colit nũmis: vt. l. eũ qui. §. præterea. ſ. eo. ti. Sed illa gl. nõ dicit verũ in eo, quod dicit fructus, qui percipiuntur per furẽ effici coloni. 1 ¶ † Pro huius igitur declaratione debes ſcire, ꝙ reperiũtur coloni quadruplicis temporis: quidã conducunt ad non modicum tempus, & iſti ſine dubio habent actionẽ furti, & condictionẽ furtiuam: quia habent vtile dñium. Quidam conducunt ad tp̃s modicũ: & iſti quandoq; nũmis colunt. Qñq; dant penſionẽ in alia materia: vt tantum de frumento, vino, & oleo: nõ inſpecto eo, quod percipitur ex fundo. Qñq; eſt colonus partiarius: & inter iſtos eſt differẽtia: quia primus agit locati. ſecũdus pręſcriptis verbis agit, quaſi ex cõtractu innominato: licet qñq; appelletur locatio: vt. l. ſi olei. C. loca. tertius agit actiõe pro ſocio: vt. d. §. vis maior. Itẽ duo primi nullo mõ faciũt fructus ſuos: niſi ab eis, vel eorũ nomine ſint percepti: vt. l. ſi ſeruus. §. locaui. j. eo. Et ideò ſi ſurripiãtur nõ habẽt condictionẽ furtiuã: quia nõ efficiũtur domini: ſed habent actionem furti: quia ſua intereſt: vt hîc. tertius eodem modo, ſi haberet actionem furti non condictionem furtiuam: tamen differt à præcedentibus: quia non habet actionem furti: niſi pro parte ſua: quia pro illa dimidia ſua intereſt: alij habent actionem furti inſolidum.

SVMMARIVM.

1 *Notarius poteſt ſcribere inſtrumentum in tabulis de cæra, uel de ligno, & facit fidẽ.*
2 *Statutum, quod habens inſtrumentum à. x. libris. ſ. teneatur illud inſinuare, comprehendit inſtrumentum de. x. libris: licet non ſit exigibile.*
3 *Debitor poteſt petere à creditore, ut ſibi reddat inſtrumentum debiti ſoluti.*
4 *Actor quòd teneatur edere reo, ad exceptionem fundandam.*
5 *Inſtrumentum cancellatum, & inane, quòd probet debitum præceſsiſſe.*
6 *Creditor tenetur liberare debitorem per acceptilationem, ſi debitor petit ſibi reddi inſtrumentum debiti ſoluti, & creditor non haberet ipſum.*
7 *Creditor, qui reddidit inſtrumentum debiti ſoluti debitori, poteſt cogere debitorem facere inſtrumentum, per quod appareat debitum præceſsiſſe, & debitum ſciuiſſe.*

LEX XXVII.

c Qui tabulas. c ¶ Not. ꝙ ibi quid ſi iã erãt inanes: quęro ſolutũ &c. Pro declaratione. l. & gloſſ. quę primò, quid vult dicere tex. circa principiũ, dum dicit: ſi tãti interfuit. Rñdeo: dicũt quidã fortè: qa pars debiti erat ſoluta. & ſic pro illa parte intereſt. hoc eſt falſum: qa etiã toto debito ſoluto dicit̃ intereſſe: vt in ver. ꝙ ſi iam. Dicẽdũ eſt ergo, ꝙ hoc ideò: quia dicit: qa ſi fortè alię ꝓbationes eẽnt de parte, vel de toto, nõ ĩtereſt in tãtùm. ita intelligit gl. Quod an ſit verũ dicã incõtinẽti in ſe. §. ¶ Quęro, qñ debitũ eſt ſolutũ, qd duplatur? gl. rñdet, & bñ ꝙ totũ: qa poſsibile eſt ſua intereſſe in totũ, qđ ibi cõtinet̃: vt. j. eo. l. fullo vel ſarcinator. in fin. 1 ¶ † Hoc præmiſſo habes notare. Priò, qđ ſi notari⁹ ſcriberet inſtr̄m in tabulis de ligno, vel de cęra, ꝙ faceret fidẽ: vt hîc in prin. & l. j. in princ. ſ. de bo. poſ. ſecũdũ tab. & l. in cõmodato. §. ſicut. ſ. cõmo. & ibi p Gul. de cu. 2 ¶ † Secũdò no. hoc argu ad ſtatutũ cõis Peruſij, quo cauet̃, ſi qs habet inſtr̄m donationis teſti, vel codicillorũ à. x. libris. ſ. teneatur inſinuare: vt intelligat̃ etiã à. x. libris. ſi tãta q̃titas eſt promiſſa, vel legata, nõ inſpecto, vtrũ debitor ſit ſoluẽdo, vel nõ ſoluẽdo: vt videbitis hîc. Licet em̃ debitor ſoluẽdo nõ eẽt: poſsibile eſt, ꝙ perueniret ad pinguiorẽ fortunã: & ſic verũ eſt, ꝙ inſtr̄m eſt de tãta q̃titate, quãta ibi cõtineat̃. 3 ¶ † Tertiò, tu habes hîc, ꝙ debitor põt à creditore petere ſibi reddi inſtr̄m debiti ſoluti: vt hîc. & C. de cõdi. ſine cã. l. diſſolutæ. 4 † Ex hoc habes caſum cõtra Azo. qui dicebat, ꝙ actor nõ edit reo ad exceptionẽ fundãdã: ita no. in. l. j. §. edẽda. ſ. de edẽ. & l. fi. C. de edẽ. certè hîc eſt caſus, ꝙ reus petit ab actore ſibi reddi inſtr̄m debiti, vt poſsit fundare exceptionẽ ſuã, ſcilicet ſe ſoluiſſe. d ¶ Vltimò d hẽtis hîc, 5 † ꝙ per inſtr̄m e q̃cq; cãcellatũ, & inane: probetur debitũ præceſsiſſe. Nã hîc ideò retinet creditor e inſtr̄m, vt poſsit probare fuiſſe debitũ: & videbitis. j. eo. l. fullo, vel Sarcinator. 6 ¶ † Quæro, circa hãc materiã qñ debitor petit ſibi reddi inſtr̄m debiti ſoluti, & creditor nõ haberet ipſum: ad qd cõdẽnabitur creditor? certè f vt eũ liberet p acceptilationẽ: vt. l. ab oĩb⁹. §. j. ſ. de leg. j. ¶ Vlteri⁹ quæro, f 7 qñ creditor reddidit † inſtr̄m debiti: vtrũ poſsit cogere debitorẽ facere inſtrumẽtũ, p quod appet debitũ pręceſsiſſe: & debitũ ſoluiſſe? certè ſic: alſ eẽt captio creditoris: vt hîc videbitis: probatur. C. de fi. inſt. l. pr̄es apochis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor quanto minoris nomen uenderet debitoris, num id æſtimari debeat, propter inſtrumentum ſubtractum, quod habebat executionem paratam: nunc non poteſt, niſi per teſtes probari?*

Inde poteſt quæri. ¶ In hoc ver. forma caſum. Dictum eſt. ſ. proximè, ꝙ duplat̃ illud, quod cõtinetur in inſtrumento, ſi mõ tãtùm interſit. inde quæro &c. ¶ No. ergo, ꝙ ſi ſunt aliæ probationes de debito, nõ videtur intereſſe. Contra hoc op. quia aliæ probationes pñt deperire: ergo vr̄ in totũ intereſſe: vt. ſ. eo. l. eũ. §. Papinianus. dicit Hug. iſta verba Iuriſcõſulti, quæ dicũt: ſed nihil vr̄ &c. ꝙ malè ſibi vr̄. Ita dicit hîc Hug. Rõnes ergo præcedẽtes ſunt meliores. Alij vt Pla. dicũt, ꝙ bene vr̄ Iuriſcõſultus locutus: & qcquid eſt dictũ ſ. eſt dictũ phiſicè, & diſputãdo: hîc verò loquitur determinãdo: ſed nihil vr̄ &c. Dy. & d. Old. videntur tenere opi. Hug. gl. tenet opi. Pla. hîc, & ſ. in. iij. gl. l. ¶ Ego credo gl. dicere veritatẽ. Primò p text. huius. l. ſecũdò p caſum in. l. quidã tabularum. j. e. vbi eſt expreſſum, ꝙ ſi tp̃e furti eẽnt alię probationes,

a ¶ Homicidio. Tene menti pro statuto an præstans opem homicidio dicatur homicida? Adde quod no. dicit Bar. in l. nihil. j. de sica.

b ¶ Qualiter puniatur. Quero qualiter puniatur prestãs opẽ. vide Bar. in l. in furti. §. ope. j. eo. & quod no. Bar. in l. nõ solũ. §. si mãdato. maximè ad fin. j. de iniuriis. & Bar. in l. nõ ideò minus. in. vj. col. C. de accu. sed qualiter debet in accusa. dici. vide oĩno Bart. in l. oẽs. de agr. & cẽsi. lib. xj. vbi dicit, ꝙ debet dici, ꝙ sciẽs fecit. Item no. quod Inn. ĩ. c. continẽtiã. de cle. pcuss. dixit, ꝙ illi, qui sint simul, vt vn⁹ alteri dare auxiliũ, quod ẽ not. & reassũpsit Bal. in c. j. de bñficio fratris. & dicit ibi Inn. quod qui stat armatus cũ aliis: licet nullũ actum faciat, dicitur facere opem. quod dicit Bal. mẽti tenẽdũ. ĩ. l. raptores. C. de epi. & cle. & ĩ. l. j. in. ij. col. C. de ser. fug. Et vide Bald. in l. j. in vlti. charta. C. vñ vi. in rep. in quibus locis tenet idẽ, quod Inno. vbi. s. & statutũ dicẽs, si qs occiderit, nõ verificabitur in dãte opẽ. l. nihil interest. & ibi Bald. j. de sica. Adde etiã hĩc ꝙ ille dicitur opem præstare, qui suis verbis robur prestat: & aduersariis timorẽ incutit, secũdùm Inn. in c. j. de homi. & gñaliter vide Bar. in l. in furti. §. ope. & in l. si is qui rem. §. si tu. in fi. j. eod. & Bal. in l. si familia. s. de iurisd. om. iud. & in l. j. C. de ser. fugi. Et an distinguatur, an faciẽs factur⁹ esset: vide Angel. in l. j. de eo per quẽ fa. erit. & quis dicat prestare fauorẽ. vide de Bal. ĩ. l. ob hæc verba. s. de infa. Et qd si in principali pœna ex postfacto augmẽtat, vel minuit. qd in pstãte opẽ? vide quod not. Bar. in l. libertis. la. ij. §. posthumis. de ali. lega. & dicit Barto. in d. l. rap. C. de episc. & ibi Bal. & Bart. in l. j. C. de rap. vir. in qbusdã lect. ꝙ si aliqs accusat de auxilio, debet deduci, ꝙ tpe delicti prebuit auxiliũ. Sed qd si prestat auxiliũ nõ crimini, sed criminoso? dic vt in cle. j. de pœnis. & qd si statutũ dicit: si qs suis manib⁹ occidit: an puniat opẽ prestãs? habes ꝙ nõ ĩ. d. c. cõtinẽti. Et adde, ꝙ tñ dicere tur prestare opẽ secũdùm Bar. ĩ. l. cuius. j. ad l. Iul. maie. Et qd si in accusatione dicatur alter alteri, pbuit auxiliũ. de quibus intelligat? vide Bald. in l. ancillæ. C. de fur. & faciunt no. per Bar. hĩc in fi. & an quis associãdo simpliciter dicat pstare auxiliũ: vltra prędicta vide. l. j. C. de his, q latro. & tex. in d. l. j. de rap. vir. & Bal. ĩ. d. l. raptores. ad fi. Et qđ habet in cle. j. de pœ. & qualiter puniet q prebet auxiliũ, consiliũ, & fauorẽ, & vide bonũ text. xiij. q. v. cũ homo & in c. si quis. cũ se. & xxiij. q. vl. q aliorũ. & text. de pœ. dist. j. in c. periculosè. & si occidi aliquẽ, an socii puniant, qui mecũ erant. vide Inno. de homi. in c. sicut dignum. & Host. eo. tit. §. qa pœna ibi: agit. & ibi: quid ergo per Ioan. an. de cle. in c. cupiẽtes. aliàs cęterũ. in. vj. Adde quod not. Bart. in l. si vẽdidero. §. raptor. j. e. & l. fi. j. de sica. & in l. fullo. la. ij. j. eod. & an præstans testimoniũ pro aliquo, dicat præstare auxiliũ? vide Bart. in l. post legatũ. §. his verò. in fi. de his, qui. vt indi. & supradictis adde, ꝙ licet aliquis sit presens, & assistat alicui simpliciter, nõ dicit opẽ præstare: vt in l. j. §. si in eo. & ibi Barto. s. ad sillan. & si statutũ punit certa pœna cõmittentẽ maleficiũ: an verificet in præstãte cõsiliũ, & auxilium? dic vt per Guido. de suz. in sua. q. in ci. pone. qui sunt de facto: statutum dicat, ꝙ qui facit. Et adde, ꝙ etiam ille, qui mecũ stat à remotis armat⁹, si per eum efficiar audacior, & offensus timidior, dicit præstare opẽ mihi. Bal. in l. no iõ minus. in. iij. colũ. C. de accu. An prestãs opem teneat pœna pacis ruptę sicut principalis? Vide Ioan. and. in addi. Spe. in tit. de treu. & pa. §. j. in vlti. addi. & Imo. ĩ l. si stipulatus fuero. de ver. obli. & ad materiam vide omnino Ang. hĩc: qui limitat in hoc materiã. & Bal. in C. de Nili agge. non rumpen. & Ang. & Sali. in l. j. C. de rap. virg. & reqrit vt opẽ pstãs sit in dolo. Bar. in l. sæpe. in fi. de ver. sig. & dat Ang. practicã in auc. de teste. §. si verò absint ad pbandũ me nõ præstitisse opẽ: qa debeo producere testes, qui deponant se fuisse præsentes in homicidio, & nõ potuisse me præstare opẽ, quin ipsi vidissent. Facit quod no. per Cano. in

probationes, non videtur interesse. Nõ ob. §. Pap. l. eum. s. eo. quia ibi agitur de ęstimãdo iure, quod habet in re. hĩc de iure æstimando, quod habet extra rem. Præterea ibi inspicitur, quod euenire põt: scilicet mors serui, quæ põt contingere sine culpa creditoris. Sed ꝙ aliæ probationes pereãt, nõ põt cõtingere sine culpa creditoris, qui habet in sua potestate agere contra suum debitorẽ. ¶ Quæro, †quid si habebat instrumẽtũ & testes? subtractũ est instrumẽtũ, quod habebat paratam executionẽ secũdùm formã statutorum: vel saltẽ habebat probationem paratam de iure cõi: nonne creditoris interest? certè puto, ꝙ sic, ꝙ debeat æstimari sua interesse, quanto minus venderetur illud nomẽ, propter illas probationes subtractas. ar. l. j. §. si hæres. ad Trebel.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum delens animo lucrandi sibi uel alteri, tenetur furti: si animo iniuriandi, & nocendi creditori, tenetur damni infecti iniuriæ.*

2 *Proiiciens aquam, uel oleum in loco, ubi est instrumentum, tenetur. l. Aqui.*

3 *Interdictum de tabulis exhibendis, est præparatorium interdicti quorum bonorum.*

Sed si quis. ¶ Dicitur hĩc, ꝙ qui corrũpit tabulas, tenetur actione furti. Cõtrà. s. ad l. aquil. l. si quis testamentũ. §. fin. sol. dicit Rog. hĩc subauditur, ꝙ non amouit. s. tantùm: & hãc tenet Dyn. Alii dicũt, 1 †ꝙ qñ quis delet instrumẽtũ animo lucrandi sibi: quia erat obligatus in illo instrumẽto, vel animo lucrãdi alii, quẽ diligebat. ar. l. si quis qd pferẽdũ. j. e. ti. tũc tenetur furti: qa deletio illa non põt fieri sine contrectatione. Sed si non fecit animo lucrandi, sed animo iniuriãdi, & nocendi creditori: tunc nõ tenetur furti: sed dãni iniuriæ. ita debetis intelligere. Ista em̃ est vera. Puto et, 2 †ꝙ si quis sine contrectatione deleret: vt quia deiecerat oleũ, vel aquam, in loco vbi instrumẽtũ iacet: ꝙ tũc nõ tenetur furti. s. l. aqui. secundũ præcedẽtẽ solutionẽ. ¶ Secũdò dicitur hĩc, delendo nihil ad pœnã adiicit. Cõtrà. s. ti. j. l. nũq. sol. gl. duobus modis, & bñ. Primò hĩc duo facta fuerũt eodẽ momẽto: ibi separatim. quod satis placet: quia illa duo tendũt ad vnũ, & eũdẽ effectũ. Vel dic, ꝙ nihil adiicit s. ad pœnã. bñ tñ tenetur noua actione. s. ex. l. aql. & est etiã bona sol. 3 ¶ †Itẽ habetis hĩc, ꝙ põt agi interdicto quorũ bonorũ. Cõtra interdictũ quorũ bon. non competit contra debitorẽ: vt. l. vlti. s. quorum bo. So. expone quod dicit quo. bon. i. interdicto de tab. exhib. quod est præparatoriũ illius interdicti.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento deleto, in quo erat debitum conditionale, an agetur ad totum: an fiet executio statim? remissiuè.*

2 *Damnum ubi datur culpa: modus probandi interesse habetur in hac. l. & in l. argentarius. §. cum autem. supra de eden.*

3 *Interesse probatur per iuramentum, quando damnum est datum dolo: uel furtum factum.*

LEX XXXII.

Quidam tabularum. ¶ Ista est notãda. l. & pulcherrima. In hac. l. habes casum expressum, ꝙ si tpe furti facti sunt aliæ probatiões, nõ dicitur interesse. 1 ¶ †Quero, qñ deletũ est instrm̃, in quo erat debitũ cõditionale. Vtrùm agetur ad totũ, an fiet executio statim? dic vt. l. in l. aqui. si deletũ. s. ad l. aquil. & dixi in l. locũ. §. condemnatio. de tab. exhi. 2 ¶ †Quaro, vtrùm sint alii modi probãdi interesse, quã illi q ponunt hĩc, & in l. argentarius. §. cum autẽ. s. de eden. Respondeo in l. aquil. si ponimus damnũ esse datũ culpa: non puto, ꝙ sint alii modi probãdi: nisi illi qui ponũtur his. ll. sed quãdo furtũ est factũ, vel damnũ datum esset dolo: tũc crederẽ, ꝙ probato furto pbaret interesse per iuramentũ: vt no. in l. j. §. hoc interdictũ. s. de vi & vi arma. & C. vnde vi. l. si quando. quæ probatio aduersus principalem debitorem non sufficeret.

SVMMARIVM.

1 *Actio furti manifesti est prætoria, & non datur contra opẽ præstantem furti: nec talis est fur manifestus.*

2 *Homicida, quòd non dicatur, qui præstat opem homicidio: licet puniatur de homicidio: licet dicatur homicida de iure cano. nu. 4.*

3 *Percussor non dicitur, qui præstat opem percussori, licet teneatur de percusso.*

5 *Præstans opem ad maleficium, qualiter puniatur?*

LEX XXXIII.

Is qui opem. ¶ Ista est notãda lex: & aduertas: 1 vt intelligas ar. †quod hĩc facit Iuriscõsultus. Debes sic intelligere: actio furti manifesti est prætoria: vt insti. de perpe. & temp. act. §. j. & edictum requirit: vt si qs teneatur illa actione, ꝙ sit fur manifestus. Sed ille, qui præstat opẽ: nunꝗ est manifestus: imo quod plus, nunquã est fur: qa nõ contrectat: vt hĩc dicit gl. & probat insti. de ob. quæ ex delic. §. interdũ. merito nunquã potest teneri furti manifesti. Dico etiã, ꝙ si comprehendatur in illo actu præstandi opẽ, quòd non est fur manifestus: imò nec fur: vt dixi. meritò illa actio nõ cõpetit cõtra eum. ¶ Ad hoc opp. de. l. hęc verba. j. de adul. respondeo, vt dixi verba edicti sunt concepta in personam, vt fur manifestus teneatur illa actione furti manifesti: non autem dicebant illa verba pro furto manifesto: sed dicebant, fur manifestus: sed præstãs opem nõ est fur. ergo &c. facit. l. aut qui aliter. in fi. suprà quod vi aut clam. l. si seruum. §. amouisse. s. de acquirenda hæredita. meritò ille, qui præstat o-
2 pem, nõ punitur illa actione: sed ista. ¶ †Et ex hoc
a sequitur ꝙ ille, qui præstat opem homicidio,[a] non
3 est homicida: licet teneat de homicidio. ¶ †Itẽ qui præstat opem percussori, non est percussor: licet puniatur de percussione: vt manifestè probat in gl.
4 huius. l. † Canonistæ tamẽ quantũ ad repellendũ aliquem à ministerio altaris appellant homicidam illum, qui præstat opem homicidio: quod explore
5 tis ab eis. ¶ †Quæro circa hanc. l. in casibus, in quibus præstans opem comprehenditur: vel, quia verba essent præscripta in rem, vel hoc esset. l. expressum. qualiter puniatur[b] præstans opem? Cy. tangit C. de Nili agge. non rumpen. l. j. & ibi nil determinat: tamẽ referunt quidam, quod Dy. consuluit opẽ præstãs[c] puniat media pœna eius, qua puniretur principalis. per hanc. l. quæ determinatio est mala, p. l. is cuius opẽ. j. de adul. & per l. nihil. j. de sica. facit. l. j. §. incidit. j. ad turp. Ray. dicebat, aut agit ciuiliter: & est verũ dictũ Dy. vt hĩc. aut agitur criminaliter: & tũc eadem pœna puniat: vt. d. ll. & l. si quen quã. C. de epis. & cler. quod nõ placet. Pone in casu l. ꝙ principalis fur nõ fuit deprehensus: certè in tantum tenet opẽ præstans, quantũ principalis. vt. l. sæpè. circa fi. de ver. sig. ¶ Quid ergo dicemus? videte domini: ego dico, ꝙ regula est, ꝙ præstãs opẽ punit eadẽ pœna, qua principalis punit: vt. ll. s. all. Fallit in casu. l. raptores. C. de rap. vir. & in d. l. j. C. de Nili agge. non rumpen. quia sic ibi est expressum.

c. ex tenore. de testi. Adde quõ quis dicatur opẽ præstare, Bal. conf. ccxx. iiij. li. & qualiter tenearis, si quis venit ad te dicens: volo Titium interficere: & tu rñdeas, facias citò, aliter res tibi non bene succedet. vide Ang. consi. xxij. & an assistens cũ armis dicatur opem ferre? vide Ro. consi. cxvij. & qualiter quis dicatur dare auxiliũ bãnito. vide Pau. de ca. consi. ccxcvj. Et qualiter puniatur parans venenum causa occidẽdi, vide Bald. consilio cxxj. v. li. Et qualiter puniatur asso ciãs ad delictum: licet ipse nihil cõ miserit. per eundem consil. cccc. xxxvj. j. lib.

c ¶ Opẽ præstãs. An præstans opẽ teneatur de dãno dato ab alijs? vide Bar. post gl. in l. j. §. si is, qui non ho mines. j. vi bo. ra. & de materia huiꝰ l. vide per Imol. Inn. in c. sicut dignum. d. Host. & gl. in cle. j. de pœnis. in verbo defen sant. & vide omni no Bal. ĩ. l. ob hæc verba. de infa. Itẽ an procedatur vt contra præstantẽ opem, si quis con sentiat in maleficio: tractat Bar. in l. si is, q. in fi. j. eo.

✣ POMATES.

a ¶ Itẽ fallit. Itẽ limita, nisi sequeretur strages multo rum. ita Ang. hîc, & Barb. in c. j. de offi. deleg. col. xj. Itẽ limita, qñ præ stitissem simplicẽ opẽ: vt puta: quia oĩno illi sine me fuissent sufficientes ad faciẽdũ delictũ, & sic per me nõ est auctũ delictũ. Ita Ang. hîc, & in l. in furti. §. §. ope. j. eodẽ. & Barb. ibi. s. co. xij. & d. Ang. de are. in addi. ad Ang. in tracta. malefic. in gl. in verbo, semp assistit dicto male ficio. & Cęp. cõsi. xxij. limita, & alio mõ. vt per do. Angel. ibi. s. post Bal. in l. j. C. de ca. pec. opin. Bar. hic tenent cõiter Cano. in c. j. de offic. deleg. in iij. mem bro. gl. ibi. scilicet do. Ant. de Butr. Cardi. & Imol. & Cęp. & Pau. Feli. & Mod. Pa. ibi: & Feli. in c. sicut dignum. col. iij. de homici.

a Item fallit.[a] qñ qualitates, propter quas pœna de-
b bet augeri, vel minui, reperiũtur diuersæ[b] in persona facientis, & opẽ præstantis: vt hîc. quod tñ intellige: vt statim dicam ad hoc vt essent contraria. Pro cuius declaratione debetis scire, quod quædã sunt qualitates, ex quibus augentur, quæ superueneriunt præter propositũ delinquẽtiũ, ex postfacto extra ipsum delictũ, vt deprehensio: de qua hic dicitur: & tunc quilibet punitur secũdùm ꝙ illa qualitas inest in eo: vt hîc. Propter quod dico ꝙ si principalis offendens est cõdẽnatus in plus: quia negauit: vel quia fuit cõtumax: certè si opẽ præstans fuit confessus: vel præsens, nõ cõdẽnabitur in plus. propter cõtumaciã principalis: quia in eo istæ qualitates cessant. Quædã sunt qualitates quæ insunt ab ipso initio tẽ pore delicti, secundùm propositũ delinquentiũ: & istæ quidẽ insunt in personis delinquentiũ. Exem plum principalis, occidens erat filius: opẽ præstãs[c]
c erat extraneus. Isto casu opẽ pręstãs punitur in plꝰ. propter qualitatẽ inherẽtẽ ipsi filio principali: vt l. vtrùm. ad l. Pompo. de paricidijs. Et ideò dico, ꝙ si popularis præstaret opẽ nobili, ꝙ punitur in plus secũdùm statuta huius ciuitatis: vel ciuis præstaret opẽ forẽsi: quod puniretur in plus. propter qualitatem inherentẽ principali delinquenti. Quædã sunt qualitates quæ insunt tpe delicti, rõne loci, vel tpis: vel personæ eius in quẽ deliquerunt. Exẽplũ, ego præstiti tibi arma ad homicidiũ cõmittẽdũ de die: tu commisisti de nocte: vel ego præstiti tibi opem stando ad tui securitatẽ extra plateã, vel extra ecclesiam: & tu cõmisisti in ecclesia. vel ego præstiti tibi opẽ: hoc est arma ad interficiẽdũ titiũ, qñ erat priuatus: tu interfecisti eum qñ erat in dignitate positus: vtrùm opẽ præstans puniatur in plus, propter illas qualitates inhærẽtes ipsi delicto? Ista quæstio iacet in hoc, an præstãs opẽ obligetur ex delicto: tũc cũ opẽ præstat, an tunc cùm delictum perficitur? certè tunc cùm delictũ perficitur: vt. j. eo. l. qui seruo. ver. plus Põpo. & l. si quis vxori. §. neqꝫ verbo. j. eo. & videtur glo. velle alibi, ꝙ obligetur ex delicto propter mandatum: seu propter præcedẽtẽ opẽ: ita sen tit gl. in l. j. §. persuadere. s. de ser. cor. & instit. eo. §. ope. si ergo tunc obligetur: ergo in præstãte opẽ, insunt illæ qualitates: quia de nocte incœpit obligari ex delicto, & in platæa, & in homine, & in digni tate videẽ deliquisse: sicut principalis: & ideò ęqua li pœna punietur: de hac ope dicam aliqua. j. eo. l. in furti. §. ope. & l. qui seruo. §. fi.

LEX XXXV.

Si quis quid perferendũ. ¶ Vides hîc, ꝙ si duo delinquunt circa idem. & in vno subest qualitas augmentãdi pœnã, in alio cessat: in vno augmẽtatur qualitas: in alio nõ. ¶ Op. & videtur, ꝙ ille, qui accepit rẽ pferẽdã non teneatur furti: quia non facit animo lucrandi: ergo &c. vt. l. j. §. fin. s. eo. So. nõ facit animo lucrãdi sibi: sed alij. Vnde sufficit, ꝙ faciat animo lucrãdi alteri.

LEX XXXVI.

Qui seruo. ¶ Qui præstat opẽ furto irregulari, non tenetur furti: nisi furtum regulare sequatur. ¶ Not. tex. ibi: tunc tñ incipere teneri. ¶ Ad primum dictum oppo. de l. Neratius. §. cũquis. s. de ser. cor. dicit gl. quòd ibi secuta fuit fuga: hîc non. hoc non est verum: vt patet. ver. plus Pompo. Veritas est, quòd ibi fuit secuta fuga. & ille, qui psuaserat, recepit seruum fugiẽtem: vnde furtũ regulare commisit retinendo eum, meritò furti tenetur.

b ¶ Reperiuntur diuersæ. an qualitas, quæ est in faciente, dicatur etiam esse in præstante opem: quid in mandante? vide Bart. in l. non solùm. §. si mãdato. ver. quero vñ oritur. j. de iniur. & omnino Bar. in l. verũ. j. de pari. & Bal. in l. non eo minus. de accu. C. in vj. colum. Et quãdo pœna talis minoratur propter talem qualitatem, an videatur inesse in præstante opem? vide Bartolum in l. qui seruo. §. item placuit. j. eodem. Et istis adde Bal. in l. j. in iiij. contrario. C. de rapto. virgi. & vide Bartol. in l. ob hæc verba. suprà de infa. & in l. cum mulier. in iiij. col. solut. mat. & vide Modern. in. c. j. in xx. colum. de offi. iudi. delega. Ad de an mandans ita puniatur, sicut executor, stante statuto, quòd nullꝰ corporaliter puniaẽ, nisi. l. municipali caueatur: & alio statuto caueatur, quòd occidens occidatur. ita, quòd statim moriatur. Bald. consilio. iij. iiij. lib.

✣ POMATES.

d ¶ Opẽ præstans. vide Pau. et docto res in c. j. de offi. delega. in iij. mem bro gloss. ibi: & ibi Barbat. & Feli. in c. sicut dignũ. columna. iij. de homici. & vide quod per istam decisionem decidit Ioan. fab. in. §. aliæ insti tu. de publi. iudic. tenet contra. tamẽ aduerte Aretin. in §. ope. insti. de ob liga. quæ ex deli. & in tracta. maleficiorum. in gloss. in versic. Sempronium mandatorẽ. An autem contra administrationem attẽdatur qualitas quæ est in delinquente? dic quòd non: vt per Bartolũ in l. qui seruo. §. j. j. eodem. & Aretin. vbi suprà. & Feli. in l. j. C. de rapto. virgin. Quæ autem sit ratio diuersitatis, cogita. mihi videẽ, quòd neutro casu: idest, quòd neqꝫ ad augendum, neqꝫ ad minuendum, debeat attendi qualitas, quæ insit personæ delinquentis. Nec ob. l. vtrũ. quia qualitas ibi non inerat personæ: sed inerat delicto: & ita sent it Bald. in d. l. j. i. iiij. notabi. C. de rap. virgi.

e ¶ Pro cuiꝰ declaratione. Angel. in l. j. C. de Nil. ag. nõ rump. dicit dictũ Bar. verũ in se: sed est qualitas maleficij. facit quod ipsemet Bar. no. in l. j. ff. de in lit. iur. vbi dicit cautelã, vt fideiussor intercedat in omne id, quod venit ex processu. ergo illud, quod crescit propter contumaciã venit ex processu. & videqꝫ idem Bar. no. in l. libertis. §. posthumus. ff. de ali. leg. And Barb. vno

tur. argumen. l. eos. C. eodem. ¶ Item oppon. de l. consilij. j. de reg. iur. Solu. glo. tunc de malo consilio quis obligatur de dolo: quando non cadit in speciale nomen maleficij: & interest eius, cuius consilium est datum. Sed hîc non interest eius: quia fuga nõ est secuta. & si esset secuta, daretur alia actio specialis: scilicet serui corrupti: meritò nõ competit de dolo. in eo, quod gl. dicit hîc, quòd fuga nõ est secuta: dicit malè. vt patet in ver. plus Pompo. Solu. ergo sic: ibi loquitur, quando ipse cui datum est consilium malum, vult agere contra dantem: hîc verò quando vult agere alius, in cuius perniciem est datum consilium. Facit ad hoc. l. quòd si cum scires. s. de dolo. ¶ Itẽ op. seruus fugitiuus facit furtũ sui ipsius: ergo ille, qui persuasit, videtur præstare opẽ furto: & sic obligatur. l. j. C. de seruis fugi. glos. soluit tribus mo-
d dis. Primò verum est, ꝙ seruus fugiendo facit furtũ sui, si alius eum apprehendat: aliàs secus. Cùm enim non sit, qui principaliter teneatur, nõ potest quis te neri accessoriè, tanqꝫ præstans opem. Ista solu. non est vera in se. per. §. item placuit. j. proxi. Illud tamen quod dicit glo. ꝙ præstans opem, tenetur accessoriè, qualiter procedit, dicam in seq. §. secundo mo mo soluit, quòd sit furtum ad impediendam vsucapionem: non quo ad alia. ¶ Tertia solu. est, quòd ideò hîc non fit furtum: quia seruus hîc nõ aufugit: & sic contrectatio non est secuta. Hanc reprobaui: quia fuga fuit secuta, vt in versi. plus Pompo. quare sol. secundum Iaco. de Aret. ꝙ seruus fugiendo facit furtum sui: tamen hoc vocatur furtum irregulare: quia inter furem, & rem subtractam debet esse diuer sitas: sed in seruo fugitiuo est vnum, & idem fur, & res furata: ideò furtum irregulare est. Et ideò, ꝙ præstat opem, non tenetur furti: secus si esset furtum regulare: vt in ver. sed si alius. & in ver. plus Pompo. vbi dicitur, ꝙ ille qui persuadet, vel mandat maleficiũ committi nõ obligatur: nisi tunc cũ maleficium committiẽ. Facit. l. si quis vxori. §. neqꝫ verbo. j. eo. quod tene menti. ¶ Quæro, quãdo quis persuadet alicui, quòd fugiat, vtrum est necesse, ꝙ habeat animũ, quòd capiatẽ ab alio? gl. hîc videtur dicere, quòd non sufficit, ꝙ sit secuta rapina, vel furtũ ab alio. Ista opinio videtur probari in l. verum. j. eo. tit. & ideò glo. videtur velle, ꝙ quis habeat animum, ꝙ rapiatur ab alio: non dico ab alio certo: sed ab alio in genere. Ita intelligitur glo. j. l. proxi. & l. in furti. §. ope. j. eo. titu.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Præstans opem dicitur teneri accessoriè: quia factim accedit facto.*

2 *Qualitas præstantis opem maleficio, cuius uigore augetur pœna, non principalis delinquentis attenditur.*

Item placuit. ¶ Habes, quòd licet principalis non teneaẽ, punietur tamẽ præstans opem. Cõtra, præstans opẽ accessoriè tenetur: vt habes. s. in prin. l. & pbatẽ in l. nõ ideò minus. C. de accu. si sic. ergo nõ potest teneri: nisi teneaẽ principalis: vt l. græcẽ. §. illud. s. de fideius. sol. Quantũ ad istum. §. dico, ꝙ principalis tenetur naturali obligatione: vt l. sed si damnũ. aliàs. l. peculiũ. §. siue autẽ. & §. seq. s. de pecu. ergo ei potest accedere obligatio: vt teneaẽ qs accessoriè efficacius: vt l. si pupillus. s. de ver. ob. & hoc videtur innuere tex tus in l. si quis id, quod. §. fina. de iurisd. om. iudic. vbi nullo modo tenetur principalis: & tamen præstans opem, tenetur. ¶ † Pro cuius declaratione[e] debetis e
1 d scire, ꝙ præstans opem dicitur teneri accessorè, non quod obligatio accedat obligationi: quia quælibet obligatio est per se principalis. quod apparet: quia

vno soluente alter non liberatur:vt.d.l.si quis id, quod.§.final.&.l.sequē.
& potest in plus teneri vnus, q̄ alius:vt.l.is qui opem.s̈.eo.sed dicitur te-
neri accessoriè:quia factū accedit facto.Nō em̄ quis pōt præstare opē alte
ri facto,nisi illud factū fiat:vt.l.si is qui.§.si tu Titiū.j.eo.Et ideò meritò
sufficit principaliter fecisse illud factū ad hoc,vt præstās opē teneatur:nec
requiritur principalē esse obligatū.Nō enim obligatio accedit obligatio-
1 ni,sed factū facto.¶ Iuxta hoc pone,† ꝙ in cōmittente maleficiū est quæ-
dam qualitas,propter quam pœna est minor in præstante opē:& quæ dā
est qualitas,propter quā pœna est maior.Exēplū,nobilis præstitit opem
a populari delinquenti,vel forensis præstitit ciui opem,tenebitur ne[a] in mi
nus præstās opē?Certè nō:imò qualitas,quæ est in ꝑsona eius semp inspi
citur,nec minorabitur propter ꝑsonā principalis delinquētis:vt hîc.&.l.
si quis id quod.in fi.& probatur.j.ad.l.Pōp.de pari.l.j.vbi si aliqua de con
iunctis ꝑsonis mandaret extraneo,vt interficeret cōiūctā ꝑsonā:similiter
tenetur de paricidio:vt ibi patet:dum dicit,cuius ve dolo malo &c.Et dif-
fert hæc.q.ab eo,quod dixi heri in.l.is qui opem.s̈.eo.quia ibi dixi,quan
do in principali delinquēte erat qualitas,quæ augebat:hîc quando in prin
cipali est qualitas,quæ minuit.Ista tene menti.

Idem Pomponius. ¶ Op.de princi.huius.l.rn̄deo.hîc aufugit cum rebus.& sic est secu-
tū furtum regulare:quia aliud est contrectans,& aliud res contrectata,&
hoc est,quod dicit tex.quia opem & consilium contrectatori tulerit &c.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium à duobus factum est,num quilibet teneatur?*
2 *Practica formandi accusationem,uel inquisitionem,& ut aliquis teneatur de auxilio, & de uulnere.*

Si duo. ¶ Not.§.ꝙ quis tenetur de ope,& auxilio inuicē præstito.
1 Facit ad quæstionē.† Duo interfecerūt vnū:quæritur vtrū
quilibet teneatur de homicidio,& auxilio inuicē præstito?hîc videtur eē
tex.ꝙ sic.Breuiter ego determinaui per hūc modū:qn̄q; plures cōmittūt
vnū maleficiū,vt vnū homicidiū.vel furtū vnum:& oēs simul subtrahen-
do trabē:tūc quilibet tenetur,vt principalis:vt.s̈.eo.l.vulgaris.§.pen.&.l.
ita vulneratus.circa fi.s̈.ad.l.aqui.& ideò non pōt teneri accessoriè:vt.l.ge
b neraliter[b].s̈.de fideiuss.Et licet posses dicere,duo facta fuerunt,& homici
diū,& auxiliū:dico,ꝙ omnia ista tēdūt ad vnū effectū:& ideò vna pœna
imponitur:vt.l.illud.in fi.s̈.ad.l.aqui.Qn̄q; plures committunt maleficia
diuersa:vt puta furantur diuersas res,vel vnus facit vnum vulnus in capite,
c & alius in brachio:tunc pōt teneri[c],vt principalis de vulnere,vel de furto
suo,vt opem præstans vulneri,vel furto alterius:& hîc est casus in nostro
2 §.Aduerte† tn̄ in hoc secundo casu,qualiter formetur accusatio,vel inqsi-
tio.Nam si ego dicerem,Titius percussit Caium in capite,& Martinus in
brachio:& ad prædicta committenda præstiterunt adinuicem auxilium,
& fauorē.Ex hac accusatione non potest sequi cōdēnatio de auxilio:quia
nō exprimitur qualiter præstiterūt auxiliū,vel fauorē:& ideò cùm verba
debeāt intelligi in benigniorē partē:vt.l.si præses.de pœ.intelligetur,ꝙ
percutiendo præstitisti mihi opē,seu auxiliū:& ego tibi præstiti similiter
auxilium percutiendo:& sic actus meus fuit auxilio tibi,& tuus mihi:sed
cū de isto actu ego punior,vt principalis nō puniat:tāq; præstans opem.
Sed debet dicere accusatio,vel inquisitio,ꝙ vnus præstitit opē alteri assi-
stendo vnus alteri:vt habilius committeret:& sic præstitit opem per aliū
actum,quàm per illū,de quo principalis accusatur:ergo &c.vt hîc.Sed si
in accusatione,vel inquisitione diceretur auxilium præstitit,& cōsilium,
& fauorē:ex eo,ꝙ dicit consilium,posset puniri tanq; præstans opē:quia
persuadēs,videtur præstare cōsilium,quod est prestare opē:vt probatur
per totam hanc.l.licet tex.videtur inter opem,& consilium facere differē
tiam:vt.j.eo.l.in furti.§.ope.&.§.consilium.& ibi dicam:& istud consiliū
de necessitate præsupponit alium actum,q̄ illum,de quo accusatus:meri
tò potest puniri.Ita debetis intelligere:tene menti.

LEX XXXVII.

SI Pauonem. ¶ An autem requiratur,ꝙ ille, qui perse cutus est supposuerit eū,qui cœpit?dic
vt in glo.& ibi dixi.s̈.proxi.§.item placuit.

LEX XXXIX.

MAter. ¶ De materia huius.l.mater.&.l.si filius.dic,vt dixi s̈.eo.l.eum qui.§.si filius.

SVMMARIVM.

1 *Animus & non factum,quando inspiciatur?*
2 *Coitus cum meretrice,de iure est impunitus.*
3 *Rapiens per uim meretricem,non tenetur titulo de raptoribus.*
4 *Faciens pacem cum aliquo,& promittens eum non offendere sub pœna,si committit adulterium cum eius uxore,non incidit in pœnam.*
5 *Furtum qui fecit ei,cum quo pacem fecerat,non dicitur pacem rumpere.*
Furtum non est iniuria in personam.
6 *Retinens mulierem causa libidinis circa.xx.horas,non tenetur de plagiario,nec de priuato carcere:secus si ultra.xx.horas.*

LEX XL.

d **VErum est.** [d] Dicitur hîc,quod inspici debet animus,[e]
e non factum.Cōtrà.s̈.e.l.vulgaris.§.si quis
1 es.† Sol.ibi præter animum suum incidit in eandem speciem
delicti grauiorem,quàm cogitaret:ideò inspicitur euētus.hîc
verò incidit in aliam speciē delicti,quàm cogitaret.
Ideò nō inspicitur euētus:vt dixi in.l.diuus.j.de si-
ca.¶ Secūdò op.gl.j.e.l.fullo.§.q ancillā.Plures so-
dant.illa est vera:hîc erat meretrix:ibi nō.Ideò hæc
Ioan.And.in additionibus ad Spec.in rubr.de conſtit.quòd ſtante ſtatuto, quòd ſi quis fuerit inuentus portare bladum extra diſtrictũ, illud amittat & animalia:quòd ſi quis inuentus fuerit reuertendo : quia pœnituit, ꝙ
debet minus puniri.

de auꝛ.

de aut. nouo iure. C. de poena iud. qui malè iud. Sol. est ibi speciale. Rõ: qa
illa delicta corrumpendo iudicem, committuntur ita occultè, quòd expe
dit reipublicæ concedere veniam alicui, vt producat ea in lucẽ. Et eodẽ
modo respõde ad. l. edicto. j. de iure fisci. & C. de his, qui se dese. per totũ
3 titulum. libro decimo. ¶ Reassume ergo breuiter† quãtũ pertinet ad ma
teriam nostrã, an delicto perfecto, & consummato sit locus pœnitentiæ?
Distingue: aut loquimur de iure diuino, & cõscientiæ: aut humano. Pri-
mo casu est locus pœnitẽtiæ: vt in epistola inter claras. & per Dy. in cap.
peccatũ. & hoc indistinctè. Sed contra, nonne dicit Apostolus: qui pecca-
uerit in spiritũ sanctũ, nũq̃ ei remittet: ergo & in foro cõsciẽtię est aliqđ
delictũ, qđ ex pœnitẽtia nõ remittitur? Respõdeo: & dicũt Theologi, &
etiam magister sentẽtiarũ: ꝙ peccare in spiritũ sanctũ est nunq̃ velle pœ
nitere: & sic est vltima desperatio: meritò nõ remittit: cũ nunq̃ pœniteat.
¶ Secundo casu, aut ex pœnitẽtia declaratur in præteritum non fuisse de-
lictum: & admitittur pœnitentia: vt. l. j. C. de crimine stelliona. & l. j. C. ne
tuto. vel curato. vectiga. cõdu. & l. si adulteriũ cũ incestu. §. j. j. de adulte. Si
verò nõ declaratur: & tũc aut est tale delictũ qđ per pœnitentiã non po-
test reduci in pristinũ statũ: vt homicidiũ: & similia: & sic in dubio pœni
tentia non admittitur: vt. d. l. hi qui sanctam. C. de aposta. Si verò potest
reduci in pristinum statum: & tunc aut quis delinquit incitatus à re, super
qua delinquit, & admittitur pœnitẽtia. l. j. §. j. s. de ser. fug. Aut delinquit
aliâs: & tũc ex tali delicto oriebat actio ad interesse, aut ad pœnam. Pri-
mo casu locus est pœnitentiæ si per eam desinit interesse: vt. l. ex hoc edi-
cto. §. penul. s. de ali. iud. mutan. caus. facta. Aut oriebatur ad pœnã: & tũc,
aut illa actio erat pœnalis ab origine, & nõ admittitur pœnitẽtia: vt hîc:
cum si. Fallit in. l. quãuis. s. de in ius voc. & in auth. nouo iure. C. de pœna
iudi. qui malè iudi. Rationes dixi. s. Aut actio nõ erat pœnalis ab origine
& tũc locus est pœnitẽtiæ: vt. l. j. §. dixe. ver. qđ si fecerit. s. de pub. & l. si
cũ exceptione. §. satis clemẽter. s. ꝙ met. causa. ¶ Et prędicta in delictis iã
4 consummatis. † In delictis verò non consummatis: dic, vt dicit per Cyn.
C. de episco. & cleri. & l. si quis nõ dicã rapere. Sed an in cõtractibus sit lo
cus pœnitẽtiæ: dic, vt per Cy. & glo. in. l. sicut. C. de acti. & obl. In vltimis
voluntatibus. dic, vt plenè dixi in. l. si quis in principio testamenti. s. de le
ga. iij. & per Dy. in. c. quod semel placuit. extra de regu. iur. lib. vj.

LEX LXVIII.

Si is qui rem. ¶ Dicitur hic specialiter. Quæro, vtrũ in actione furti requiratur specialis obligatio? videtur qđ sic, vt hic: & l. ab eo. C. de ser. pig. da. ma. Alij dicũt, ꝙ sufficit generalis obligatio: hoc tenet hic gl. & qđ hic dicitur speciali pactione, id est expressa. & hoc placet. Tacita autẽ nõ sufficeret: vt dixi in. l. si seruus communis. s. eo. §. locaui.

Si is cui. ¶ Dic plenè in. l. si dominium. s. eod. titu.

SVMMARIVM

1 *Furtum est nomen iuris: & non est furtum, nisi sit animus furãdi in faciente: & ideò fieri faciens non tenetur furti.*
Faciens corrumpi album prætoris: licet principalis non sit in dolo, tenetur: & ibi ponit rationem.
2 *Procedi ut ritè poßit contra aliquem de auxilio, uel ope ad maleficium, oportet quòd prius constet de maleficio.*
Contumacia principalis delinquentis, quòd non nocet auxilianti.

Si tu Titium. ¶ Videtis hîc, ꝙ si ille, qui accepit nõ est in do
lo, ille qui facit accipi non tenetur furti. ¶ Cõ-
1 trã hoc oppo. s. de iuris. om. iud. l. si quis id quod. §. fin. Sol. est† ista: vt aliâs
a dixi. furtũ est nomẽ iuris: [a] quia est cõtrectatio rei alienę &c. & ideò nisi sit
animus furandi in faciente, non est furtum: si furtum nõ est factũ, nõ põt
dici opem præstitam esse furto. sed in cõtrario est nomẽ actus: vt puta si
b quis corrumpit albũ prętoris &c. Nã siue dolo, [b] siue sine dolo, albũ corru
ptum sit: verè corruptũ est. Et ideo põt qs teneri faciẽs corrũpi, tãq̃ pstãs
dolum ad corrumpedum album, vel tanquàm faciens corrũpi: licet princi
palis faciẽs, nõ sit in dolo. ¶ Contra hoc opp. j. ad. l. corne. de sica. l. nihil.
cum sua gl. Nam ibi homicidiũ est nomen iuris: & principalis faciens, ibi
non fuit in dolo: & tñ tenetur tanq̃ præstãs opem. Rñ. licet ibi faciens nõ
sit in dolo: tñ non impeditur, quin sit homicidium. Sed hîc propter defe-
ctum doli impedit, quod non est furtum: vnde non potest quis teneri tan
quàm præstans opem. Nam vt dixi vobis: ille qui præstat opem, tenetur
necessariò: quia est necesse, ꝙ factũ accedat facto: licet obligatio obligatiõi
nõ accedat, dixi. s. eo. l. q seruo. ¶ Itẽ opp. de dicta. l. qui seruo. §. itẽ placuit
s. eo. & l. si quis vxori. in prin. s. eo. Solu. ibi cõmittit furtum: licet non na
scatur actio, vel obligatio furti: vnde põt teneri tanq̃ præstans opẽ: hîc ve-
2 rò furtum non cõmittitur. ¶ Vltimò ex isto. §. not.† practicam maleficio
rum, quando proceditur contra aliquem, ꝙ ipse præstitit opem, vel auxi
c lium ad aliquod maleficiũ: oportet ꝙ prius cõstet [c] de maleficio principali
& oportet, ꝙ constet in processu, qui fit contra auxiliantem. Licet enim
principalis sit contumax, vel alio modo contra ipsum de maleficio cõstet,
tamen hoc non nocet auxilianti: vt. l. denuntiasse. §. fi. j. de adul. & ibi dixi
tene menti.

Si stipulatus. Vidistis. s. eod. l. is cuius interest. & l. itaq̃ fullo. & l. seq.

a ¶ Nomen iuris. Adde quod legitur & no. & ibi per docto. in. d. l. j. §. fecisse. s. de eo per quem factum est.
b ¶ Nam siue dolo. Adde quod in simili no. Bar. in. l. si quis obrepserit. in j. quęstio. j. de fal. & ad ista vide Bald. & Imol. in. l. cum mulier. in. iij. colũ. soluto matrimonio.

LEX LXIX.

Inficiando. ¶ Opp. ad fi: & videt quod requiratur contrectatio oĩmodo: vt. l. iij. §. si rẽ s. de acqui. poss. So. fateor contrariũ. & quod hic dicit ĩ fi. ꝓ suo hr̃e destinauit. intelligo, & cõtrectauit. hæc est vera solu. Aliæ solutiones dant in glo. quæ veritatẽ non continent, & contra dicunt §. si rem.

Si tibi. In actione furti habetur ratio interesse, quod est extra rem. h. d. de hoc dixi in. l. furti. in prin. s. eo.

SVMMARIVM.

1 *Fur, potest recuperare poßeßionem ab alio fure de iure. remißiuè.*
2 *Delictis in negligendo commißis extra personam circa rẽ, qualiter cognoscatur, an sint plura, uel unum.*
3 *Delicta si committantur plura circa rem extra personam in faciendo, an puniatur pro uno delicto, uel pluribus?*
4 *Vendens uinum ultra prohibitionem una die pluribus personis: pro pluribus delictis punitur.*
5 *Statuto cauente quòd ludẽs ad hazardum puniatur: si unus una die lusit cum pluribus personis, & pluries uicit, & pluries perdidit: punitur pro uno delicto.*
Ludus ducitur perfectus, & habetur pro absoluto, quando lusores recedunt.
6 *Statuto dictante, quòd quis non poßit ducere ultra tres famulos: quòd si ducit. xx. punitur pro uno delicto.*
7 *Statutum disponens, quòd nemo poßit ducere ad conuiuium ultra. x. personas sub pœna, si habuit. xxx. unum est delictum.*
8 *Statuto stante, quòd ad nuptias non poßint inuitari nisi. xij. dominæ: si pater & filius ducunt uxorem simul, non poterunt inuitari. xxiiij.*

Infans. ¶ Hic est bonus. §. & breuiter hoc in
tendit. Pro toto tempore furtũ vnũ
d est, [d] nisi fuerit possesio interrupta. Item in actione
furti inspicitur quanti res plurimi fuerit à principio
à tpe furti facti. h. d. ¶ Oppo. ad hanc. l. & videtur,
ꝙ plura facta sunt, vt. l. quamuis. s. eo. circa princi. &
gl. in. l. vulgaris. in prin. s. eo. Respondeo, plura furta
sunt, hoc est, plures cõtrectatiões. tamen in veritate
vnum furtum est continuatũ per plura tempora. sic
expresè patet in hoc. §. in prin. & in fin. & ideo se-
mel potest agi furti. Item dicitur hîc, quòd duo fur-
ta plura sunt quãdo possesio fuit interrupta ab alio
fure, & tamen semel tantùm potest agi furti. contra
s. tit. j. l. nunquàm plura. Respondeo secundùm veri
tatem sunt plura furta, quia verè fuit possesio inter-
rupta, sed secundùm fictam possesionem nunq̃ vi-
detur perdidisse, quia eam poterat recuperare, vt. l.
si quis. in prin. & l. non videtur. s. de acqui. posse. &
ideo videtur vnum furtum, meritò semel tãtùm po
test agi, sed in contrario sunt plura delicta verè, & fi
1 ctè. ¶ † Iuxta hoc quæro, dixi quòd fur põt recupe
rare possesionem ab alio fure, quæro quo iure? tex.
hic dicit, quòd eam recuperat ab altero fure, nec di-
cit quo iure. glo. j. eo. l. qui re. §. j. dicit quòd recupe
rabit de facto. Ego dico, ꝙ etiam dictum de iure po
test recuperare, vt ibi dicam. Modò circa istum. §.
quia vos videtis hic, quòd continuatio temporis, nõ
* infert * pluralitatem delictorũ. Ideo quæro circa
hanc legem, quando fiunt delicta circa rem, extra
personam quomodo possum cognoscere, an sint
plura delicta, vel vnum, & sic an veniant imponen-
dę plures pœnæ, vel vna? Circa quod debes aduerte
re, qa quædã delicta cõmittuntur negligẽdo, quędã
2 faciendo. ¶ † Circa primum scias, quòd in delictis,

c ¶ Quòd prius cõstet. Ita quãdo iudex procedit contra aliquem, tanq̃ auxilium præstãtem, debet primò in ipso ꝓcessu cõstare pricipalem deliquisse. & nota bene istud dictũ. qa omnes sequuntur. & ita tenet, & practicatur, maximè id, qđ dicitur in fi. & concordat l. j. §. itẽ illud sciẽdum. ad silla. Itẽ adde, quòd tunc non sufficeret cõfesio principalis secundum Bald. in suo cõsilio, qđ incipit, in Christi nomine de accenso delicto. & hoc repetit Angel. & doc. ante Sal. in. l. j. C. de rap. virgi. q̃quis enim esset facta probatio cõtra principalem, non habet obesse opẽ præstãti, nec sententia lata contra eum. l. si veteris. de fide instru. Est ergo necesse contra ipsum probare furtum principale & opẽ. & hoc vltimum tenet Bal. in. l. iuris. in fi. C. quibus res iudi. non nocet. vide Pe. de Ancha. in cõsil. ccvj. in fine. & Salic. in dicta. l. j. C. de rap. virg. in penul. colum. & vide Bar. in consilio. ccxlv. & an absoluto pricipali posset quis cõdemnari de auxilio in fauorem? vide Bart. ĩ. l. adul. §. si eo tempore. de adul.
¶ Adde, an confesio principalis delinquentis noceat accessoriè delinquenti? Bal. cõsi. xxxv. li. v.

d ¶ Vnum furtum est. Et ista faciũt ad quæstionẽ, ꝙ si quis sit damnatus ad standum in carceribus etiam vltra decem dies, posit appellare: qa grauamẽ est continuum. ita dicit Bal. in. l. ij. de epis. audien. allega. Spe. in titu. de appella. §. restat, ver. sed quid tu dies. cum ver. seq. bene facit. l. ij. ff. quib. ex cau. maiores. ita no. Bal. per illã glos. mag. ibi. in. l. ij. C. de ser. & aqua. Idem no. Bal. per illã glo. mag. ibi in d. l. ij. C. de episco. audien. bene facit, quod no. Barto. in. l. prætor. §. fina. de

ope.no.nnncia. Idem tenet Ioan.An.in.c.dilectus.el.ij.de rescr.&c.vbi dicit, quòd quoties interlocutoria habet actum executiuum:vt in casu illius c.quia tunc semper grauatus appellare potest. Sed illud dicit esse verum domi.Pet.de Ancha.quando quis grauaretur pluries super eodem,per diuersas seu plures interlocutorias: quia tunc à quolibet semper poterit appellare.aliâs secũdum eum sequeretur absurdum: quia si quis est dãnatus in ꝑpetuũ, vel ad tempus, ad standum in carceribus, quòd semper posit appellare.quod non est dicendum.Sed aduerte: quia Bald. post Specula. expresè tenet contra vt.s.dixi. Sed pòst cogitaui, ꝙ illud dictum Bal. non videtur omnino verum .Nã videmus, quòd si quis est dãnatus vltimo supplicio statim efficitur seruus: & sic semper grauatus:vt in l.qui vlti.de pœnis . & tamen solũ intra decem dies potest appellare: vt patet ex ibino. per Barto.& similiter est in damnato de furto, qui efficitur infamis. l. non potest.s.eod. & in.l. furti. in prin.s.de infa. Potest tamen solùm appellare infra decem dies: vt not. docto. in dicta.l. furti. facit quod not.in.l. fi.si à nõ compe.iudi.C. & c. pastoralis .§. j. de appellationi. Ideo dicemus, ꝙ neq; à sententia lata expresè, ꝙ aliquis sit infamis posit semper appellare. Et ideo videtur opin. do. Pet. mihi verior, quàm opinio Baldi. Cum Speculatore transit Ange .in authentica, hodie . de appellation.& Martin. sillania.in suo tractatu concordan. &Matthes.in suo tractatu de carcere. Baldus etiam in lege prima ad finem.C.sententiam rescindi non posse. & pro sententia Baldi bene facit ,quod idem notat in.l. ius.C.de probatio. Tu intellige: vt per Baldum in dicta.l.j.C .sententiam rescind.non posse. Adde quod notat Antonius de Butri.in capitulo finali.in.iiij.columna.de furtis. Adde quod Ang.consilio.cclvj.dicit, quòd sententia perpetui carceris est nulla,& à iure ciuili reprobata .& quod taliter damnatus potest agere iniuriarum contra magistratum, etiam si habeat arbitrium plenum.

a ¶ Exemplum in au. Ista faciunt ad nota.in.d.l.si quis id, quod.cum simili.in.l.si familia.de iurisdi.om.indi.& quod not.Barto.j.de sepul.viola.in l.iij. §.si plures.

quæ negligendo committuntur, si quidem præcessit dispositio, seu præceptum de faciendo & si non fiat imponatur pœna: tunc dicitur esse commissa negligentia, quando est elapsum tempus statutum in dispositiõe:vel si non est appositum:quando est elapsum tempus tantum quòd cõmodè potuit explicari:sed si inciperet à conditione: tunc diceretur esse commissa negligentia, quando desijt posse dari, vel fieri: vt.l.ita stipulatus.s.de verbor.obliga.& l.si ita stipulatus essem abs te.l. insulam.&.l.continuus.§. item qui insulam.cum simi.eodem titulo. hoc tenet Innocen.extra de præben.c.extirpandæ. hoc etiã probatur per iura intra scripta.¶ Hoc præmisso dico, quod si aliquis fuerit negligens per lõgissimum tempus , totum hoc est vna negligentia, & meretur vnam pœnam:nisi ex pluralitate terminorum statutorum, inducerentur plures negligentiæ. Probo primum, aliquis negligit vindicare mortem defuncti : vel negligit petere curatorem patri furioso, vel negligit redimere patrem captum ab hostibus:totum hoc est vna negligentia:vt.l.j.C.de his, quib.vt indignis.&.C.de episcop.& cleri.auth. si captiui. &.C.de episco.audien. au .liberi furiosi. Et ideò si syndicus comitatus, qui maleficia tenetur denunciare, staret per plures menses: non dicerentur tot negligentiæ commissæ, quot menses fuerunt: sed vna tantùm negligentia . Dixi prædicta vera, nisi pluralitas terminorum statutorum aliud

a induceret. Exemplum in authenti.[a] credentes.C. de hæreticis . vbi per primam contumaciam excommunicatur: posteà, si fuerit contumax per annum, plus pnuitur. Simile in misione in possesionem, quæ fit in actione reali. Nam pro prima contumacia fit misio: si est posteà contumax intra annum, non auditur nisi de proprietate: vt .l. si quis. §.sed & si quis. C.de præscriptio.xxx.anno.& ideo si per iudicium, vel per legem essent statuti certi termini ad aliquid faciendum, pro quolibet termino posset dici vna negligentia, & vna contumacia : &

3 pro qualibet imponit noua pœna. ¶ † Quandoq; comittuntur plura delicta faciendo. hîc est aduertẽdum:quia qdam sunt delicta momentanea, quædam sunt delicta successiua. Momentaneorum exẽ

b plum est, aliquis[b] produxit plures testes falsos, vel

c euulsit plures terminos,[c] punietur ne pro quolibet? Dyn. tangit hoc in.l.nunquàm plura.s.tit.j.& ibi dicit si quidem plures testes producantur ad vnum effectum, vna est productio , & pro vno tantùm delicto punietur.argu.l.illud.s. ad.l.Aquil.& quod dixi in.d.l.nunq; plura.s.tit.j. Sed si producant ad diuersos effectus, tunc pro quolibet punientur argu.l.agraria.j. de termi.mo. &.in.d.l. nunquam plura.s.titulo.j. Idem dico, si testis dixerit falsum, super diuersis articulis : si illi articuli tendunt ad vnam conclusionem,& vnam victoriam, vnum delictum est , si tenderent ad diuersos effectus, essent plura. Idem dico de euellente terminos, si quidem essent plures lapides in vno loco : vnus terminus diceretur euulsus : tunc pro vno termino tantùm puniretur:quia tendunt ad eundem effectum . Sed si illi lapides essent in diuersis locis : tunc pro quolibet puniretur: quia tenderent ad diuersos effectus: vt.d.l.agraria. Quædam sunt delicta, quæ habent

d causam successiuam.[d] Et hîc aduerte: quia istorum delictorum quædam sunt in quibus animus plurimum operatur. Exemplum, vt in hæretico:vt in.d. au.credentes. Item exemplum in furto:vbi requiritur animus lucrandi. Item exemplum in retentione possesionis, vbi requiritur animus:vt.l.iij. in prin. s.de acqui.pos.in istis pro toto tẽpore vnum maleficium est. Casus est hîc, nisi possesio interrumpatur ad idem facit.s.de vsuca.l.si is qui ꝓ emptore.§.pen. &.l.qui bona fide.§.fin.de acqui. posses. Et ideo si ego accusarem te, ꝙ tu occupasti, vel tenuisti ꝑ vim aliquam meam possesiõem:vel tenuisti per vim aliquam ciuitatem, vel castrum contra dominum: vel tenuisti seruum meum. si per plures annos eum tenueris, vnum delictum est, nisi ista retẽtio esset interrupta:vt hoc.§.&.l.qcunq;.C.de ser.fugit. ¶ Quædam sunt in quibus animus non tantùm operatur: sed magis actus corporeus, vt portare arma, vel portare vestes sericas,& similia:& quæ actum personæ merè concernunt:tunc puto quia ista naturaliter interrumpantur:& tunc debeamus dicere: ꝙ ꝓ quolibet die sit vnum delictum:vt.l.foramẽ.s.de ser.vrb. prædi.facit.s.eo.tit.l.quo destinauerit.&de oper.li.

4 l.j.¶ Quidam sunt actus qui† habent quandam successionem ex reiteratiõe. Verbi gratia:prohibitum est, ne vinum vendatur vltra.viij.denarios, pro qualibet foglieta, seu mensura:tota vna die vendidisti. certè puto quot personis vendidisti,& quot mensuras singulariter vendidisti, tot sint delicta:vt.l. cum mãcipium.s.de ædil.edic.&.l.scire debemus.s. de ver.

5 obli.¶ † Sed pro huiusmodi declaratione quæro: dicit statutum, si quis luserit ad hazardum, puniatur ad tantum. Modò lusi vno sero cum pluribus:& pluries vici,& perdidi:an videantur plures ludi,& plura delicta? Respondeo, ex pluralitate vincendi,& ꝑdendi, nõ sunt plura delicta: sed puto quòd tot⁹ iste

e actus dicatur vnus ludus,[e] donec sit habitus pro cõpleto,& absoluto, recedentibus lusoribus:vt.l. contractus.C.de fun.instru. Nec enim possum dicere ꝑfectè vicisse, donec ludus sit perfectè completus: qa adhuc superest spes perditiõis. Multa enim possunt accidere, per quæ pecuniam, quam vici perdam, & recedat à me:vt.l.naturalem.&.l.in laqueum.s.de acqui re.do.facit.l.qui cum maior.§.accusasse.s.de bo. liber.&.l.in seruitutem.§.petijsse.eod. titu. Et ideo aliud est hîc, quàm dixerim.s.in venditione vini: qa ibi in persona cuiuslibet,& in qualibet mensura, est perfecta venditio:nec superest spes rescindendæ illius vẽditionis. Item circa ludum dico, quòd ex pluralitate personarum, cum quibus vnà simul ego ludo, non dicuntur plura delicta. Nam ille persone cũ quibus ego ludo, non dicuntur offensæ à me:sed magis offenditur respublica:ideo vnum est delictũ : vt

6 l.si plures.j.arbo.fur.cę. ¶ † Eadem ratione dico, dicit statutum, ꝙ nullus posit ducere vltra tres famulos, & aliquis duxit. xx. certè vnum delictum est, non autem est vnum delictum pro quolibet famulo vltra numerum debitum ducto : sed pro omnibus est vnum, cum ipsi non offendant ex tali ductione:

b ¶ Exemplum, aliquis. Quid in accedente pluries ad vxorem alterius:vt in lege vulgaris.s.eod.dic quòd punitur vna pœna tantùm. & si statutum dicit:ꝙ retinens vxorem alicuius puniatur in centum. vnus retinuit per duos menses, continuè multiplicabatur vna pœna, secundum Bal.in.l.si duo. ad fin.§.j.suprà de arbitris. Item ad materiam vide Barto.in.l.libellorum. de accusa.& Bart. in.l. Pomponius. de negot. gest.& quod dixi post Bartol. in.l. nunquam plura.s. iij. colum.s.de priu. delic.vide quæ dixi post Bartol.in d.l.vulgaris. Adde quòd omnia commissa in vna rixa , puniuntur pro vno maleficio etiam quo ad omnes:vt no. Bartol.in lege hos accusare. §. lege.de accus.& Barto.in l.j.in fin. C. vnde vi.& Bald.in.l.cũ rationibus. in. iij. &.iiij.q.C. qui accusa. non pos.& vt not. hîc Ange. & suprà retulit ad id, quòd dicit hîc Barto. de producẽte plures testes falsos.

¶ Adde Bal. in.l. quicunq;.in.ij. colum. C. de seruis fugi.& ibi quid si cum testibus pro ducit instrumenta falsa, & ibi etiã qd in muliere reperta cum vestib⁹ prohibitis.

c ¶ Plures terminos. Hoc intelligit verũ hîc Ang. si eodem tempore terminos euulsit:seu testes produxit:quia idẽtitas temporis facit idem esse delictũ. vt not.glos.in.l.j. C.vnde vi. secus si diuersis temporibus: quia diuersæ erunt pœnæ : & plures.l. vulgaris. in prin.s.eo. optimè ad legẽ Aql.l. illud.§.fi.

d ¶ Causam successiuã.dicit hîc Angel .quòd dicitur vnum delictum quo ad pœnã:sed sunt plura respectu temporis procedendi,& aliorum:vt no.Bar.reprobãdo glo.in.l.eum qui.§.in popularibus. de iureiuran.

¶ Adde ibi. animus plurimum operatur. Pet.de Anch.consi.v.

e ¶ Dicatur vnus ludus. Fallit nisi vnus à bancho ludi recesserit, qui mutato proposito redeat: licet incontinenti dicatur bis delinquere:vt.l.j.§.si rẽ. suprà depositi. secundum Ange.hîc. Idem in deponente arma mutato ꝓposito,& ea reassumente, secundum eum. Idem dicit si statutum non punit ludentem, vel arma ferentem:sed inuẽtum cum armis, vel ad ludum:qa tunc si quis pluries inuenitur, pluries punitur: licet sit continuatus ludus: quia ad inuentum fit relatio:vt.l.quid ergo.in princi.de infa.suprà facit. C. de seruis fugi. l.si fugitiui serui. Adde hîc Bal.in.l.quicunq;.in. ij.col.eo.ti.

sed ma

ſed magis reſpublica quæ eſt vna,offenditur ab vno ducente vltra nume
7 rum.†Et eadẽ ratione,ſi ſtatutũ dicit,quòd nemo poſsit habere ad conui-
uium vltra decẽ perſonas,ſub certa pœna:certè ſi habuit.xxx.vel.xl. vnũ
delictum eſt pro omnibus,qui excedunt numerum:vt dictum eſt.¶†Iu-
8 xta hoc quæro de quæſtiõe quã vidi de factõ Piſis. Dicebat ſtatutũ,quòd
ad nuptias nõ poſſunt cõuitari,ſeu inuitari,niſi.xij.dñę.modo quidã duce
bat vxorem,ipſe & filius ſuus. vtrum poſsint inuitari.xxiiij. dominę:tãq;
a ſint duæ nuptiæ:an.xij.tm̃?Reſpõdeo:licet[a] duo ſint matrimonia,& iſto
reſpectu poſsint dici duæ nuptiæ: tñ, quia fit vno tempore ſimul quo ad
ſolennitatem,vnicæ nuptiæ dicũtur:vt.l.patris,& filij.ſ.de vulgari & pu-
pillari.& quod ibi not.& hæc ſufficiant.

LEX LXX.

HAEreditariæ. ¶Nõ habet quis per aliũ,quod p ſe habere nõ põt,.h. d. cũ duabus
ll.ſeq.¶ Opp.de.l.eos.in fi.C. de vſu.gl.hîc dat duas ſolu.vt in
ea habes.Aliã ſolutionẽ dat glo.in.l.Labeo .in fi.ſ.de vſuca.de
b hoc per Dy.in.c.quod alicui non licet.de regu.iur.lib.vj.¶ Quæro,[b] quæ
eſt ratio,ꝙ rei hæreditariæ nõ fit furtũ,niſi in iſtis caſibus? Reſpondeo fur
tum eſt cõtrectatio rei alienæ inuito dño &c. ſed res hæreditaria nõ habet
dñm:ergo &c.ſed in iſtis caſib⁹ eſt perſona cõmodatarij creditoris,& vſu
fructuarij,q repſentãt pſonã: & ideo fit furtũ in his caſibus rei hęreditarię.

LEX LXXIII.

SI is cui. ¶Oppo.de.l.rei communis.ſ.pro ſoc.&.l.qui ſeruum.§.ſi is.ſ.de acti. & obli.Sol.qđ hîc dicit
furti:dic.i.cõdictione furtiua.Nã actio furti pœnalis, non tolli
tur per perſecutoriã:licet hodie fortè ſecus:vt gl.dicit.¶ Quę
ro,quę ſit ratio, quòd actio commodati tollatur per condictionem furti-
uam ipſo iure: ſed condictio furtiua per actionem commodati ope exce-
ptionis?Reſpondeo:quia condictio furtiua eſt plenior,vt glo.dicit.

Eius rei. ¶Hic eſt.§.notandus,& eſt gloſ.multarũ legum. ¶Op. de.l.cum æs.§.j.ſ.eo. ſolu.bene poteſt agere actione fur-
ti bonæfidei poſſeſſor: ſed non quòd æſtimetur dominium,ac ſi res eſſet
ſua. ¶Item oppo.& videtur, quòd etiam habeatur,lucri ratio: vt.l.ſi quis
vxor.§.pen.ſ.eod.Sol.ibi loquitur in lucro,quod percipitur ſine alterius
c iniuria: ſecus in lucro, qđ percipitur cũ alterius iniuria:[c] vt vſucapiendo,
vt hic.qđ eſt notabile multum.

LEX LXXIIII.

d SEmpronia. Quæro, quid cõtinebãt iſti libelli?duæ ſunt[d] gl. Prima dicit,ꝙ erat libellus re-
pudij.Alij dicũt, ꝙ erat libellus quo cõtinebat quidã debitor
Sempronię,q poſtea aufugit.ꝓpter hanc appoſitionẽ iſta ſecũ
da placet. ¶Secũdò quęro vnde naſcatur actio iſta furti?gl.dicit ex eo, ꝙ
legit iſtũ libellũ .hoc nõ eſt verũ:vt.l.ſi qs vxori.§.neq; verbo.ſ.e.Dicẽdũ
eſt ergo, quòd iſta actio furti naſcatur ex furto: ex contrectatione ipſo-
rum libellorum.

LEX LXXVIII.

QVi re ſibi.
e Si quis alteri.[e] ¶ Dicitur hic, ꝙ fur prior nõ põt agere.cõtra.ſ.eod.l.inficiando.§. in-
fans.dicit gl. ꝙ ibi recuperauerit de facto. Videte dñi:imo põt fur poſſeſ-
ſionem recuperare de iure,vel cõdictione certi,vel triticaria.ſ.de cõdi. tri-
trica.l.ij.Circa hoc vide,qđ no.per Cy. C.eo.l.fi.circa prin.no.ibi ſi hone
ſta &c.¶Vlterius dicitur hic.in fi.ꝙpoteſt agere cõtra vtrũq; condictio-
ne furti.cõrta.C.de cõdi.furti.l.j.Solu.glo.dicit,quòd hic debet diſtingui,
aut prius fuit cõſecutus rem à primo,& nõ tollitur cõdictio furtiua cõtra
alium:aut prius fuit conſecutus æſtimationem:& tunc cõdictio tollitur.
Vide hanc gloſſ.quæ incipit, cum alterius iniuria.Iſta gl.eſt corrupta ſcri
ptoris vitio.& vult dicere totum cõtrariũ,& debet dicere ſic,aut prius fuit
conſecutus æſtimationem,& nõ tollitur condictio futiua: aut prius conſe
cutus fuit,rem:& tũc tollitur.

LEX LXXIX.

QVi ſaccum. ¶Opp.furtũ ſi nõ cõmittitur ſine ani mo:vt.l.j.§.j.ſ.eo. hic dicitur cõtrariũ:
ergo malè.Rñ.licet hic nõ ſit anim⁹ principaliter furãdi ſaccũ:
acceſſoriè eſt tamen talis anim⁹.Simile habetis.ſ.e.l.eum qui.§.
non ſolum.Item iſtam.l.habetis canonizatam in decretis .l.diſt.c. qui ſac-
cum. ¶Vltimò nota caſus, in quibus ſine effectu committitur furtum.
vide glo.

LEX LXXXI.

SI debitor. ¶Puto tamẽ circa hãc.l.ꝙ ſi debitor anteq; cõ dẽnetur paratus ſit ſoluere debitũ, ꝙ liberetur
ab actione furti:vt.l.fullo.§.qui ancillã.eo.j.qui iniuriæ.§.j.ſ.eo.

SVMMARIVM.

1 *Furti quando agitur ratione dominij,æſtimatur dominium,& quando ratione inter eſſe,æſtimatur intereſſe.*

LEX LXXXII.

1 SI vendidero. ¶Ibi cũ autẽ.No.†ꝙ qñ agit actiõe furti,rõne dñij æſtimat dominium:
quando agitur ratione intereſſe,ipſum intereſſe æſtimatur.te-
ne menti.de hoc plenè dixi.ſ.eo.l.in furti.

SVMMARIVM.

1 *Raptor dicitur fur manifeſtus,ſi contra eum clametur,ſeu occurratur.*

1 *Opem præſtans raptori non dicitur fur manifeſtus, niſi deprehendatur.*

f Cum raptor.[f] ¶Hic eſt bonus,& ſingularis text.ibi furti,ſci-
1 licet manifeſti. ¶†Quæro,vtrum omnis raptor ſit
fur manifeſtus?quidam dicunt,ꝙ ſic:quia publicè &
manifeſtè rapit. Veritas eſt in contrarium: quia ad
hoc,vt quis ſit fur manifeſtus, requiritur quòd de-
prehendatur,vel poſt eum clametur:nec ſufficit ſo-
la viſio:vt.ſ.eo.l.iij.&.l.ſi quis in ſeruitute. vnde ra-
ptor ita demum erit fur manifeſtus,ſi contra eũ cla-
2 metur,ſeu occuratur.¶†Vlterius hîc dicitur,quòd
ille,qui præſtat opẽ raptori,non tenetur furti mani
feſti.contra.j.vi bo.rap.l.j. Glo.dicit,fateor quòd te
net furti nec manifeſti:licet Placen.dixerit contra.
ſed furti manifeſti non tenetur,niſi deprehendatur.
Iſtud vltimum quod gl.dicit,non eſt verũ. Nã eti-
am ſi deprehendatur opem præſtare, non eſt mani-
feſtus fur:vt dixi.ſ.eo.l.is,qui opem.non habetis hîc
alia.

Si Titius. ¶Iſte.§.eſt notandus.Primò loquitur quando falſus procu-
rator indebitum recipit.Secundò quando recipit de
bitum.Tertiò ponit quaſdam quæſtiões circa prę-
dicta.Secunda ibi.quòd ſi pecunia. Tertia ibi.falſus
autem.vide literam. Hîc dicitur,ꝙ nomine eiuſdẽ
quantitatis,habet locum condictio indebiti,& con-
dictio furtiua.¶Contrà,condictio indebiti præſup
ponit dominium eſſe tranſlatum:vt.l.fi.ſ.vſufruct.
quẽadmo.caueat.vbi nemo condicit rem ſuam &c.
ſed condictio furtiua præſupponit dominium non
eſſe tranſlatum:vt.l.j.ſ.de condi.fur.Sol. condictio
furtiua fuit nata tempore ſolutionis, quo tempore
ſoluens erat dominus:ſed cõdictio indebiti naſcitur
tempore ratihabitionis, quo deſinit eſſe dominus,
¶Sed contra hoc oppo.ſi deſijt eſſe dominus: ergo
extinguitur condictio furtiua:vt.l.& ideo.ſ.de con
di.fur.Sol.hîc deſinit eſſe dominus abſq; ſuo facto:
ergo non extinguitur dicta condictio furtiua: vt.d.
l.& ideo.¶Item opp.dicitur hîc, in ſecundo reſpõ
ſo,ꝙ per ratihabitionem extinguitur actio furti. cõ
tra.in.l.inter omnes.in prin.ſ.eo.Sol.hîc deſijt inte-
reſſe ex cauſa,quę retrotrahitur:ibi non.¶Vltimò d
circa materiam huius legis dic:vt in.l.falſus.ſ.eod.&
l.ſi procuratori falſo.ſ.de condi.ob cau.

Qui rem Titii. ¶Not.text. ibi dominium non fuerit, e
neq; poſſeſsio. ¶Opp.ꝙ ille,qui non habet domi-
nium,vel poſſeſsionem,habeat actionem furti: vt.l.
ſi is qui.in prin.ſ.eo.&.l.rem inſpiciendam.ſ.e.Sol.
fateor,ꝙ hîc tex.debet ſuppleri, ꝙ non habebat ius
in re:nec ad eum pertinebat periculum ratione cu-
ſtodiæ. ¶Vltimò quæro,dicitur hîc, ꝙ habet locũ
condictio indebiti,& condictio furtiua. ¶Quæro,
ad quid dentur illæ actiones?Azo in ſumma de con
di.inde.in.§.datur.dicit,ꝙ condictio indebiti tantũ
datur ad poſſeſsionem, quæ ſtatim fuit tranſlata in
illum falſum procuratorem:ſed cõdictio furtiua da
tur ratione dominij ipſi ſoluẽti.& ſic diuerſis reſpe-
ctibus iſtæ condictiones dantur.

LEX LXXXIIII.

NVllo.§.Qui ancillam.
De hoc dic,vt in.l.verum.ſ.eo.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum debiti, ſi reperitur cancellatum, quòd probet debitum præceſsiſſe,& ſolutum.*

Comdemnatio,licet reperiatur cancellata,& pecunia ſoluta:tamen præſumitur,quòd condemnatio præceſſerit.

Qui tabulas. ¶Hîc eſt bonus.§. & nota.no.text.ibi: quia ex his
1 debitum &c.Ex quo habes,† quòd per inſtrumen
tũ cancellatum,probatur debitum ſolutũ. ¶Quæ

a ¶Reſpondeo:licet. Adde quod Ang.hîc contrarium tenet,quem videas.
b ¶Quæro.vide no.per gl.Ange.& Bar.in.l.fi.C.vnde vi.& qđ no.Bart.
poſt gl.in.l.ſed nec legatarius.de condi.fur.vbi omnino videas.
c ¶Alterius iniuria.Not.quòd non dicitur intereſſe meum,ſi ego lucrum,
quod capiebam cum alterius iniuria,amitto.Adde gl.in.l.ſi quis vxori.§.
penul.ſ.eo.quam
ad hoc no.allegat
Bar.in.l. parẽtes.
in princi.C.de te-
ſti. vbi dicit, qđ
quis non dicit no
cere fiſco: licet q̃-
rat ipſum priuare
lucro ſibi aduenię
te cum dãno, vel
iniuria alteri⁹. Et
ad hoc adde no.p
Bar.in.l.j.in.x.co
lum.ver.venio ad
vltimã partem de
ſenten.quæ ꝓ eo
quod ĩtereſt.Ad-
de tamẽ,ꝙ quãdo
lucrum eſt radica
tum,priuatio lu-
cri, dicitur dãnũ
ſecundum Bald.
& Cy.in.l. cũ te.
ĩ.j.col.C.de dona.
an.nupt.&ad no.
hîc adde Bal. in.l.
fi.in princi.in.iij.
op.C.eo.& priua
re fiſcũ pœna ſi-
bi debita,nõ dicit
læſio.ſed ſola du-
ritia dicitur.ſecũ-
dũ Bald.in.l. mili
tes.ĩ fi.C.de teſta.
mili. Adde gloſſ.
Barto.& doc.in.l.
iij.§.labeo.de ac-
qui.poſ.& qđ di
citur hîc,de lucro
radicato,adde: qa
verius no.in.l.j.§.
ſi quis.ff.de iti. ac
tuq; priua.
d ¶Duæ ſunt glo.
Vide Bald. in.l.j.
ſi ea.C.qui accuſa.
non poſ.
e ¶Si quis alteri.
Bald.not. in.l. ab
Anaſtaſio.in ver.
extra quęritur.C.
mãda.alleg. hunc
tex.ſecundũ eum
valde nota.quòd
fur habet remedi
um ad recuperan
dũ poſſeſsionem
contra furẽ. Ad-
de etiã Bal.in.d.l.
fi.in.j.col.C.e. &
ex tex.in. c. in li-
teris.de reſti.ſpo
lia.Adde Sali. &
Cy.in.l.j.C.de cõ
di.furti.
f ¶Cum raptor.q̃-
ro, vtrum raptor
ſit fur manifeſtus
vide.ſ.e. l. ſi quis
ex domo.

a ¶Reſpondeo ſi quidem. Quomodo probetur inſtrumentum cancellatum: vide in.l. Labeo.ſ̈.de pactis.& ibi dixi.& quod ibi not. Bar.in.l.qui tabulas.ſ̈.eo.& ꝙ ibi dixi. Bar. hic ſentit ꝙ illa ſit plena probatio videlicet ſi inſtrumentū cancellatum reperiatur penes debitorē, qui non ſit domeſtica perſona, probetur debitū eſſe ſolutū. Idem ſentir Bart. & expreſsius Ful.ī.d.l. Labeo. & do. Anto.in.c. clerici.el.ij.vt lite pendēte.& Cy.in d.l.ſi de poſſeſsione. Cōtrariū ſentit gl.in.l. poſtq̄. in fi.gloſ.mag.de pac.quā ibi ſequitur Gul. de cug. Bal. Iac. but.& tenent, ꝙ ſi debitor erit perſona ſuſpecta, poterit deferri ſacramentū in ſupplemētū ꝓbationis: vt notat gl. & Bal.in.d.§. ille. Paul. de caſtro ī.l.Labeo.aliter puto opi. Bar. eſſe veriorē per iſtū tex. &.d.l. ſi chirographum, in ver.liberat⁹.vbi p̄ſupponiť, ꝙ iſta præſumptio ſit tāta: vt inducat liberationē ī effectu. Et ad p̄dicta adde, quod notarius non tenetur reddere inſtrumentū debiti debitori: ſed creditori p gl. doctri.in.l. prætor.circa princ. in ver.mei.ff.de edēdo. & debito ſoluto creditor tenetur dare inſtrumētū debiti debitori. l. diſſolutę.C.de cōdi.ſine cau. Et hic adde Ange.in.l.ſi vnus. poſt Cyn. C.de teſtib.& diſcrepat Ange.ibi ab his, quæ dicit Bar.vide Io.an.& do.Ant.in.c.accepimus. de fi, īſtru. Adde quod Bart. ſequitur Bald. cōſilio.cclxxxj.li.j. de quo vide per eūdē conſil. cciij. lib.iiij.

b ¶Nemo. not. ꝙ intelligiť de furt. conſilij. vide Bal. in.l.j.C.de ſer.fu. Andr. Barba.

c ¶Meminiſſe.no. hîc, ꝙ pro furto pōt qs extraordinariè puniri criminaliter.Bal.ī.l. ſi poſt in glo.ſ̈.ti. j. Adde Petr. de Anch.conſi.cix.in vl.verbis.

a an hoc ſit verum? Reſpondeo ſiquidem [a] tabulæ cancellatæ reperiūtur penes creditorem: illæ tabulæ probant debitum præceſsiſſe, & ſolutum eſſe. Hoc modo poteſt intelligi hic. Sed ſi reperiuntur penes debitorē: tunc ſi debitor eſſet perſona domeſtica creditoris, nō probaret debitum ſolutum: niſi probatet illud ſibi redditum: vt.l.j.§. ille aūt.C. de lati.liber.tol. Sed ſi non eſſet domeſtica perſona probatur debitum ſolutum: vt.l.ſi chirographum.ſ̈. de probati.& not.per Iacob. de Are.& Cyn.in.l.ſi de poſſeſsione.C.de proba. Eadem ratiōe, ſi inſtrumētum cancellatū reperitur penes tertiā perſonā, prę ſumitur debitum præceſsiſſe, & ſolutionem eſſe factam.ſ̈.eod.l. qui tabulas. Et per hoc iam dixi duo verba. Primò ego ſolui pro Titio condemnationē: & reperitur condēnatio cācellata, & pecunia ſoluta in camera cōmunis. certè, licet ſit cācellata condēnatio, tñ pręſumiť cōdēnatio pręceſsiſſe. Pręterea, tota die in curia epi per inſtrumentū cācellatū redditum debitori, probatur debitū eſſe ſolutū.

LEX LXXXV.

SI quis ex bonis. In fine ibi vna facti: id eſt iudicij facti ſuper furto ſimul commiſſo.

LEX LXXXVII.

IS cuius intereſt. Item is cui. ¶Oppo.dicitur hic, quòd is qui habet ex teſtamēto actionē: nō habet actionē furti. Cōtra.ſ̈.eo.l.ſi dñiū.&.l.ſi is, qui.§.j.Sol.intellige hîc, ꝙ res erat ſibi obligata ſub conditione: vel non erat res hæreditatia: vt not.in.l.ſi is, qui.§.j.ſ̈.eo.

SVMMARIVM.

1 *Actio furti non oritur contra domeſticos furantes, ſi res eſt modica, quæ ſubſtrahitur.*

LEX LXXXIX.

CReditori. ¶De hoc dic, vt plenè habuiſtis not. in.l. eum qui.§.idem ſcribit.ſ̈.eo.

LEX XCI.

SI libertus. ¶Not.iſtam.l.quòd iſti domeſtici furanť,
1 non oritur actio furti, †quod eſt verum, ſi res modica ſubtrahitur: vt.l. reſpiciendum.§.furta domeſtica.j.de poenis.

LEX XCIII.

FVllo. ¶De hoc dic, vt.l.inter omnes.ſ̈.eo.&.l. qui iniuriæ.§. primo.ſ̈.eod.titu.

b Nemo. [d] ¶Exemplum ponit glo. per.l.impuberem, §.j.ſ̈.eo. ¶Oppo.j.de parici.l. vtrum. Reſpondeo, hic debes intelligere in eo, qui non poteſt facere furtū, propter defectum conſilij & intellectus: & ideo nō pōt teneri tāq̄ præſtans opem furto: qa non eſt talis pſona, quæ poſſet fingi, ꝙ faciat furtum. ſed in.l. cōtraria, alia ratione non poterat committere paricidium.

SVMMARIVM.

1 *Furti cauſa agitur criminaliter: & quæ pœna imponatur? remiſsiuè.*

LEX XCIIII.

c MEminiſſe. [c] ¶Hęc lex eſt bōa.
1 ex qua habes, †ꝙ ꝓ furto agitur criminaliter.& qualiter imponať iſta pœna criminaliter, vidiſtis.j. de pœnis.l.capitalium.§.famoſos.

d ¶Rubricam. Practicam huius titu.vide in Specu.in tit.de conſeq.eccle.vel alta.verſi.& quod &c.& ibi videas.

e ¶Quæro quid. Vide in.l.ij.C.de rei vendi.

f ¶Gl.cōtinuat, Formā aūt libelli vide in Spe.de fur.§.j.ver.pone plerūq;.

De tigno iniuncto Rubrica.

d ¶Gl.continuat rubricam. [d] dic vt habetis in ea. Suprà dictum eſt de furtis in genere: ſed quia quędam ſunt in ſpecie: ideò ponit tit. de tigno iniūcto. Item dicit gl. ꝙ rubrica poniť materialiter. Vel potes dicere, & addere de furto, ꝓ tigno iniuncto: & hæc eſt verior: & patet princi.l.j.j.eo. quod eſt vtile propter ea, quæ.j.dicam.

SVMMARIVM.

1 *Actiones quot dentur contra eum, qui dolo malo iniunxit tignum alienum in muris ſuis?*

LEX I.

LEx.xii.tabula. ¶Oppo.de prin.huius.l. ad fin. Reſpondeo, non poteſt vendicari res tanq̄ à poſsidente: vt in prin. ſed tanq̄ ab eo qui dolo deſijt poſsidere ſic: vt in fi. Itē nō poſſum te cōuenire: vt omnino reſtituas: vt in prin. ſed vt contra te iu-
1 retur in litem ſic: vt.l. qui res.in fin.ſ̈.de ſolu. ¶†Quæro, quot actiones dentur contra iſtum, qui dolo malo iniunxit tignum alienū in ædibus, vel muris ſuis? Gl. dicit quinq;: ſcilicet actio furti, condictio furtiua, actio de tigno iniuncto, & actio ad exhibendum, & rei vēdicatio. Sed quæro, an vna iſtarum per aliam tollatur? dicam.j.l.proxima.

SVMMARIVM.

1 *Actiones, cum plures competant pro tigno alieno iniuncto, qualiter una per aliam tollatur.*

2 *Actiones plures, quando ſe habent tanquàm excedentia, & exceſſa, una per aliā nō tollitur.*

3 *Tignum alienum iniunctum ædibus: licet ab ædibus ſeparari poßit ſine difformitate, uel damno: tamen agi non poteſt, ut ſeparetur.*

LEX II.

SEd ſi proponas. ¶Oppo.ſ̈.l.proxi.in princi. Sol.nō pōt vēdicari, vt eximatur: vt ibi: ſed vt iuretur in litē, ſic: vt hîc, &.l. qui res. in fi.ſ̈.de ſolu. ¶Secūdò op. extra gl. ꝙ per actionē tigni iniūcti. tollať rei vendicatio: vt inſtit.de re.diui.§.appellatione. gloſ.ibi ſolu. ꝙ hîc fuit actum, nō tñ exactū, & ſic non tolliť electione vna iſtarū actionū per aliā,
1 ſed perceptione. ¶†Quæro, cū quinq; actiones competant contra iſtum: vt vidiſtis.ſ̈.eo.l.ꝓxi. quomodo tollať vna per aliam? gl.in rem.§.tignum. ſ̈.de rei vend. tractat plenius iſtam materiā, quàm alibi: & etiam in.d.§.appellatione. dicit, ꝙ rei vendicatio & actio ad exhibendum: & cōdictio furtiua tolluntur adinuicem. qa ſunt rei perſecutoriæ. Itē tolliť actio tigni iniucti, in eo ꝙ in iſto duplo continet ipſam rē non in pœna: actio verò tigni iniuncti tollit perſecutorias perceptione: cum in illo duplo inſit res, vt dictum eſt. Actionē verò furti non tollunt actiones dictæ rei perſecutoriæ: nec actio de tigno iniuncto tollit actionē furti: niſi in eo ſimplo, quod eſt pœna, eodē modo actio furti, cū ſit merè pœnalis nō tollit perſecutorias: ſed tollit actionem tigni iniuncti in eo, qđ eſt pœnalis. Pe.de bel. Perti.in eo quod diciť de iſtis actionibus pœnalib⁹, dicit cōtra gl. Nā qñ ſunt duæ actiōes pœnales, quæ habēt ſe, vt genus & ſpecies: tūc verū diceret glo. ꝙ
2 vna tolleretur per aliam, quatenus cōcurrunt: vt.l.j.j.vi bo.rap. ¶†Sed qñ ſe habent, vt excedētia & exceſſa: tūc vna per aliā nō tolliť in aliquo: vt.l.j. §.in tutela.ſ̈.de tute.& ra.diſtra.&.l.ſi adulterium cū inceſtu.j.de adulte. & dixi in.l.j.dixerit aliquis.ſ̈.de publi. ſed actio de tigno iniūcto ad actionem furti. habet ſe tanq̄ exedens & exceſſa. Nā pōt eſſe tignum iniunctū & furtum nō eſſe cōmiſſum: & pōt eſſe furtū cōmiſſum. & tignū nō eſſe iniunctū. ita dicit ipſe. Tu tene glo. Nā iſta actio nō eſt propoſita, niſi pro tigno iniuncto furtiuo, ſeu pro furto de tigno iniūcto: vt patet in prin. huius.l. cū glo. ſuper rubrica. & ſic habent ſe, vt genus & ſpecies. Nā furtū eſt genus: furtū tigni iniūcti, eſt ſpecies. ¶Sed cōtra hoc opp. nam ego video, ꝙ ille, qui iniunxit bona fide: & ſic nō commiſit furtū, vt ille, q habet iniūctum, tenetur: vt no. hîc in gl.&.d.§.tignum. ergo nō eſt verū, ꝙ ſemp requiratur furtum factū: & reſpondeo de natura actionis tigni iniūcti, ſecundū verba.l.xij.tabularū. requiriť furtū factū: vt hîc patet. & illud qđ glo. no. eſt ex extenſione, & interpretatione ꝓpter alias leges, non ex verbis.l.
3 xij.tabu. Cætera circa iſtam materiam. dic, vt no.in.d.§.tignum. ¶†Quę
e ro, quid [e] ſi tignum poteſt à domibus, vel à muris ſeparari ſine difformitate vel ſine damno: an poſſet agi, vt ſeparetur. Pe.dicit, ꝙ ſic: quia ceſſat ratio huius.l. ergo &c. arg.l.adigere.§.q̄uis.ſ̈.de iurepatro. Mihi videť cōtra: vt ſ̈.eo.l.ꝓxi.§.tigni. vbi diciť, ꝙ tigni appellatione cōtinentur tegulæ. &c. Et quis dubitat, ꝙ tegula poſsit accipi ſine difformitate, & alia poni: certè nemo. Ad ſuam rationem, cum dicit ceſſat ratio. dico ꝙ non ceſſet ratio. eſt enim alia ratio: quia tegulæ per ſe non cenſentur: vt.l.rerum miſtura. ſ̈. de vſucap.&.l.eum, qui ædes.eo.ti.

Si quis teſta.liber eſſe iuſſus fuerit Rubrica.

f ¶Glo.continuat, [f] vt in ea habes. Item dicit gl. ꝙ hæc rubrica non ponitur materialiter.

a ¶ Vltimò not. cõtra præfectũ. Adde, quod not. per Barto. post Gul. in. l. contra. s. de leg. contra eos, qui sciunt edictũ futurũ, & incontinenti vendunt frumentũ: vt teneatur. vide vt ibi cũ no. vide text. & ibi dixi in. c. pe. de excess. pla. tex. ĩ. l. & q data. s. ex q. caus. ma. & remisi in tex. And. Barb.

b Item facit. Adde Lud. in. l. si vero. §. de viro. in. xxij. fallẽ. sol mat.

c ¶ Lata culpa nõ non æquiparatur dolo. Adde Bart. in. d. l. quod Nerua. & quod ibi dixi, & quæ habentur. in. l. respicien dum. §. delinquũt. j. de pœnis. est etiã alius casus no. in. l. ij. cũ ibi no. s. qđ quisq; iur.

d ¶ Aut. l. expssè. Ita etiã tenet An. in. l. si mora. solu. matrimo. & ibi etiam vide p Bald.

e ¶ Per statutum imponitur. Quã do statutũ imponit pœnã pro aliquo facto, an sufficiat lata culpa? vide Bald. in. l. j. s. de legi. vide Ang. in. l. in actionibus. s. de in litem iur. vbi respõdit Bar. quia si statutum, non fecit mentionem de dolo, dicit Bart. quòd subauditur. contrarium ibi tenet ipse per text. in. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. de pœnis. & ita secutũ fuit collegium Paduanum.

f ¶ An requiratur dolus. vide remissiuè quæ dixi in l. ij. §. finali. s. ne quis eum, qui in ius vocan. & dicta hic per Bartol. se quitur præcisè Bal. in. l. j. C. de noxa. Adde Bald. in. l. data opera. C. qui accusa. non pos. ver. item statutũ præcisè punit homicidium. & quę dixi post Bart. in l. quod Nerua. de positi.

g Infertur principaliter. Ad hoc bene faciunt not. per gloss. & doc. in. l. iij. §. finali. in verbo cesset. suprà ne quis eum, qui in ius vocat. licet Baldus. in. l. in actionibus. de in lit. iurando. & in repetitione. c. ij. de constit. libro sexto. teneat contrarium: scilicet quod tam lata culpa, quàm dolus, debet puniri. cogita. & Bald. videtur sequi Roma. in. d. l. in actionibus. vide doctores. in. d. c. ij. de constitu.

h ¶ Et per hoc dico. hanc quæstionẽ format Bar. in. l. iustè. in fi. de acquirẽ. pos. & ideo dixit Ang. ibi quòd requiritur dolus, & ignorantia iuris, quæ est iniusta: vt in. l. libellorũ. §. notantur. cũ ibi no. de infa. non facit eum puniri. Ita dicit ibi not. Ang. in. l. si quis id. per illum tex. in. §. doli. de iurisdi. om. iudi. & Bar. Ang. in. l. sicut. in fi. de præscrip. xxx. annorum. vide gl. in l. plagij. la. ij. C. de plagi. qui vult, q quælibet causa etiam iniusta excuset à dolo præsumpto. & ibi Bal. & Barto. in. l. penul. j. de adul. Si autem. l. non

materialiter, sed significatiuè: vel ponit verba edicti: hoc nõ placet: vt. j. eo. l. j. §. nõ autẽ. Vel ponit summarium tituli. de istis duabus tene quam vis: vt dicam in. d. §. non autem.

SVMMARIVM.

1 *Præfectus Romanus nõ liberatur à debitis dolo cõtractis per incoronationẽ breui fiẽdã de Imperatore: nec illi, qui festinãt ad delinquẽdũ ꝓpter pacẽ fiẽdã de ꝓximo debent gaudere beneficio pacis.*

LEX I.

Si dolo malo. §. Hæc autem actio. Quero, quę est actio? dicũt quidam, actio in factũ quę descẽdit ex quolibet edicto: vt. l. iiij. §. an tñ. s. de dã. infec. & l. fi. s. de eo ꝑ quem fac. erit. Alij dicũt, q est cõdictio ex. l. vt. s. de cõdi. ex lege. l. j. qđ nõ placet: quia illa. l. intelligiẽ quãdo actio introducit̃ noua lege. s. ciuili. secº si prætoria: quia tũc semper cõpetit actio in factũ in dubio: vt dictũ est. ¶ Quæro, vbi est pretoris edictũ in hac materia? dicunt quidã, q est in rubrica. qđ non placet: vt dixi super ea. Alij dicunt, quòd nõ habemus verba edicti, sed eius mentem: vt hic in principio. quod satis placet. ¶ Quæro, dicunt hic, quòd pro tali furto cessat actio furti ciuilis. Quid in actiõe furti manifesti, quæ est prætoria? glos. dicit idem. licet Marti. dixerit contrarium. ¶ Vltimò[a] not. † istum text. cõtra dominum præfectũ de vrbe Romana, q coronat Imperatorem. Nã de cõsuetudine Imperator tũc satisfacit omnibus creditoribus suis: & eũ à debitis liberat. Et ipse præfectus quãdo sentit aduẽtum Principis audacior factus cõtrahit multa debita, propter spem liberationis fiende à Principe: vt ab istis debitis nõ debeat liberari. Itẽ facit[b] iste tex. contra eos, qui sentiũt pacẽ promulgandam de proximo, & ꝓpter hoc festinant ad delinquẽdum propter spem immunitatis.

SVMMARIVM.

1 *Lata culpa dolo nõ æquiparatur in maleficijs, ubi tractatur de pœna corporali, & etiã ubi tractatur de pecunia, & lex expressè dolũ requirit: secus si non requirit dolum.*

2 *Statutum imponens pœnam pro aliquo facto, quando requirat dolum, uel latam culpam?*

Vocabula, quæ habent in se dolum.

3 *Accusatus de turbata possessione, accusatione inducta ex forma statutorum, an absoluatur? si docet se ingressum aliqua ratione: ita quòd dolus malus absit.*

Non autem. ¶ Not. tex. ibi: sed culpa dolo &c. Ex quo not. q lata culpa ęqparat̃ dolo in maleficijs. Sed cõtra. j. ad le. corne. de sica. l. in lege cornelia. Pro huius declaratione † sunt gl. varię. Vna est in. l. in actionibus. s. de in litẽ iurã. q dicit, q vbi tractat̃ de pœna corporali, lata culpa nõ ęqparet̃ dolo: [c] vt. l. cõtraria. aliãs secus: vt hic. Ista non est pfecta solutio. Nam etiã vbi tractatur de pœna pecuniaria lata culpa, non æquiparatur dolo: vt. s. ne vis fiat ei. l. j. §. si quis ideo. & quod ibi no. & . j. vi bo. rap. l. ij. §. hac actione. Vnde

requirit dolũ: vide quæ notã. insti. de act. §. pœnales. & id qđ tenet Bar. in d. l. iustè. in fi. de misso in possessionem. & consil. incip. in quæstione vertẽte in curia. & Pet. de Anch. in cõsi. cxvij. Et qđ no. Bar. in. l. in actionibus. de in litem iuran. & adde bonũ tex. in. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. j. de pœnis. & d. §. limita, per. l. iij. §. si senatº. de sica. Istis adde quę dixi post Bar. in. l. respiciendũ. §. j. ff. de pœnis. Adde alios casus similes, in. l. q multa. ad le. Iu. de vi. in princip. colige rationem ex no. in. l. omne delictum. de re mili §. exploratores. & in. §. qui i acie. & & in. §. si calligati & in. l. penul. de incen. rui. nau. Et quando lex requirit dolum, non tamen excusabitur quis à culpa: qui ex ea punietur criminaliter. casus ẽ in. l. ij. §. hac actio. j. vbi bo. rap. hoc dictum fuit Bart. in. l. pe. j. ad le. Iul. de adulte. vbi etiã allegat concor. ad de Bar. in. l. si mulier. §. j. ff. rerum amotarum. vbi dicit, quòd si statutũ punit amouentem rẽ, intelligit̃ etiã si sine dolo. secus si furtum. istis adde no. per Bar. in. l. fi. j. de adulte. & dicit Ang. in. l. si vacãtia. C. de bonis vacan. lib. x. §. semper in facto illicito pręsumitur dolus: vt. l. j. C. de sica. iõ dicit quòd non est necesse, q in inquisitiõe dicatur dolosè commisit &c. facit qđ no. per Bart. in. l. nec exemplũ. C. de fal. & quod no. in. l. dolũ. C. de dolo. Facit quod dicitur in. l. iniuriarum. j. de iniur. & Bal. in auẽ. habita. in vj. colum. C. ne filius pro patre. in in. vj. colũ. dicit, quod vbi qualitas exprimenda in libello tacitè inest, ex natura facti, ꝓcedit libellus absq; expressione illius qualitatis. vide ibi. & dicit Bald. in. l. prima. de cõfes. q in furto, & homicidio semper inest dolus. Et decisionem Barto. hic, limita notabiliter: vt colligitur ex not. per Guliel. de cug. in. l. extat. quod metus causa. ¶ Et ad quæstiõem tacitam in princip. huius ver. adde, quòd vbi sumus in materia actus, qui indifferenter potest esse factus cum dolo, & sine dolo; quòd tunc quælibet causa iniusta excusat à dolo, vnde tit. quæst. Barto. hic est an accusatus de turbata possessione inducta à statuto debeat absolui, si dicat se ingressum aliqua ratione, ita quòd dolus absit & dicit quòd sic: si statutum loquatur in personam, vt quia dicat, si quis turbauit aliquem in possessione &c. & ad no. per Bar. hic vide gloss. in. l. j. ff. de itine. actuq; priua. super ver. vsus sit. quæ videtur velle, quòd ad hoc, vt quis excusetur à vi, sufficit probet se aliqua causa motum esse, quæ si

glo. in. d. l. corne. dicit, q in criminalibus lata culpa, non æquiparatur dolo: vt ibi. in alijs secus: vt hic. cũ simi. hoc non placet: quia etiam hic in criminalibus loquit̃, licet agatur ciuiliter. Ad idem. l. j. §. j. suprà si men. fal. mo. dixe. & l. fi. C. de edẽ. vnde glos. alibi dicit veritatem. in. l. magna negligentia. j. de verbo. sig. quam gl. coniungas cum glo. d. l. in actionibus. & dicas sic. Vbi tractatur de pœna corporali, lata culpa, non æquiparatur dolo: vt in. l. in lege corne. j. ad legem cornel. de sica. & no. in. l. in actionibus. s. de in litẽ. iur. vbi verò tractat̃ de pœna pecuniaria, siue sit criminalis accusatio: siue ciuilis actio dic, aut. l. ex

d pressè[d] requirit dolum: & lata culpa non æquiparatur dolo, vt. j. vi bo. rap. l. ij. §. hac actione. & l. j. §. si quis ideo. s. ne vis fiat ei. & no. in. d. l. magna negligẽtia. Aut. l. expressè dolum non requirit: & tunc lata culpa æquiparatur dolo: vt. l. j. §. j. s. si mensor falsi. mo. dixe. Sed hæc solutio videtur contra istum tex. Nam expressè hæc requirit dolum: vt patet in rubrica, & in principio eiusdem legis, & in principio huius. §. & tamen lata culpa æquiparatur dolo. Solu. dico, quòd non habemus verba edicti in hoc titulo: & quod in verbis edicti non fiebat mẽtio doli: licet Iurisconsul. referendo mentem edicti, dixerit hoc: aliãs oportet te dicere, quòd hoc procedit ex extensione Iurisconsu. magis quàm ex natura verborum edicti.

2 ¶ † Iuxta hoc quæro, quid si ꝓ aliquo facto per

e statutum imponitur pœna[e] vtrum pro illo facto re

f quiratur dolus:[f] vel sufficiat lata culpa? Respõdeo si statutum facit expressam mentionem de dolo, non sufficeret lata culpa. Idem si tractaretur de pœna corporali: vt dictum est. Sed si loquimur simpliciter, hic est aduertendum. Nam quædam sunt vocabula, quæ importãt dolum, vt puta dicitur, si quis fecerit furtum vel falsitatem, vel similia. quæ habent in se dolum, vt. l. s. de fur. & l. nec exemplum. C. de falsi. tunc lata culpa non sufficeret. Quędam sunt vocabula, quæ non important dolum in se, & hic aduertẽ. Aut statutum punit actum, qui infertur princi-

g paliter[g] in personam: vt si quis percusserit aliquem tunc requiritur dolus: quia talis iniuria non potest inferri in personam, sine affectu facientis, vt. l. iij. j. de iniur. Si verò ponit actum, qui infertur in re, tũc puto, quòd lata culpa æquiparatur dolo: vt hic, & l. prima. §. primo. s. si mensor fal. mo. dixe. cum si-

3 milibus. † Et per hoc dico[h] in accusatione de turbata

h possessione inducta ex forma statutorum, & an debeat quis absolui: si doceat se ingressum esse aliqua ratione, ita quòd dolus malus absit. Assessores communiter dicunt, siue iustis, siue non iustis rationibus absoluendus est, quia cessat dolus, vt. l. prima. in fi. j. de abigeis. l. igitur. §. j. s. de libe. cau. sed in legibus illis est ratio, quia requirebatur dolus, ideo putarem aduertenda esse verba statuti. Nã si dicunt, si quis turbauerit aliquem in possessione sua, vel molestauerit aliquem. vel per similia verba: quæ denotant actum illatum in personam, vt, molestiã, vel turbationem illatam in aliquem, tunc requirat̃ dolus per ea, quæ supra dixi, & tunc veniet absoluẽdus, nisi probetur dolus. Sed si punit actum illatum in re, vt puta si quis ingressus fuerit in posses-

vera foret, ipsum releuaret à lata culpa: & per consequens à dolo: & per cõsequens à pœna. Sed dic quòd ad illam glossam posset responderi, quòd in pœnis pecuniariis tantum procedit, arguendo de lata culpa ad dolum. l. in lege. & ibi Bartol. ff. ad le. corne. de sica. sed vbicunqꝫ imponitur pœna pecuniaria sufficit nedum lata culpa, sed etiam leuis, ad hoc, vt cadat in pœnã. vt visum fuit in præcedẽti apostilla. ergo illa gl. non facit aliqd' ad propositũ. Bar. dicit, ꝙ stãte statuto, ꝙ homicida occidatur, intelligatur de doloso, & culpabili nõ casuali: quia statutũ debet glossari secundũ ius cõmune. & remittit ad not. per se in. l. ij. C. de noxa. Ad idem quod not. de dolo. in. ca. lator. de homicidi. vbi refert accidisse de facto, ꝙ duo in vnanaui erant, & alter cum ligno, in quo erat ferrũ ad trahendũ ramos arborũ, casu percussit socium, & mortuus est. Dicebat statutum: quòd de homicidio puniatur, dicit fuisse consultũ, & bene, ꝙ non teneť de homicd: si al's sibi adhibuit diligẽtiã: quia statutũ debet intelligi de homicidio doloso, & culpabili. Allegat not. in. d. l. ij. de noxalibus. & in ca. in nostra. de iniuriis. addendo, qd' dixi in. l. respiciendũ. §. delinquũt. ff. de pœnis. & not. hoc expresè Cyn. & Bal. in. d. l. ij. C. de. noxa. & Bald. in l. data opera. in. v. col. C. qui accusa. non pos. in. vj. co. Ange. in malefi. in ver. quas si non soluit intra decem dies amputetur si manus. Sed vtrũ procedat libellus, accuso te, eo quòd culpa occidisti talem? Bal. in. l. quæ foruitis. in. v. col. C. de pigno. actio. tenet, ꝙ sic: quia intelligiť de latissima, hoc est dolo. & dicit, Bal. ibidem in vltima colum, quòd si statutum punit delictum, nec doli facit mentionem, quòd nec nos facere debemus: in. l. prospexit. qui & à quibus, nisi per statutum atrox pœna imponeretur. quo casu saltem lata culpa requiritur. Vide tñ nota. per Bartolum in. l. j. C. de statu. libr. xij. & Baldum in. l. quicunque. C. de seruis fugitiuis. qui videntur concordare huic dicto: vt apparet infrà eadem. l. Labeo. in Apostilla magna. circa princip. ¶ Et ad materiam adde Bartol. hic in fine, quòd nedum lata culpa, sed leuis sufficiet ei, vbi esset pœna pecuniaria. secundum Bald. in. d. l. data opera. in fine. v. colum. vide Bald. & Pau. de castro in. l. j. de liti. & Bald. in. l. iij. §. quod prætor. ne quis eũ, qui & domi. Anto. in. c. ij. de consti. per Bald. in. l. j. & in. l. & si seuerior. in. iij. colum. C. de infa. & limita per Saliç.

sionem alterius. vel si quis occupauerit possessionẽ alterius: vel turbauerit: & tunc non requiritur dolus: sed sufficeret lata culpa, per ea quæ suprà dicta sunt. Pro hoc insti. vi bo. rapto. §. quia tamen. & per l. si quis in tantam. C. vnde vi. Aliud est igitur dicere, si quis turbauerit aliquem in possessione sua: & aliud est dicere, si quis turbauerit possessionem alicuius: & ideo tunc non excusaretur, si non esset motus rationibus iustis.

SUMMARIUM.

1 *Actio introducta in subsidium, non habet locum contra eum, qui de iure ordinario potest coerceri.*

Dominus non potest concedere represalias contra uniuersitatem sibi subditam, quam potest iure ordinario coercere.

Communitas non potest concedere represalias propter factum sui subditi, quem potest iure ordinario coercere.

Habet itaque. ¶ Iste est pulcher text. Not. hic in versi. quid tamen. 1 † quòd actio introducta in subsidium, non habet locum contra eum, qui iure ordinario potest coerceri. & ideo puto, quòd de iure communi, dominus non posset concedere represalias, contra vniuersitatem sibi subditam, quam potest iure ordinario coercere. Eadem ratione non potest ciuitas, seu commune, concedere represalias propter factũ sui subditi, quem potest iure ordinario coercere. in argu. hoc inducto non determino. Ad hanc. l. oppo. j. eod. l. fin. sol. vt ibi.

Si seruus pure. ¶ Oppo. institu. de noxa. §. si seruus. Sol. contra dominum non potest agi actione ordinaria: sed hac actione sic. Item contra. Ista actio non est introducta, nisi contra eum, qui liber esse iussus est: vt hac. l. in princi. Solut. etiam contra eum, qui est legatus, inducitur per extensionem Iurisconsf. vt hîc.

Ante aditam. ¶ Suprà exposita sunt verba, si quis testamento liber iussus fuerit. nunc exponuntur verba ante aditam hæreditatem.

SUMMARIUM.

1 *Actio subrogata num sapiat naturam eius, in cuius locũ subrogatur.*

Hæc actio. ¶ Not. hunc tex. ibi: nam & si in locum. &c. ¶ Quæro, 1 vtrum hoc sit verum indistinctè: † quòd actio subrogata in locum alterius sapiat eius naturam? Istam materiam tetigit Iacob. de Are. in. l. qui id quod. in princi. s. de dona. & modicum dixit. do. Cyn. tetigit eam. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. iij. gloss. aliquantulum dicit in. l. certi condictio. s. si cer. pet. in. j. gloss. mag. circa fin. Quidam alij extraordinarij doctores etiam distinxerunt. Mihi videtur latius, & clarius dicendum sic. a Quandoque vna[a] actio subrogatur in locum alterius per modum suppletionis: quia actio producta certis casibus: non competebat. vnde suppletur alia in illis casibus, in locum deficientis actionis. Quandoqꝫ hoc fit per modum substitutiõis: qa in locũ alterius actionis extinctæ alia introduciť. Qñqꝫ fit per modũ cumulationis: qa actioni iam inuẽtæ, & natæ, alia actio cumulatur in eodẽ casu: & ad idẽ. Primo casu, aut q̃ris vtrũ sapiat eandem naturã, circa id, quod actio trahit, ex natura efficientis seu introducẽtis eã: & tunc ita demum sapit eandẽ naturã, si sunt idẽ effect⁹: secus si diuersi. Exẽplũ in hac. l. Ista actio est introducta ad supplendam actionem furti ciuilem: vt. s. ea. l. j. §. j. tñ ista est prętoria: vt hîc. illa est ciuilis. & hæc parit diuersos effectus, propter inuentores varios. Nã vna est perpetua: alia est temporalis. Idem in similibus legibus allegandis infrà. Aut quæris, an sapiat eandem naturam quo ad alia: & dico quòd sic regulariter: vt hîc: & l. ij. §. fina. s. si quadrup. pauper. fecisse dica. & l. quemadmodum. §. magistratus. s. ad. l. aquil. C. ad legem aquil. de pecoribus. ¶ Fallit primò in his propter quæ prima actio non cõpetebat: vt apparet in hac. l. cum fi. Nam hęc lex habet locũ in casu, in quo nõ habebat locum actio furti. Item fallit in his, quę in actiõe subrogata specialiter sunt expressa: vt probatur in hac. l. & s. eadem. l. §. j. cum sua gloss. Nam hic specialiter est statuta pœna dupli: ideo non habet eandem naturam, quam habet actio furti: vt si deprehendatur, sit pœna quadrupli, quia hîc pœna specialiter est expressa, vt no. s. §. j. in glo. super verbo ciuilis. Quod no. propter multa statuta. ¶ Secun- b do casu[b] principali, quando actio subrogatur p modũ substitutiõis in locũ actiõis extinctę: hic aduerte. Aut ista substitutio fit à lege, aut ab homine. Primo casu, aut fit contra ius commune, & non habet eandẽ naturã spãlẽ quo ad vitã, vt apparet in actione vtili rescissoria restituta: vt in. l. in honorariis. ver. sed cũ rescissa. s. de act. & obli. & l. fi. C. ex qui. cau. maio. sic intelligo. l. j. & ij. C. si aduer. trãsa. Aut substituiť secundum ius cõe: & tunc aut ad idẽ, & sapit eandem naturam: vt. C. de re. vxo. act. §. j. ij. & iij. & insti. de actio. §. fuerat. Aut, circa diuersam rem, & tũc non sapit eandem naturam, si rei diuersitas diuer- c sitatem rationum inducat, vt. l. cum in fundo[c]. §. si fundus. s. de iure do. Aut substituitur per hominem & tunc aut quæris. an capiat eandem naturã quo ad executionem, & dico: ꝙ non sapit eandem naturã, si prima habebat executiõem paratam, vt. C. de execu. rei iudi. l. si cãm. & l. iiij. §. si ex cõuentione. s. de re iudi. si verò quæris quo ad alia. dic vt in. l. aliam. s. de noua. ¶ Tertio casu principali, quando subrogatur per modum cumulationis, tunc aut accumulatur accessoriè, aut principaliter. Primo casu: sapit eius naturam: vt. l. si eum. §. qui iniuriarum. s. si quis cau. & l. j. §. si quis sub cõditione. vt leg. no. ca. Aut accumulatur principaliter, & tũc aut ex diuersis principiis, aut ex vno. Si ex diuersis principiis: tũc non sapit eandẽ naturã regulariter, & diuersa principia intelligò. siue oriãtur ex diuersis factis, vt. l. iij. §. idẽ scribit. s. de pecu. & l. tutor. s. de fideiusso. siue ex eodem facto diuersis tñ obligationibus. vt. l. rei communis. s. pro so. & l. duobus. §. colonus. s. de iureiu. cum sit prædicta vera quando cumulatio ista fit per l. idem si fiat ab homine, vt. l. item illa. §. quod adiici tur. s. de costitu. pecu. & d. l. iiij. §. ex conuentione.

in. l. ij. C. de noxa. Adde, an iusta causa excuset à pœna turbationis possessionis, Pet. de ancha. consi. cxxxvj. Bal. cõsi. ccclxxxvj. lib. j. Et an homicidium requirat dolum: si statutum dicat, quòd occidens occidatur. vide quę posui in. l. j. C. de ser. fugi.

a ¶ Quando qꝫ vna. Adde quod no. in. l. certi. condictio. si cer. pet. per Bart. Angel. Cy. in. l. j. C. de rei vxo. act. Andræ. Barba.

a ¶ Quandoqꝫ vna actio. Et hanc materiam sequitur Cyn. in lege si creditori. post gloss. de lega. primo. & per Dyn. in. l. qd' debitori. ff. de do. causa mortis. & Angel. & Barto. & etiam ponit ista pen. in dicta l. si creditori. & Bald. in. l. si eum. §. qui iniuriarum. si quis cau. & ad materiam, quòd subrogatum debet esse eiusdem naturæ &c. vide nota. per Bal. in. l. parabolani. C. de epi. & cle. vbi dicit, quòd non potest in locum iudicis subrogari iudex, qui eligi nõ potest ad illud. Vtrum autem inhabilis posset cõstitui ad substituendum: vide in cle. religiosus. de procur. & ibi per docto. Et facit ad quęstionem, passagium debetur ponti, qui postea fuit destructus: & remittitur, an nouo ponti debeatur? de quo per Bald. in. l. ij. C. de priuile. fis. Item facit ad quæstionem an episcopus succedens in executione in locum executoris negligentia debeat seruare formam impositam per executorẽ primi executoris? de quo vide Bald. quòd sic in. l. fin. C. si manci. ita fue. alie. & no. Bald. in. l. fi. in vij. col. C. vnde legi. quod si potestas est aliquo casu substitutus capitanei, quod tamen debebit seruare tempora assignata potestati per statutum: non tempora assignata capitaneo. quod nota bene.

b ¶ Secundo casu. Et vide vnum singulare dictum, quod dicit gloss. in ista materia. in. l. certi condictio. si cer. pet. Bald. in. l. j. §. j. C. de rei vxo. actio. And. Barba.

b ¶ Secundo casu, dicas, quòd quando succedit per locum à remotis non potest assumere naturam iam extinctæ actionis, quia quemadmodum illa est extincta, ita ista. dicit Bald. in. l. pactum, quod dotali. in. xviij. quæstio.

c POMATES. ¶ Vt. l. cũ in fundo. not. quod subrogatum nunqꝫ sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, quando in eo est diuersa qualitas. & vide Alex. consi. clx. col. ij. volu. iij.

C. de re

a ¶ Si verò. Etiam pro hoc est glo. in. l. certi condictio, in. j. glo. ff. si cer pet. quam Barto. dicit. ibi nota. & non reperi alibi ita expressè.

b ¶ Sceuola ait. Vide Bald. in. l. iij. C. fami. er. nam hæreditas bene continet in se iura, & dominia. l. j. §. j. s. eo. & not. Bald. in rub. C. fami. erci.

c ¶ Labeo. Si statuitur terminus accusatori, & post terminum tantũ venit in notitiam eius, an adhuc accusare possit? vide Ale. post Bal. in. l. fin. C. de dolo. & vide quod notat Bald. in. l. genero. ff. de his, qui not. infa. vbi tenet quòd non: quia paria sunt præscripsisse, & absolutum esse: vt probatur in. l. sed & si vni⁹. §. si ante. de iniur. Pro qua facit ista l. quod not. in. d. genero. nec obst. quòd delictum remanet impunitum: quia omne illicitum non punitur, per. l. j. de infa. Nec obst. §. hoc interdictum. hic alle, quia ibi non agebatur ad vindictam: sed de infamia. Actiões autem ad vindictam sunt magis odiosæ: ideo restringendæ: vt in. l. auxilium. ff. de mino. Item: quia actiones ad vindictam non sunt in bonis nostris à princip. Ideo non est aliquod incommodum: vt in. l. cum emancipati. §. emancipatus. de colla. & vide quod notat Bart. in. l. eum, qui. §. in popularibus. in vlti. q. de iureiur. Et faciunt ista ad no. per Bald. in. l. j. si quis cau. vbi quærit, quid si à iudice dat⁹ est terminus parti, an currat à tempore dati rermiti: an verò à die notificatiõis & scientiæ? & dicit quòd à die scientiæ facit quod notat Bartol. in. l. Labeo. suprà de iureiurando. & facit textus in. l. de pupillo. §. meminisse. & ibi per Ludoui. de operis no. nun. & ad quæstionem Barto. hic vide Barto. in. l. j. C. de strato. libr. xij. & facit quod dixit Bald. in. l. quicunq;. C. de seruis fugiti. vbi dicit, quòd statutum puniens aliquem, de delicto, debet intelligi, si scienter delinquit, non si ignoranter. Vide ad ista Bal. in. l. fin. C. de dolo. & facit tex. in. l. j. quod vi aut clam. & habetur in. l. si quis in graui. ad sillania. & vide in. l. cura. qui milita. non posses. libr. xij. & in. l. j. C. de effra. lib. x. & Ange. hîc tex. l. dist. capitu. nulla. & Bald. in consil. clij. qui allega. glos. xj. distin. capitu. quicunq;. & vide Bal. in. l. id, quod pauperibus. de episco. & cleri. in. iiij. colum. vbi dicit, quòd tempus statutum executori non currit ignoranti: in quo etiam tenuit Barto. quod non. in. l. quinquaginta. suprà de ex cu. tuto. In termino verò præfixo à statuto hoc modo, videlicet, quòd de delicto non possit cognosci post sex menses intellige siue delictum fuerit occultum, siue manifestum: quia à die delicti connumeratur tẽpus: nõ à die scientiæ. tex. est in. l. fin. & ibi Bald. C. de dolo. Istis adde Bald. in. l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cleri. quæ dixi in. l. iij. de calũ. & quod dixi post Bart. in. l. fi. de præscrip. lon. temp. Adde Pau. de cast. & quosdã alios doc. quos ipse alleg. in consi. incipi. potestas non habet in syndicatu suo. Et dicunt ꝙ quædam sunt crimina, quæ per diligentem inuestigari potuissent: seu per instigationem generalem potuissent in notitiam potestatis deuenire, quia nõ fuerunt occulta facta, tunc si iudex in hoc nõ fuerit diligens, ignorantia nõ impedit tẽpus statuti currere, quia cũ potuit scire &c. imputatur sibi. l. qui potest. j. de regu. iur. c. fi. de elect. Quędam sunt crimina occultè commissa, vt est crimẽ falsi, quæ nõ potuissent per generalẽ inquisitionẽ reperiri, & tunc talis ignorãtia conseruat ius ingrẽdi. l. semper. §. si quis. hic alleg. & est bonus text. in. c. fi. qui matri. accu. pos. Sed per do. Francis. de arbergo. de Aretio, in cõsilio suo, quod incipit super infrascriptis dubijs cõsultus. distiguitur aut delictum erat respectu personæ delinquentis, & delicti incognitum, vt in crimine falsi, tũc nõ currit terminus. aut delictum erat notũ: sed persona ignorabatur delinquentis, & tunc currit terminus, & hãc distinctionem dicit probari in hac. l. cũ hic not. per Barto. & & Ludo. de vr. in l. j. §. occisorũ. ad Sillanianum. dicit ꝙ licet Barto. hic nõ decidat, quòd ipse decidit in. d. §. in pupillaribus. quòd à die currit tempus: secundũ Bal. ibi, & ĩ dicta l. genero. tenet cõtrarium, quia in producenda libertate currit præscriptio etiam in ĩgnorante, vt. l. si parem. §. si per fundum, admo. ser. amit. & quia paria sunt quem esse absolutum, vel præscriptũ, imo fortius etiam si post tempus fieret confessio, non posset fundari inqsitio. Sed de hoc vltimo scripsi in. l. absentem. j. de pœnis: & in. l. sed. & si vnius. §. si ante. de iniur. quem tex. alleg. Bal. pro se Ludo. in dicto. §. occisorum. respondet ad. c. si per fundum. quod ibi loquitur in præscriptione extraiudiciali, secus in præscriptiõe facti, vt ibi tenet Bal. & Pet. de anch. in. c. canonum statuta. versi. sed si alij habent. Barto. tenet, quòd ista tempora currant à tempore scientie. vide Bal. in. l. quãdiu. C. qui admit. & not. p eum in. l. iuris in fin. eodem tit. & similiter in statuto dicente: quòd instrumenta debeant intra certum tempus insinuari, intelligitur à tempore sciẽtiæ, & ignorantia præsumitur vt declarat Bald. in. l. penul. de peri. tuto. & vide, quæ dixi post Bal. in. l. q̃diu. C. qui admit. & in. d. l. fin. C. de dolo. & Moder. in. c. tua nos. §. j. de homici. Adde, quod licet dicat in fi. huius. l. dubiũ esse, tñ in. l. quinquaginta. de excu. tuto. tempus præseruat ignoranti ius, quod etiam ibi tenet gloss. Adde an terminus currat officiali ignoranti crimen commissum, Pet. de ancha. consi. v.

C. de re iud. & l. si creditori. de leg. j. & l. fideicommissa. §. plerunq;. s. de lega. iij. fallit in. l. qui id ꝙ. s. de dona. Ratio est, ne ex liberalitate sua &c. vt. l. ne liberalitate. de re iudi.
a ¶ Si verò[a] descendit, seu accumulatur ex eisdem principijs: tunc aut vna accumulatur propter aliam: aut quælibet per se principaliter. Primo casu, illa quæ propter aliam accumulatur sapit eius naturam: vt. l. vt tantum. in princi. s. de ser. corru. quod intelligo de natura, quam ipsa actio primordialiter habebat: non de ea, quæ superuenit ex accidenti: vt. l. item veniunt. §. cum prædixerimus. s. de peti. hæredi. Item, præterquàm quo ad infamiam: vt not. in. l. certi condictio. in princip. in fi. mag. gloss. primæ. s. si cer. pet. Si verò quælibet propter se principaliter cumulatur: tunc nulla sapit naturam alterius: vt. l. cum filius. §. varijs. de leg. j. & l. j. & ij. C. communia de leg. & institu. de leg. §. nostra autem. vbi tres actiones accusantur propter legata principaliter: & quælibet habet propriam naturam.

b **Sceuola ait.** [b] ¶ Dictum est. s. proxi. §. quod ista actio pertineat ad furta. modò queritur, vtrum propriè ad furta pertineat: & respondetur: vt in tex. ¶ Op. ꝙ rei non possessæ, non fiat furtum: vt. l. falsus. §. si iactum. s. de fur. solu. vt ibi. ¶ Itẽ op. ꝙ aditio transferat possessionem in hæredem: vt. l. cum miles. s. ex qui. cau. maio. Solu. vt ibi. ¶ Ite op. de. l. qui à seruo. in fi. s. de ac. & obliga. Solut. ibi hæreditas non possidetur propriè, sed impropriè. qd dic, vt dixi. s. de vsucap. l. si is, qui pro emprore. super versi. quod si seruus. ¶ Quæro, vtrum ista actio habeat locum in commissis post aditã hęreditatẽ, ãte apprehẽsam possessionẽ? hic videtur ꝙ sic. Cõtrarium est veritas, cũ statim seruus sit liber adita hæreditate: vt. s. ea. l. §. ante aditã. qd est verũ, si libertas sit relicta purè: secus si sub cõditiõe: vt. j. ea. l. fi. & s. ea. l. §. sed si fideicõmissaria. ¶ Vltimò quero, ad qd Sceuola hoc dixit hic? respõdeo: quia dictũ est. s. istã actionẽ pertinere ad furta. hic declarat, qd impropriè dixit furta. vnde magis propriè dixisset pertinere ad intercepta: quoniam iacẽte hæreditate, non fit propriè furtum.

SVMMARIVM.

1 *Statuto cauente quòd potestas poßit procedere de maleficijs commißis retro per annum: an poterit cognosci de maleficio secreto, quod in notitam peruenit post annum? requirit cogitandum.*

2 *Ignorantia excusat aliquem à pœna: sed an conseruet ius alcui est dubium.*

LEX III.

c **Labeo.** [c] ¶ Op. s. proxi. de. l. si paulo ante. sol. ibi diu stetit in seruitute post furtũ factũ, licet dñs ignorauerit. hic autẽ statim furto facto peruenit ad libertatem.
1 ¶ † Quæro, dicit statutũ: ꝙ Potestas possit procedere de maleficijs cõmissis retro p annum, contingit, quòd fuit commissum, quoddam maleficium occultum, vt puta fuit factũ vnum instrumentum falsum secretè, quod in notitiam peruenit post annum, an de hoc possit procedi. videt de hoc tex. ꝙ sic, in. l. ann⁹. s. de cal. & s. quod vi aut clam. semper. §. hoc interdictum. In cõtrariũ videt hæc lex proxi. precedens, q̃ incipit, si paulo añ. Pro quo facit. s. de diuer. & tẽ. præscri. l. fi. in fi. vbi ignorantia nõ impedit currere præscriptionẽ. In hac. q. dubito. & est de facto mõ ĩ his terminis, dimitto nũc quia volo melius cogitare.
2 ¶ Ad vnum tñ aduerte, † quia an ignorãtia excuset aliquẽ à pœna, de hoc nõ est dubiũ quòd sic, vt dixi in syndico in simili. in. d. §. hoc interdictũ. Sed an ignorantia cõseruet ius alicui, de hoc loquitur. q. nostra. & de hoc est dubium.

Furti aduer. nau. caup. stabu. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Differentiæ inter hunc ti. & ti, nau. cau. stabu. tres.*

2 *Actio in factum oritur ex hoc edicto.*

¶ Glo. quærit quæ est differẽtia inter hũc tit. & tit. s. nau. cau. sta. Quidã ponunt hîc vnam differentiã, quã differentiã gl. reprehẽdit. vt habes in gl. sed in rub. illius tit. glo. ponit alias tres differentias. Prima
1 est, † quia ibi tractatur de actiõe in factũ, quę ex contractu. s. ex recepto, & de ea, quę ex quasi maleficio hîc de ea. quę ex maleficio tantũ, hæc est bona differentia. Prætereà ibi loquit, qñ arguit factũ certæ psonæ: vt. l. penul. §. j. eo. tit. hic qñ factũ certæ personæ nõ arguit. ¶ Itẽ ibi totũ duplũ est pœna, hic in isto duplo simplũ est rei psecutio. ita dicit ibi gl. Sed certè puto, ꝙ gl. potius voluit dicere cõtrariũ, quod hoc totũ sit pœna ad instar actiõis furti. ibi, in vno duplo cõtinet sim plũ. Ros. in libellis suis super hoc tit. dicit ꝙ inter titulũ istũ, & illum nulla est differẽtia. Et si dicas, quare fecit duos tit. rñ. qnia hic tractabat de qbusdã furtis specialiter, & ideo voluit facere titulum specialem, quę in alio tit. ponantur incidenter. hæc opi. mihi multum placuit, sed opi gl. cõ
2 muniter tenetur. ¶ † Quæro, quæ actio oriatur ex hoc edicto? quidam dicunt, actio furti manifesti: vel nõ manifesti, aduersus nautas, caupones, stabu. Dyn. & Roff. intelligunt, quod agatur actione in factum aduersus nau. caupones &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio ciuilis furti, quòd potest competere aduersus nautam uel eum, qui conuenitur ex suo furto, sed agens ex hoc edicto semper est prætoria.*

LEX I.

IN eos. ¶ Primò, ponit men
tem edicti vsq; ibi.ad
ver.nauigaudi. ¶ Quæro, quæ est
illa actio? dicit gl. primo casu, quan
do ipsi faciūt furtū, est actio ciui-
lis: qa eorū facto cōueniūtur. ¶ Se-
cundo casu, quādo cōueniuntur ex facto alieno, est
prætoria actio ex quasi delicto: vt insti. de obli. quę
1 ex quasi delicto. §. pe. Gl.†dicit verū in se, ꝙ actio
furti ciuilis potest cōpetere aduersus nautā: vel eū,
qui cōuenitur ex suo furto. Sed si quis ex hoc edi-
cto vult agere, semper erit prætoria. ar. est pro hoc.
l. j. in princ. &. §. dixerit aliquis. ṡ. de publi. &. ṡ. nau.
cau. stabu. l. & ita. §. ex hoc edicto.

SVMMARIVM.

1 *Caupo, quòd non teneatur de facto uiatorum.*
2 *Approbare dicitur, qui non improbat.*
3 *Hospitare, nisi in casu aduenientis multæ militiæ, non tenetur quis.*
Hospes postquàm posuit signa hospitij, tenetur hospites recipere: nisi ex causa multitudinis, uel alia.
Notarius excusatur à confectione instrumentorum, propter multitudinem contractuum.
4 *Hospes, qui intrauit hospitium si in mane dicit sibi pecuniā subtractam in hospitio: quando credatur sibi? & quòd contra hospitem non iuratur.*
5 *Hospitatus, qui dedit ualisiam hospiti: & dicit sibi aliquid subtractum de ualisia: an ei credatur? & de remedio.*

Serui. ¶ Gl. signat vnū cōtrariū: dic vt in gl.
1 †No. ꝙ de facto viatorū caupo nō te-
netur. Cōtra in. l. j. §. fi. & . l. sicut. ṡ. nau. cau. stabu. so.
ibi recepit saluū fore: hoc est fuerūt sibi assignatæ,
2 & ipse recepit. hic nō. ¶ Secūdò not. hic, †ꝙ qui nō
improbat, approbat. qđ dic: vt dixi in. l. quo enim.
a §. j. ṡ. rē. ra. ha. Itē dicit hic, ꝙ quis nō pōt repellere[a]
inter agentes. cōtra. l. j. in prin. ṡ. nau. cau. sta. vbi dici
tur, ꝙ est in eorū arbitrio nō recipere. sol. dicit Gul.
de cug. ꝙ ab initio est in eorū arbitrio non retinere
hospitiū: vel stabulū: vel similia: vt. l. contraria. Non
3 enim qs cogit†recipere hospites regulariter: nisi in
casu aduenietis multæ militiæ: vt. l. j. C. de meta. lib.
xij. & . l. ij. & facit. C. de epi. & cle. l. j. Sed postq̄ qs
cœpit tenere hospitiū: & qs posuit signa hospitij:
tunc hospites cogit recipere: vt hîc. & facit. l. in com
modato. §. sicut. ṡ. cōmo. nisi ex cā recusaret: vt pro-
pter multitudinē hospitaliū. Sicut dicim⁹ de nota-
b rio, q licet cogat facere[b] instrumenta: vt. C. de colla,
c fun. pa. l. placuit. li. xj. tn̄ excusat[c] ꝓpter multitudi-
nem cōtractuū: vt in aut. de tabel. circa me. colū. iiij.
4 ¶ Quæro, qd si hospes intrauit hospitiū, & in ma-
ne dicit substractā sibi esse pecuniā, vel alias res: sed
probationē nō habet? Hanc. q. & seq. ponit Ros. in
tit. ṡ. nau. cau. sta. & Gul. in. l. j. §. nau. cau. sta. licet nō
alleget Ros. sed Ia. de Ra. & dicūt ipsi, ꝙ in qbusdā
partib⁹ est cōsuetudo, ꝙ credat hospiti. & tūc illud
est seruādū. Sed qn̄ cōsuetudo nō apparet, est vidē-
dum de cōditiōe hospitātis, si est hō malę cōditiōis
vel nō: & de cōditiōe hospitati: vt si est qdā peregri
d nus[d] q vadit Romā, vel ad sedē sancti Iacobi: & de
quātitate pecuniæ quā dicit se amisisse: & de modi
ca quātitate credit suo iuramento ꝓpter prædictas
presumptiōes. Est enim verisimile, ꝙ tantā pecu-
niā portauerat, ꝙ sibi sufficiat ꝓ eūdo, & redeūdo.
ar. l. admonēdi. ṡ. de iureiurā. & in. l. in bonęfidei. C,
de iureiur. Mihi videt, ꝙ hoc nō sit verū. Nā caupo,
vel stabularius nō tenet, nisi de facto suo, & eorum
quos in naui, vel caupona sua habet: qn̄ nō recepit
saluū fore: vt hîc. Vnde posito, ꝙ sint oēs illæ p̄sum
ptiones, tn̄ nulla p̄sumptio est, ꝙ magis fecerit hoc
caupo, vel alij familiares sui, q̄ alij viatores. vn̄ cōtra
eum nō video, ꝙ possit deferri iuramētū. Quod aūt
e sit remediū dicā. j. ¶ Scđ'ò q̄ro,[e] qd si hospitat⁹†de-
5 dit cauponi valisiā: vel fardellū, & in mane dicit ho-
spes aliqd sibi subtractū de valisia? dicit Ros. si qdē
valisia fuit data signata, & sigillata, & reddit sigilla-
ta, nō habet hospes de quo conqrat. Siverò nō fuerit
data sigillata, vel reperit nō sigillata, tūc eodē mō re
currēdū est ad p̄sumptionem: vt. ṡ. imo pl⁹ hoc casu,
cū cōstet de maleficio, stabit iuramēto hospitis ar.

a ¶ In eos. §. serui. non potest repellere. Caupo tenetur recipere hospites: nisi ex causa. vide quæ dixit Bar. in. l. mariti. § j. de adul. & multas fallentias vide in. l. j. vel. ij. in apostilla magna. ṡ. eo.

b ¶ Cogatur facere. Adde Bar. in. l. numerū. §. iudicādi. j. de mu. & ho. Item limita: vt dicit Bar. in. l. j. de tabu. lib. xj. & ipse no. post gl. l. fi. §. fin. de eo per quē fac. est. & Bart. ī. l. semper. §. si in sepulchro. ṡ. qđ vi aut clā. per Cy. in l. fi. ṡ. ne quis eum qui in ius voc. per Ang. Bal. & Pau. de cast. in. l. si duo §. fi. ṡ. si qs cau. Et an notarius nolēs facere instrumentū, possit priuari ex officio. Bal. videtur velle, ꝙ sic, in. l. ꝓuidēdum. C. de postula. & Io. an. in. c. sicut. ne cleri. vel mon. & vide no. p Bar. in ru. de fide inst. in. ij. col. adde glo. in. l. argentari⁹. in prin. ṡ. de eden.

c ¶ Tn̄ excusatur. limita nisi notari⁹ esset adept⁹ dignitatē, secundū bal. in. l. nec. C. de ope. li. & vide Io. an. ī addi. Spe. in ru. de inst. edi. in. v. col.

d ¶ Quidā peregrinus. vide Bar. in. l. j. § si cista. ṡ. depositi, & ꝙ ibi dixi. & ꝙ no. doc. cano. in. c. j. de cōmoda. & Bar. in rub. C. depositi. & ꝙ no. Bar. in. l. in actionibus. ad fin. ṡ. de in lit. iuran. Adde ꝙ hospes non tenet: nisi ꝓbetur, ꝙ eo sciente iposita est in hospitio. vt est gl. l. j. in ver. in nauē. ṡ. nau. caupo. sta. & Bald. in l. certi. C. loca.

l. si qn̄. C. vn̄ vi. ita dicit Ros. & Gul. hoc sentit arg.
l. semp. §. in hoc interdicto. ṡ. qđ vi ant clā. Mihi ve
rò videt ꝙ qn̄ valisia reddit sigillata, ꝙ ipse dicat ve-
rū. Cessat em̄ oīs suspicio, qn̄ signa non sunt muta-
ta: vt. l. vl. C. de edic. diui Adri. tol. Sed qn̄ reddit dissi
f gillata: tūc nō credo, ꝙ stet ei⁹ iuramēto.[f] Nam. l. si
qn̄ & . l. semp. §. in hoc interdicto. loquunt in eo, qui
dolū cōmisit, & hoc cōstat: vt ꝓbat extra quod me.
cau. c. vlt. sed hîc nō cōstat, vtrū ip̄e caupo fecerit, an
alius: & sic non cōstat, an cōueniat ex facto suo, vel
ex quasi maleficio, ex facto alterius: vnde. ll. illæ nō
habēt locū. vn̄ ꝓbari debet rectè qd sit in valisia: vt
l. j. §. sic ista. ṡ. deposi. & ibi not. ¶ Sed qualiter pote
rit fieri ista ꝓbatio? in hoc dico, ꝙ dat consiliū à. l. qa
iudex habet sup hoc potestatē tormētandi familia-
res domus, & alios, qui erant in domo: & proceden-
di superhoc summatim: vt. C. de naufra. & . l. quoties.
g & . l. de submersis. eo. titu. & ita de facto obseruaui[g]
cum Pisis mihi occurrisset de facto.

Si fami. furtum fecisse dica. Rubri.

¶ Ad euidentiā debes scire, ꝙ iste titulus non indu-
cit nouam actionem: sed est quædā additio, per quā
pœna minuitur: vt. j. videbis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus, qui sciuit delictum fuisse commissum per familiā quando teneatur suo nomine?*
2 *Ratio huius edicti, quòd non habeat locum in liberis hominibus non habentibus dominum.*
3 *Hæc lex non habet locum, quando plures serui de una familia accusantur criminaliter.*
4 *Plures homines liberi si accusentur criminaliter, non habet locum hoc edictum.*
5 *Plures domini, si iusserunt uni, ut faceret aliquod maleficiū una pœna: an præstari debeat ab omnibus?*

LEX I.

* VTilissimum. ¶ Op-
po. de. l.
si familia. & . l. quoties. in fi. j. eo. vbi
dn̄s deliquit: & tn̄ habet bn̄ficium
hui⁹ edicti. gl. nō soluit. sol. hîc lo-
quit qn̄ dn̄s deliqt circa ipsum ma-
leficiū cōmissum: ibi qn̄ ex postfacto deliquit, desi
nēdo dolo possidere. Item opp. de. l. ij. §. j. & . l. si ex
duobus. ṡ. de noxa. & . l. iiij. §. cū dn̄s. eo. ti. sol. vt ibi.
1 ¶ Circa hanc. l. q̄ro†primò, qn̄ dn̄s sciuit: vtrū ipse
teneat suo noīe? glo. rn̄dit, aut dn̄s iussit: & tūc etiam
ipse tenet suo noīe, & etiā noīe seruorū: vt. l. ij. §. j. &
l. si ex duob⁹. ṡ. de noxa. Aut sciuit tm̄: & tūc suo noīe
nō tenet: sed tenet noīe seruorū. nec habet bn̄ficiū hu
ius edicti: & ita loquit hîc. Intellige hoc, nisi in illis
casib⁹, in quibus ex sola scientia qs punit. de quibus
vidistis. j. ad. l. Pōpe. de pari. l. vtrū. in fi. ¶ Quæro,
hîc loquit de furto, & dāno: q̄ro qd de iniuria illata
in p̄sonā? certè vr̄ secus: vt. l. si familia. in fi. ṡ. de iuris.
di. om. iudi. Vel veri⁹ ibi, iniuria: vt ibi patet. & tex.
expone vt ibi: quod hîc tenet Dyn. ¶ Quæro extra
gl. qd si vna familia hoīm liberorū deli quisset, an suf
ficeret tm̄ p̄stari, quātū si liber fecisset? Dy. ꝙ sic: vt
ipse no. in. l. semper. §. j. ṡ. qđ vi aut clā. ¶ Cōtra di-
2 co, †ꝙ istud edictū est statutū in fauorē dn̄orū. vn̄ h
in liberis hoībus, q nō habebāt dn̄m cessat ratio hu-
ius edicti. Hoc etiā apparet: qa si essent plures serui
diuersorū dn̄orū, pro quolibet deberet p̄stari solida
pœna: vt. j. de iniur. l. si plures. & no. in. d. l. si familia.
3 in fi. gl. mag. ṡ. de iuris. om. iudi. ¶ † Quæro, vtrum
ista. l. habeat locum, qn̄ plures serui de vna familia ac
cusant criminaliter? rn̄deo ꝙ nō. Primò per tex. d.
l. si familia. Nā qn̄ agitur ad vindictā publicā, nō ha
bet locū edictū istud: vt ibi dr̄. Secūdò, ꝓbo p rōnē
accusatio ex qua imponeretur pœna pecuniaria, nō
d cadit in seruū:[d] vt. l. hos accusare. §. oībus. j. de accu,
sed deberet illa pœna alterari in corporalē, quæ ca-
deret in seruum: vt. d. § . omnibus. in fi. Sed qn̄ tra-
ctat de pœna corporali, nō habet locū istud edictū,
qđ est introductū in fauorē dn̄i: ne cogat nimiū sol
uere: & sic vbi de solutiōe nō tractat, nō habet locū.
4 ¶ Ex p̄dictis etiā †apparet, ꝙ qn̄ plures hoīes liberi
accusant criminaliter, nō habet locū istud edictū: qa
agitur

e ¶ Secūdò q̄ro. & qn̄ hospitator, vel nauta teneatur ad res p̄ditas: & an cōtra eū præsumat, vide Bal. in. l. j. C. loca. & vide de omnibus in Spe. in ti. de fur. §. j. versic. pono. & ibi videas.

f ¶ Eius iuramēto vide Bal. in ru. C. deposi. & in. l. j. C. loc. & not. in. d. l. j. §. si cista. ff. deposi. & posuit Ludo. in. l. in actionibus. C. de in litem iurā. & Bald. in. l. certi. C. loca.

g ¶ De facto obseruaui. No. qa quotidie seruatur. tormētant familiares cauponum. adde Bar. in. l. j. in prī. de offi. præfe. vigil. facit quod no. Bar. in. l. dn̄i horreorū. ṡ. loca. sed Spe. videt tenere cōtrarium in titulo de fur, §. j. vers. pone.

* Adde videndum Pe. de Anc. cōsil. cclxxxix. Aduerte ꝙ Bart. allegat cōtrari⁹ in hac. l. j. Sed in quo videatur cōtrari⁹. & ꝓ eius saluatiōe, vide concor. positā ad. §. omnib⁹ aūt. in. l. hos accusare j. de accusa.

h ¶ Nō cadit in seruū. vide Bart. in. l. hos accusare. §. omnibus. j. de accusa. contra videtur ip̄e tenere, ꝙ pœna pecuniaria cadit in seruū: licet ip̄e contrariū hîc teneat.

agiť de vindicta publica:vt.d.l.ſi familia. Tu habes hîc, ꝙ qñ dñs ſciuit, &
5 iuſsit,teneť inſolidũ ſuo noĩe pro vno iuſſu.¶ †Quæro,qd econtrà, ſi plu
res iuſſerunt vni:vt faceret aliquod maleficium:an debeat vna pręſtari pœ
na ab omnibus,quod vr̃ per tex.in.d.l.ſi familia.ſed certè ibi loquiť tãtum
in familia ſeruorũ.ſed ſi plures liberi iuſſerũt vni,qlibet teneť inſolidũ:nec
vnius ſolutio alium liberaret.vt.l.ſi pluriũ ſeruus.& ibi no.ſ.de noxa. c

SVMMARIVM.

1 *Pœna ſi imponitur reſpectiuè ad aliam,intelligitur cum omnibus qualitatibus illius pœnæ,ad quam ſit relatio.*

Cum plures. ¶Si ſecũdũ iudiciũ ita ſe habet ad primũ,ꝙ con
dẽnatoria lata in primo,& exactiõe ſecuta,tolla
tur:ſecũdũ interim differť,& cumulatio impediť.h.d.¶Not. nouã regu-
lã impediẽdæ cumulatiõis,quã dixi in ſummario.quã Dy.nõ ponit in.c.
nullus pluribus,de re.iur.l.vj.nec Pet.in.l.edita actio.C.de edẽ. De hac re-
gula feci mẽtionẽ in.l.naturaliter.§.nihil cõe.ſ.de acquir.poſ.in repetitiõe
quã feci de illo.§.¶Quæro,dr̃ hîc,pœnæ noĩe duplũ, & cõdictiõis ſim-
plũ.Quæro qd ſi familia fecit furtũ manifeſtũ,dicit gl.debet præſtare qua
2 druplũ,ſicut ſi liber homo feciſſet.¶†Ex hoc tex.cũ gl.no.ꝙ qñ vna pœ
na imponiť reſpectiuè,ad aliã,intelligiť cũ omnib⁹ qualitatibus illi⁹ pœnę
ad quã ſit relatio:& ꝑ hoc erat hoc anno.q.Dicit ſtatutũ, ꝙ nobilis puniať
pœna quadrupli eius,in quo puniret̃ popularis.Contingit,ꝙ nobilis deli
qt de nocte:vt in platæa.q̃riť vtrũ debeat quadruplari pœna ſimplicis ma
leficij:an verò pœna maleficij ſic qualificati?& hîc eſt caſus,ꝙ pœna male-
a ficij ſic qualificati quadruplicetur:qa ad illã referť cũ oĩb⁹ ſuis qualitatib⁹ a
¶In cõtrarium facit.l.in furti.in prin.ſ.de fur.de hoc plenè ſcripſi.in.l.ſan
ctio legum.j.de pœ.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam,quando unus ex pluribus debet,alius rem,alius æſtimationem ex diſpoſitione.l.an ſolutione unius alij liberentur.*

LEX III.

QVoties. ¶Hæc lex eſt difficilis.& diuidiť in duas ptes.
Primò an ſolutio dñi ꝓſit habẽtibus cãm à do
mino.Secũdò an ſolutio habẽtiũ cãm à dño ꝓſit domino.Secũ
da ibi:ꝙ ſi pri⁹.Nũq̃ legi iſtã.l.ꝙ nõ daret mihi laborẽ.¶Op.
& vr̃,ꝙ ſolutio dñi nõ proſit manumiſſo:quia habet titulũ lucratiuũ: vt.j.
ſequitur in eadẽ.l.Sol.dicunt qdã,ꝙ hîc fuit manumiſſus data pecunia.cer
tè nõ placet:qa ſeruus cũ ex ſuo facto, & ex ſuo delicto cõueniať: non põt
habere regreſſum cõtra dñm. & iõ nõ video, qd opereť datio pecuniæ, vel
nõ.¶Alij dicũt,ꝙ iſte ver.idẽq̃,& ſi referť ad caſum ſubauditũ, quaſi dice
ret ſolutio dñi ꝓſit emptori dũtaxat,ſubaudi nõ donatario:& qđ ſeqtur
idẽ erit in manumiſſo,ſubaudi,qđ in donatario.& in hoc glo.reſidet. Tu
potes dicere ꝙ in prĩ.loqť,qñ dñs ſoluit, cuius ſolutio ꝓdeſt manumiſſo.
Secunda ps.l.loqť,qñ manumiſſus ſoluit, cui⁹ ſolutio non ꝓdeſt dño. Sed
contra hoc facit.qđ diciť in hoc prin.ꝙ ꝓdeſt emptori dũtaxat. quaſi dice
ret nõ habẽt cãm lucratiuã:ſed manumiſſus habet cãm lucratiuã:ergo &c.
vñ ſic dicerẽ.Aut dñs ſoluit anteq̃ alienaret:& tunc cũ illa ſolutiõe oẽs ſer
ui ſunt liberati,ꝓderit poſtea manumiſſo,vel alienato quocunq̃ ti.Siverò
dñs ſoluit poſt alienationẽ:tunc nõ ꝓdeſt:niſi emptori dũtaxat.Ita intelli
go hãc.l.nõ eñ factũ dñi ꝓdeſt ei,q habet cãm ab eo,ſi ipſi⁹ dñi non inter
eſt:vt no.in.l.rẽ alienã.ſ.de pign.ac.¶Venio ad ſecũdã partẽ. Op.ꝙ ſolu
tio manumiſſi ꝓſit dño:vt.ſ.de noxa.l.de illo.in fi.&.l.ſe. Sol. ibi cũ vnus
ſeru⁹ deliqt:hîc qñ deliqt tota familia.Rõ,qñ vnus deliqt,à quocũq̃ ſolua
tur,illi⁹ delicti & pſonæ noĩe,ſeu cõtẽplatiõe ſoluiť:ſecus, qñ delinqtur à
familia.ita loqť hîc.&.eo.mõ rñde ad.l.ſi ſeru⁹ nauẽ.§.fi.ſ.de fur.ad qđ fa-
cit.l.q ſeruũ.ſ.de interro.act.¶Op.de.l.etiã.§.pe.ſ.de pe.hær.vna gl.dicit
hîc,ſol.vt ibi.alia glo.ma.intrat in vnã diſtinctionẽ ſatis longã. ¶Timore
huius cõtrarij,qđ nec clarè nec bñ expedit:iõ tu dicas.Qñq̃ qs teneť ad rẽ
& ad pœnã ꝓmiſſam ex cõuẽtione:tũc,aut ſolutio vnius tollit obligatio-
nẽ alteri⁹,& ñ eſt noſtra materia hîc:licet gl.tãgat.Sed plenè examinaui in
2 l.ſi ita ſtipulatus.in cõtrarijs vltimæ partis.ſ.de ver.ob.Qñq̃ †vnus[b] debet
b rẽ,& alius pœnã:vel alius æſtimationẽ ex diſpoſitiõe legis:& iſta eſt mate
ria noſtra.In qua dic:aut actio eſt realis,vel miſta cum illa, qua vterq̃ tene
tur:& tũc aut primò cõſequor rẽ,& poſtea nõ poſſum agere ad æſtimatio
nẽ:vt.l.Stichũ.§.dolo.ſ.de ſol.&.l.etiã.§.pe.ſ.de pet.hære. Aut primò cõ
ſequor æſtimationẽ ab vno:& tũc aut ille à quo exactũ eſt,fuit cõuẽtus,&
exactus rõne doli:aut fuit exactus rõne doli:ſed nõ cõuẽtus: aut fuit cõuẽ-
tus rõne doli:ſed nõ exact⁹:aut neq̃ cõuẽtus,neq̃ exact⁹ rõne doli.¶Pri-
mo caſu,qñ fuit conuẽt⁹,& exact⁹ rõne doli:puta:qa dolo deſijt poſsidere,
fuit cõuent⁹,& exact⁹.Et tũc aut poſſeſſor,q poſteà cõueniret̃,eſſet habi-
turus regreſſum cõtra ipm ſoluentẽ: & iterũ ad rẽ nõ poterit agi.ar. huius
l.& no.in.d.l.etiã.C.de pe.hær.Aut nõ eſſet habitur⁹ regreſſum.&poterit
agi ad rẽ cõtra poſſeſſorẽ:vt.d.l.ẽt.§.pe.&.l.Stichũ.§.dolo.ſ.de ſol. ¶Se-
cũdo caſu,qñ fuit exactus rõne doli,ſed nõ cõuẽtus.Exẽplũ,egi cõtra poſ
ſeſſorẽ:& ſic fuit cõuẽtus rõne poſſeſsiõis.ſed qa nõ reſtituebat, fuit facta
exactio æſtimatiõis:& ſic fuit exactus pp dolũ.& tũc ad rẽ nõ poterit agi:
vt.d.l.Stichũ.§.dolo.¶Tertio caſu,qñ fuit cõuẽtus rõne doli:ſed nõ exa-
ctus.Exemplũ,egi cõtra eũ,q dolo deſijt poſsidere:nõ fuit exactus ꝑ ſentẽ
tiam,ſed deuenimus ad trãſactionẽ,vel pactũ.& tũc ꝓderit poſſeſſori: vt
nõ poſsit cõueniri,ſi haberet cãm à me:ſiue eſſet ha
biturus regreſſum cõtra me: qa emptor. ſiue nõ, qa
donatarius,vt.l.ſi tibi.§.pactũ conuentum.ſuprà de
pac.Si verò nõ haberet cãm à me,tũc ſec⁹:vt.l.ſi vn⁹
§.añ oĩa.ſ.de pac.&.l.nã poſteà.§.fi.&.l.ſe.ſ.de iure
c iurã. Quarto caſu,[c] qñ nec conuẽt⁹,nec exact⁹ rõne
doli:ſed fortè ſoluit rõne culpæ: vel aliâs, & ꝓderit
poſſeſſori ſi habet cãm ab eo:al's ſec⁹ ꝑ iura pręalle.
Qñq̃ cõtingit,ꝙ actio qua vterq̃ cõueniť, ẽ actio
pſonalis,& tũc aut cõpetit ad ſpeciẽ:& eadẽ eſt adhi
bẽda diſtictio:vt no.C.de cõdi.fur.l.j.ꝑ gl.licet Cy.
aliter ibi dixerit.Aut cõpetit ad quãtitatem: & tũc
aut quantitas debeť ſimpl'r:aut reſpectu cettæ ſpẽi.
Prĩo caſu,à quocũq̃ ſoluať,nõ põt ab eo, vel ab alio
peti:vt.ſ.de re iu.l.ſi qs dolo.§.j.Scđo caſu,aut quã
titas debeť reſpectu vni⁹ ſpeciei determinatę:& ſolu
tio facta ab vno liberat oẽs:vt.l.de illo.ĩ fi.ſ.de noxa. a
&.l.ſi ſeru⁹ nauẽ.ĩ fi.ſ.de fur.aut debeť reſpectu plu
riũ ſpecierũ:vt vni⁹ familiæ,& tũc aut q̃ris,an vnius
ſolutio facta ab vno ꝓſit alijs,& habet locũ materia
l.noſtræ.In qua dic,aut ille ali⁹ cõtra quẽ vis agere,ẽ b
eiuſdẽ cõditiõis,cui⁹ erat prim⁹ ſoluẽs. vt puta: qa ẽ
ali⁹ dñs ſoci⁹ ignorãs,ſicut prim⁹:illi ꝓderit: vt. l.ſi
familia.j.e.& ibi videbitis.Aut nõ ẽ eiuſdẽ cõditiõis
vt qa ẽ ali⁹ dñs ſoci⁹,q ſoluit ſciẽs.licet prim⁹ eiuſdẽ
cõditiõis fuerit ignorãs:& dic vt.l.ſi familia.Aut eſt
ali⁹ habẽs cãm à dño:& tũc diſtingue.aut primò ſol
uit añq̃ eũ alienaret,vel manumitteret,& ꝓdeſt oĩ-
bus habẽtib⁹ cãm ab eo,ẽt ſi haberet titulũ lucratiuũ
vt hac.l.ĩ prĩ.ver.idẽq̃ ẽ. Aut ſoluit poſtq̃ eũ aliena
uerat,vel manumiſerat:& tũc nõ ꝓdeſt niſi ei, q ha-
beret titulũ nõ lucratiuũ:vt hac.l.in prin.Si verò ille
primò ſoluit,q habet cãm à dño,q̃ ipe dñs. tunc aut
ſoluẽs erat talis,q habebat regreſſũ cõtra dñm,& ei⁹
ſolutio ꝓdeſt dño aut nõ:& tũc ſec⁹,vt hac.l.ver.ꝙ
ſi pri⁹.¶Qñq̃ cõtĩgit,ꝙ vn⁹ ad æſtimationẽ cõuẽ
tus eſt actiõe pſonali & exact⁹. & cõtra aliũ agiť ad
rẽ actiõe pſonali:& tũc aut ille q cõueniť ad rẽ,habet c
cãm à.j.cõuẽto.& nõ põt cõueniri:vt.l.illicitè. ſ. de
re.e.Aut nõ habet cãm ab eo:& tũc ſec⁹.Exẽplũ,ſi
ego egi cõtra cõmodatariũ,& habui æſtĩationẽ,po-
tero agere cõtra poſſeſſorẽ rei,licet poſteà habita re
tenear illi reddere æſtimationẽ:vt.l.ſi fullo.ſ. de cõ-
di.ſine cã.&.l.in cõmodato.in.fi.ſ.cõmo. & ꝑ Dy.ĩ
c.ꝓ poſſeſſore.de re.iu.li.vj.¶Vltimò ĩ gl.magna
eſt quædã gl.corrupta vicio ſcriptoris.vide eã,& cor
rige eã ibi:in nõ ſocijs:ſi ab vno rem peto, debet di- d
cere, ſi ab vno pœnam peto: & ab alio rem ,nihilo-
minus peto.non habetis hîc alia.

LEX IIII.

SI familia commu-
d nis.[d] ¶Iſta lex diuiditur in tres partes.
Primò loquitur, quando familia pluri-
um delinquit vno ſciente,non tamen iubente. Secũ
dò, quando delinquit vno iubente. Tertiò, repetit
quod dixerat in principio. & circa illud determinat
vnam quęſtionem. ſecunda ibi : & ſi ſeruus. Tertia
ibi:ſi ergo.ver. quod ſi ille.legitur in gl.duobus mo
dis.tene quam vis:quia vtraq̃ eſt bona.¶Oppo. ad
princi.& videtur ꝙ ille,qui ſciuit,nil repetat à ſocio
vt.l.ſi ex duobus.ſ.de noxa.Solu. ibi loquitur in iu
bente:hîc in ſciente ſimpliciter. ¶Venio ad ſecun-
dam partem. dicitur hîc, ſi modo cum eo quoq̃ ex
l.aqui.vel ex.l.xij.tabu. agi poteſt. ¶Quæro,vtrũ
aliquo caſu poſsit ſeruus delinquere, quo nõ agatur
in dñm ſociũ ignorantem? gl. ſcilicet hîc ſe inuoluit
circa hoc,& ponit multos caſus,& notabiliter loqui
tur ſic.Aut ille q eſt ignorans nõ poſsidet: nec dolo
deſijt poſsidere:& non teneť:vt.l.quoties.§.prætor.
ſ.de noxali.& iſto caſu ſi ſoluiſſet repeteret:qa ſpõ-
te ſoluit nõ ex neceſsitate.Aut poſsidebat eũ:& tũc
aut ſeru⁹ deliquit coactus ab altero,& domino inui-
to:ita ꝙ aliter facere non poterat:& tunc dominus
ignorans nõ tenetur:quia nullũ eſt delictum ſerui.
aut potuit aliter euadere:& tunc aut deliquit deli-
cto leui,& idẽ:qa aliter ſocius non tenetur, cũ ſeru⁹
in hoc deberet dño cõparere.Siverò cõmiſit delictũ
atrox,tunc teneť ſeruus,qa deliquit ſeruus, qm̃ pa-

a ¶Oĩbus qualitatibus. adde quod no.in.l.j. in prin. j.de receptato.

b ¶Quoties quãdoq̃ vnus. Quando vnus debet rẽ & alias pœnam: an per executionẽ faciã cõtra vnũ ali⁹ ſit liberatus? ſed qd ſi vnus tenebať ad intereſſe alius ad pœnã,vide Bart.not. poſt gl.in.l.fi.§.fi.ſ.de eo ꝑ quẽ fac.ẽ. & vide Bar.in.l.ſemper.§.ſi in ſepulchro.ff.qđ vi aut clam.

c ¶Quarto caſu.& faciunt iſta,an iudex faciendo litẽ ſuã,ſi ſoluit, liberet principalẽ? vide q̃ dixi poſt ange.in.l.pe.§.fi.ne qs eũ,q in ius vo.&c.& ĩ.l.ſi qs dolo.§.j.ſ. de re.iu.

d ¶Si familia. glo. hîc,& per iſtã gl. vr̃ limitanda glo. in.l.liber hõ. ad.l. aquil.vbi in atrocioribus, fili⁹ vel ſeruus nõ teneną parere dño,vel patri, al's ſi pareant teneną.hoc eſt verũ,niſi alias eſſent perituri,ſi non feciſſent. ita vr̃ glo. multũ no.hîc.adde qđ no.Bar.in l.ſi ſeruus.ſ.de noxalibus.

a ¶ Arborũ furtium cæſarum Rub. Practicam huius ti. vide per Spe. de in iu. §. ij. ver. item qui incidit, vel decidit arbores plures.
b ¶ Si furtim. Et qñ eſt ſylua inciſa, & ligna exportata: an competat remedium huius tit. vel. l. Aquiliæ. vide Bal. in. l. j. C. ad. l. Aquil.
c ¶ Cædere. §. is cuius cõpetit emphyteutæ. adde tex. in. l. ſed & ꝓprietas. ad. l. aqui.
d ¶ Facienda. cum ẽptor. §. fi. idẽ dicit Bart. in. d. l. cũ emptor. §. fi. ś. de dam. infec.
e ¶ Si gemina. Ad hũc tex. vide qđ no. ſcribit Bar. in l. vulgaris, in fi, de furt.
f ¶ Vtrũ veniat. de hac. q. per Io. And. ĩ addi. Spec. in titu. de ſentẽ. §. ſpẽs. ver. ſed põe Cy. & Bal. in. l. quicũq;. in. iij. col. C. de ſer. fugi. & bal. in. l. ſi familia. de iuriſ. om. iudi. & Spec. de contu. §. nũc dicemus. ver. ſed pone iudex. & Io. And. in regula, delictum in mercur. ſed quid ſi aliquis proijcit aquã putridã & in facie & in gula, an puniatur de facie & gula? Bal. in d. l. quicunq;, in iij. col. ꝙ ſic & per Dy. in. l. qđ dicitur. la. j. de ver. obli. & in ſimili per Paul. de liaza. ĩ. q. inci. eps monuit.
g ¶ Aut dicit not. cõtra. Iac. de Are. vide Bart. & q̃ ibi remiſi, in. l. nunq̃;. de priu. deli. vide ibi Ang. vbi tenet opi. Io. An. in ca. delictum. de reg. iur. lib. vj. in mer. Andræ. Barba.
h ¶ Ego puto. ſed Flor. in. l. iiij. ś. ad l. aqui. dicit, ꝙ cõiter tenet opi. Iac. de Are. & mo. vide Iaco. de bel. C. vt intra certũ tempus. in. iij. q. prin. in. q. quæ incip. qõ diſputata eſt. l. municipali cauetur &c. Adde videndum Ang. conſi. cxc.
i ¶ Quæro, qd ſi te fugaui, & cũ fugeres cecidiſti, & cadendo te vulneraſti: an tenear? & quomõ: & idẽ dicit Bal. in. l. de pecorib⁹. C. ad. l. aqui. dicit, ꝙ ſi de percuſsiõe facta cũ ſanguinis effuſione nõ põt fieri concordia. & ego te ꝓieci in terrã, ex quo ſuper lapidẽ capite læſo fregiſti caput cum ſanguinis effuſione: ꝙ de hoc poterit fieri cõcordia. & de hoc no. per Barto. in. l. ſed ſi vnius. in. iij. co. j. de iniu. Adde qd ſi cũ equo, quẽ calcaribus premebã te fugiẽtẽ cadẽdo peſſundedi, exiuit ſanguis: eo, qa pede ferrato eq facta ſunt. ij. vulnera: an hoc erit vnum maleficium, vel plura: vide Bal. conſi. cix. ij. col.
k ¶ Quid ſi accuſator. ſi dico pcuſſiſti me plurib⁹ pcuſsiõibus, de quo intelligit, qd ſi dicat multis pcuſsionib⁹, vide Bar. in. l. j. §. hoc reſcriptũ. ad ſil. q dicit, ꝙ verificat in duabus, vel trib⁹. de quo gl. in. c. ad noſtrã. de re. ecc. nõ alie. Vide tex. in. c. Chriſtiano. xxxiij. di. vbi no. ꝙ licet duo dicant plures, nõ tñ plurimi ſunt. Ita no. Ab. ĩ. d. c. ad nr̃am. ꝙ libell⁹, in quo fit mẽtio, ꝙ me pluries pcuſſiſti, intelligat de duob⁹ vulnerib⁹. tenet Bal. p illũ tex. ĩ. l. ſi deic. §. ſi qs. x. de le. iij. & ĩ. l. & ſi poſt tres. in. x. col. ś. ſi qs cau. & dicit Ange. p illũ tex. ĩ aut. de triẽ. & ſemiſ. in. §. & qđ ſępe. cũ gl. in ver. filiorũ. ꝙ ſi teſtis dicat, ꝙ plurimis vicib⁹ pcuſsit, ĩtelligit de trib⁹. ſi verò dicat de pluribus, intelligit de duab⁹. & vide q̃ ſcripſi in. l. iij. §. ex plurimis. ś. de acq. poſ.

rere non debuit ſeruus in hoc: vt. l. ij. §. is qui. ś. de noxa. ita colligitur hîc ex gl. noſtra.

a *Arborum furtim cæſarum Rub.* [a]

LEX I.

b SI furtim. [b] ¶ Hãc legẽ declarã p ea, q̃ dicta ſunt in. l. j. §. dixerit aliquis. ś. de publica, tangam in. l. j. j. ti. j. Bar.

LEX V.

c CAEdere. [c] Vide gl. quę incipit, ſed qualis. ibi: ſic emptor. dic imo fuit lex. xij. ta. vt. ś. eo. l. j. & j. eo. l. furtim. §. ſi qs radicitus. Item vide gl. ibi, ſed certè prætor intelligebat. No. iſtã gl. ꝙ licet lex vtat verbo pſentis tẽporis in puniẽdo actũ: intelligit de tempore præterito & pluſq; perfecto.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteutæ, & feudatario competit hæc actio.*

Is cuius. ¶ Op. de. l. item Mela. §. fi. ś. ad le. aquil. Sol. ibi habet vtilẽ: ita hîc vſufructuarius haberet iſtam actionem vtilem. ¶ Sed tunc oppo. de eo, qđ hîc dic dicit de emphyteuta.
1 † Rñ. emphyteuta, qui habet dominium vtile, habet iſtam actionem directã. qđ tene menti: quia actio l. aquiliæ directa: & iſta actio directa competit emphyteutæ & feudatario & ſimilibus. quod no. Bart.

LEX VI.

1 SI plures. ¶ No. ſecũdum Dy. † ꝙ ex pluralitate delinquẽtium pœna delicti multiplicat. quod dic vt plenè dixi in. l. ſi in rixa. j. ad. l. corne. de ſica. & dixi. ś. ti. j. l. j. ¶ Secũdò no. ꝙ ex pluralitate eorũ, in quos delinquitur, pœna non multiplicabitur. quod non dico hîc: qa hora non patitur: dicam in. l. iij. §. ſi ad plures. j. de ſepul. vio.

Si quis radicibus. ¶ Circa hoc de iſtis radicib⁹: dic vt in. l. j. C. de interdic. facit qđ dixi in. l. de pupillo. §. meminiſſe. de nou. oper. nũ. Ad fi. huius. l. op. in ſti: de re, diui. §, ſi titi⁹. & l. adeò. §. fi. ś. de acq. re. do. Gl. ponit multas ſol. tene primam vel ſecundam.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſtante, quòd ſi alicui eſt domus diruta, ſibi damnũ emendetur: damnum non dicitur probatum, licet probetur domus diruta, & quòd tantum ualebat.*
Damnum domus dicitur, quod ſupereſt deducto ualore ſoli, & deductis cementis.

LEX VII.

FAcienda. ¶ No. hunc tex. in prin. Pro hoc dicebam in quadã quæſtiõe: dicit ſtatutũ caſtri plebis: ꝙ ſi alicui eſt diruta domus, ꝙ ſibi damnum emẽdet. Mo-
1 dò quidã cui erat domus diruta, † probauit domũ eſſe dirutam. Item probauit, ꝙ domus tantum valebat: ego dixi, ꝙ iſte non probabat quantũ erat dãnum: qa nõ eſt damnũ totus valor domus, ſeu rei: ſed illud, qđ ſupereſt deducto valore ſoli, & deductis cementis, dicitur damnum: vt
d hîc. & habes ſimilem tex. in. l. cum emptor. [d] §. fi. ś. de dam. infect. qđ not. ad formationem articulorum.

SVMMARIVM.

1 *Delictum ex parte inferentis ſi eſt unus actus, & ex parte recipientis reſultãt plures: an una pœna, uel pluribus puniatur?*
Percutiens cum bidente, uel forcipe, un una uel pluribus pœnis puniatur? ibidem.
2 *Percutiens uno ictu aliquem in capite, ſi poſteà deſcendit in brachio, poſtea in crus, pro pluribus punitur.*
Percutiens aliquẽ uno ictu in pluribus digitis, pro pluribus percutionibus punitur.
3 *Oſſe fracto ſi exinde ſequatur uulnus in alia parte corporis, pro duobus uulneribus punitur delinquens, ſi agitur de uulnere: ſecus ſi de oſſe fracto.*
4 *Fugientem inſequens ſi fugiẽs recidit & in cadendo ſe uulnerauit: tenetur, quaſi eũ fecerit uulnerari.*
5 *Percutiens aliquẽ in cerueleria, ſi repercuſsio cerueleriæ fecit uulnus in fronte, uel in capite: uidetur uulneraſſe.*
6 *Percutiens aliquem cum cultello bis in eodem loco: ſi ſtatutum conſiderat percuſsiones: punitur pro duobus. ſi uulnus, pro uno uulnere.*
7 *Accuſatus pro pluribus percuſsionibus, condẽnatur pro duabus: ſi pro pluribus, & pluribus pro quatuor.*
Cautela, quòd in accuſatione ponatur pluries.

LEX X.

PRætor edixit. c ¶ Oppo. ꝗ procedit libellus incertus: vt.ſ.l.proxi. Solu. fallit ibi: vbi non cogitur dicere perſonã paſsi iniuriã. ſed perſona inferentis iniuria ſemper debet dici: vt hic. Iſta eſt vera. Alij dicũt ibi in accuſatiõe criminali: hic in actione ciuili. Truffa eſt. Nã multo magis in accuſatione criminali, debet qs ponere certũ: vt.l.libellorum.j.de accu. Alij dicũt, ꝗ debet dicere certum, ſcilicet genus iniuriæ: quod in idẽ recidit cũ prima. ¶ † Quæro, vtrũ qñ de delicto agitur ciuiliter debeat inſeri locus & tẽpus, ſecundũ formã.l.libellorum.j.de accu. Roſ. qñ format libellũ ſuper actione iniuriarum, non ponit locũ, vel tps. Spec.in ti.de iniur.& dam.da. cum format libellum in actione iniuriarum, ponit locum & tempus: ſed cum format libellum in actione.l.aquil.de dãno dato non ponit. Do.Cy.in.l.ſi non cõuitij.C.eo. nihil tetigit, vbi ponit materiam de iniur. Tu dic quòd qñcunq; agitur ciuiliter aliqua actiõe, quæ infamat, tũc debeo ponere certũ. ponendo tps & locũ: vt hic.&.l. itẽ exigit. ſ. de dolo.& in.c.tuæ.extra de procura.& intelligo ſiue infamat d de iure, ſiue de facto. hoc dico per iura quæ volunt, quòd etiam exceptionibus continentibus delictum, inſeratur locus, & tempus: vt.c.preſentium.extra de teſti.li.vj.dixi in.l.j.ſ.de excep. ſed ſi eſt actio ciuilis, quæ non infamat: tunc non cogitur quis dicere locum, & tempus: quia tunc ceſſat ratio huius.l.&.l.item exigit, ſuprà de dolo. Nam tex. dixit, qui famoſam actionem &c. Et ſic eadem ratio eſt, quando non eſt famoſa, quæ in alijs ciuilibus deſcendentibus ex contractibus, in quibus non inſeritur locus & tempus: vt ſuprà de edendis.l.j.in princ. & ibi not. in gloſſ. magna.& ex hoc ſequitur, quòd cum actiones deſcendentes ex quaſi maleficio non infament, non eſt neceſſe, quòd inſeratur locus, & tempus. Probo forti⁹. certum eſt, quòd perſona delinquentis debet exprimi in libello, vt hic: quaſi agatur ex delicto, quod infamat. Sed ſi agitur ex quaſi delicto, non cogor certam perſonam delinquentis exprimere: vt.l.licet.§.fi.ſ.nau. cau.ſta.& quod ibi not. facit ad hoc.l.ſi cum exceptione.§.in hac actione.ſ.quod me.cau.

SVMMARIVM.

1 *Actio ad uindictam, quando dicatur competere, & quãdo ad rem familiarem.*

2 *Titulus.C.quãdo actio.ciui.præiudicet criminali: an habeat locum in priuatis criminibus?*

3 *Differentia inter actionem legem Aquilæ, & actionem iniuriarum.*

4 *Agens ad intereſſe, non tenetur exprimere in libello certã quantitatem.*

5 *Iudex poteſt libellum non continentem certam quantitatem, reijcere.*

Contra agentem actione iniuriarũ, poteſt opponi, quòd iniuria non eſt atrox.

a ¶ Ad vindictam. qñ actio ciuilis & criminalis tẽdunt ad vindictam, vna tollit aliã. qđ intellige, ſi integra pœna fuit impoſita: aliàs ſecus: ſecundum Bal.in.l. nullũ.C.de teſtib.

b ¶ Competit cuilibet. Adde text.in l. Manichæos. C. de herę.& vide in l.item apud.§.cui & ibi Bar.j.eo.& ibi videas.

c ¶ Prætor edixit. Facit ad quæſtio. de qua per Ange. in.l.j.de liberis, & poſthu.

d ¶ Siue infamat.ad de Bar.& Doc.in l.edita.C.de edendo.in.ij.colum.& Bar.in.l.an eandẽ. §.actiões.ff.de except.rei iud.& qđ no. Bar.in.l.p procuratorẽ.ff.de obſeq.& in.l.viro.ſolu.ma.& in.l.j.§. hoc interdictũ. in ij.col.ſ.vti poſsi. & adde Bal.in.d. l.edita.in.vj.col. in.iij.opp.& etiã in.xxvij.q.& oĩno in.c.j.in princ. in.vj.col.q.mod. feu.amit.& Bart. in.l.Nerati⁹.ad.l. aquil.& p do.de ro.deci.xxvj.adde ꝗ aliqui dicebant, ꝗ iura p quę ſe fundat Bar.hoc non probant: ſed potius poſſent retorqueri cõtra eũ. Et ad.c.tuę.de p̃cu.rñdet, ꝗ ibi cõſtabat delictũ eſſe merè criminale, videlicet in crimine adulterij, ex quo perueniebatur ad ſeparationẽ tori. In contrarium etiam vide aliquid per Fulg.in.l.j.in in prin.in antepe. col.de edẽ.& bal. in.l.licet.ff.nauf. cau.ſtab. Adde, an in libello, in quo intentatur actio famoſa, debeat apponi tps.bal.cõſi. cccxvij.lib.vj.

Pater, qui fecit atrocem iniuriam filio, poteſt accuſari criminaliter.

Si dicatur. e ¶ Iſte.§. bonus eſt, & ſolennis.& diuiditur in partes quatuors. Primò ponit duas qõnes & rñſiones. Secũdò opp.& ſoluit. Tertiò ponit aliã.q.& rñſionẽ. Quarto ſimiliter ponit aliam. q.& reſponſionem. Secũda ibi: at q. Tertia ibi: qd ergo de lege. Quarta ibi: f quid ergo ſi qs. Prima pars legitur vno modo ſecundum gloſſam, alio modo ſecundum Iacobum de Are. In ſecunda & tertia parte legitur vniformiter ſecundũ omnes. In quarta parte legitur duob⁹ modis ſecundũ gl. Tertio modo ſecundũ Ia.de Are.& ſecundũ gl. iſte.§.h.d. Si actũ eſt in actione ciuili, quę cõpetit ad vindictã, tollitur accuſatio criminalis: ſecus ſi ad rem familiarẽ ciuiliter ſit actũ.h.d. ¶ Opp.ſ.vi bo.rap.l.ij.§.j.&.C.qñ acti.ci.cri.præiudi.l.j. Sol. habetis in tex. hic loquitur, qñ vtraq; cõpetit ad vindictã: ibi qñ altera proſequitur rem familiarẽ. Pro hac 1 ſol. † eſt videndũ qñ actio dicatur cõpetere ad vindictã, & qñ ad rẽ familiarẽ? Dy.ſ.l.prox. dicit ſic. Nõ eſt dubiũ, ꝗ accuſationes criminales ſunt prodite ad g vindictã: vt.l.licitatio.§.qđ illicitè.ſ.de pub.&.l.fi. ſ.de pri.deli.&.l.fi.ſ.de fur,&.j.e.l.vlt. ſed de actionibus ciuilibus dubitatur. Sed dic, aut agitur pro delicto circa rem æſtimabilẽ cõmiſſo: & nõ dicitur prodita ad vindictã: ſed ad pſecutionẽ rei, vel dãni rei familiaris: licet rõne delicti detur: vt in actione vi bo.rap.&.l. A qui.& fur. Aut agitur pro delicto circa rẽ ineſtimabilẽ cõmiſſo, & tũc dicitur ad vindictã ꝓdita: vt in actione iniuriarũ. vt hoc.§.&.ſ.l. ꝓxi.&.l. pœnales. ad.l.fal. ita dicit Dy. Hoc diſplicet in.j.mẽbro: qa videtur cõtra caſum huius.§. Nã hic agitur de delicto circa ſeruũ commiſſo: & tamen ſi agitur iniuriarum, dicitur competere ad vindictam. ¶ Itẽ diſplicet in ſecũdo mẽbro: quia pro furto filij, poteſt agi actiõe furti: vt.l.eum qui.§.ſi filius.ſ.de fur.& tamẽ conſtat, ꝗ actio furti proſequitur rem familiarẽ: vt.l.j.ſ. vi bo. rap. Contra Dy. facit etiam.ſ.de li.ho. exhi.l.iij.§.j. dicam igitur: vt dicit gl. noſtra notabiliter in.l.ij.§. emancipatus filius.ſ.de colla. Nam qñq; ago ad æſtimationẽ cõtumeliæ & iniuriæ: qa dico ꝓ tanto nollem eſſe paſſus talẽ iniuriã: & tunc dicitur prodita ad vindictã. Aut agitur ad æſtimationẽ damni ſimplicem, vel peto illa æſtimationẽ duplari, vel quadruplari: & tunc dicitur quis proſeq rem familiarẽ. hoc probatur expreſsè hic. in ver. quid ergo de lege. Nã cũ damnũ ſit diminutio patrimonij, & rei familiaris vt.ſ.de dam.infe.l.damnũ. meritò, qui ꝓſequitur emẽdationẽ damni, proſequitur rem familiarẽ. ¶ Opp. ad ver. quid ergo.& videtur ꝗ in actione iniuriarum, veniat æſtimatio damni: vt.C.e.l.dominũ.ſolu. vt dicã j.eo.l.item apud labeonẽ.§.ſi quis ſeruo. Iſta eſt lec. quã tenet gl. in vltimo reſponſo huius.§. gloſ. ponit vnã aliã le. quã nõ proſequor. qa nullus eſt effect⁹. Iſta lect. gl. licet in ſe ſit vera, tamẽ non applaudit literæ. Nam litera hæc non quærit, vtrum ſi actũ eſt vno iudicio, poſsit agi alio: imò pro cõſtanti ponit, quòd non poſsit agi alio: ſed per vnum alteri præiudicatur. Sed.q.tex.eſt, an prætor debeat hoc permittere, ꝗ proponatur accuſatio iniuriarum per quam præiudicetur accuſationi.l.Cor. Et ideò ſecundum g Iaco.de Are. g lex iſta breuiter hoc intendit. Nõ debet prætor permittere actionẽ ciuilẽ proponi, per quam præiudicetur accuſationi criminali ex.l.Cor. de ſic. deſcendenti.h.d. ſecundum eum. Verſi. at qui ſolemus.in hoc.§. poteſt legi vniformiter ſecundũ omnes: vt dixi. Item poteſt mutari ꝓſequẽdo lect. Ia.de Are.& ſic pone caſum cõtra. Nonne eſt licitũ intentare primò quã vult, ciuilem vel criminalẽ: vt ſ.l.proxi.&.l.ij.§.j.ſ. vi bo.rap.&.C.qñ ciui.act.cri mi.præiu.l.j. Ad hoc reſpondet Iuriſconſultus vt in tex. vide tex. ibi publicam executionẽ.i. vindictam hominis occiſi. Ia. de Aret. in ver. quid ergo de lege. non mutatur caſus. ¶ Opp.& videtur, ꝗ poſſet intentare primò, quam vult: vt.l.ij.§.j.ſ. vi bo. rap. &.C.qñ ciu. act.cri.præiu.l.j. Reſpon. ibi qñ ciuiles nõ præiudicant adinuicem, niſi interim: quia altera ꝓſequitur rem familiarẽ. ſed hic qñ præiudicant inuicem. ¶ Cõtra hoc op.ſ.l.proxi. Sol. dicit, ꝗ ſpeciale eſt

¶ Si dicatur. Iſtũ tex. limita, vt per Bar.in.l.nõ impoſſibile.ſ.de pact.& limita omnino vt per Mod. in. c.de his.de accu.

¶ Sed dic. Quando actio dicatur pro di ad vindictã, & qñ ad perſecutionem rei, vel dãni, per Imol.in.l. interdum. de publi. iudi.per Bart.in.l. j.C.quando ciuilis actio præiu.crim. Imo.& ibi glo. in l.pro hærede.§.fi. in gl.fi.de acquir. hære.

¶ Ia.de Are. not. ꝗ iudex nõ poteſt ꝑmittere aliquem agere iniuriarum ciuiliter, nec tollatur accuſatio.l.corne. de ſic.& adde Bar. in.l. quid ergo.§. pœna grauior. ad fi.ſ.de infa.in.l.j. C. quando ci. act. cri.pręiu, per Im. in.l.interdũ.ff.de pub.iu. vbi Imol. & glo.hũc tex. volunt intelligi qñ ſinito iudicio prio intẽtato ad vindictã, nũq; in perpetuũ poſſet agi criminaliter. qđ no.& adde Imo.in.d. l.pro hærede.§.fi. vbi eſt alia gl.in.fi. de acqui.hære.

eſt in.l.cor.de ſica.& veneficis:vt prætor nõ debeat permittere intentare actionẽ ciuilẽ, per quã ei p̃iudicetur:ſec⁹ ſi eſſet alia accuſatio criminalis.& hoc ꝓbat̃ expreſsè hic in fi.hui⁹.§.vbi innuit,ꝙ alij accuſationi poſsit p̃iudicari p̃terq̃ accuſatiõi.l.ſ.Cor.de ſica.& hãc lec.puto verã,& veriſsimã. ¶ Pro declara-
2 tione primò q̃ro:†an ille titu.C.q̃n ciui.act.cri.præiu.habeat locum in priuatis criminibus?hic tex.facit ꝙ nõ.Sed tu dic:vt no.in.d.l.j.C.q̃n ci.act.cri.preiu.
a ¶ Quero,q̃ ᵃ differẽtia†eſt inter actionẽ.l.aquil.&
3 actionẽ iniuriarũ?gl.dicit,differentia eſt in formatione libelli:qa q̃n ago actione.l.aquil.debeo exprimere certã quãtitatẽ dãni:ſed q̃n ago actione iniuriarũ, nõ debeo certã quãtitatẽ exprimere. Vide gl.q̃ incipit.& iõ ceſſat.quã no.Si iſta gl.eſſet vera deſtruerent̃ multi libelli:cũ in eis dicat̃ peto mihi damnum emendari.cũ dãnũ nõ eſt,æſtimet̃ in libello. Videte id quod gl.dicit de actiõe.l.aql.nõ puto eſſe verũ de neceſsitate.Nã actio leg. aquil. cõpetit ad intereſſe.
4 †& qui agit ad intereſſe,nõ cogit̃ certã quãtitatẽ exprimere in libello:vt.l.certi condictio.& ibi no.ſ.ſi cer.pet.& ego tenui in.l.quidã.& in.l.ſtipulationes non diuidunt̃.ſ.de ver.obli.Sed qđ dicit̃ de actione iniuriarũ an debeat exprimi certa quãtitas? dicã.j.e.
5 l.iniuriarum æſtimatio.¶ Præterea.†no.hic in ver. nec em̃ p̃tor ferre debet,ꝙ iudex põt iſtũ libellũ ſua authoritate reijcere.Facit.ſ.de iure do.l.ſi extrane⁹.&.l.ſi ſeruns.C.de his,q ad eccl.cõfu.Item no.ꝙ iſta exceptio,ꝙ iniuria nõ eſt atrox,poteſt opponi ante
6 lit.conteſt.¶ Circa fi.huius.§.q̃ro,†quid ſi pater fi-
b lio in poteſtate conſtituto facit atrocem iniuriam ᵇ? certum eſt,ꝙ non poteſt agi ciuiliter:vt hic: an criminaliter poterit accuſari?& puto ꝙ ſic.arg.j.de pœnis.l.reſpiciendum.§.furta domeſtica.&.infrà ad.l. Pompe.de paricid.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Alternatio,quòd inducat incertitudinẽ:& incertitudo uitiat libellum.*
2 *Libellus & ſententia alternatiua admittũtur,quãdo actor non poteſt certum exprimere.*

1 Quod autem. ¶†No.ꝙ alternatio inducit incertitudinem. Secundò no.ꝙ incertitudo vitiat libellum. ¶ Opp. ꝙ valeat ſtipulatio alternatiua:vt.l.vbi autem.§.qui illud.ſ.de verb.oblig.&.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulante.eo.tit.Solu.iſtud verum in his,quæ procedunt ex voluntate contrahentium.Idem in legato, quod conſiſtit ex mera voluntate legantis :hic in li-
2 bello,qui datur inuito.¶ Itẽ cõtra,quia † libellus & ſñia alternatiua admittuntur:vt.l. eum, qui certarũ. in fi.ſ.de verb.oblig.& inſti. de acti.§.curare.Sol.illud eſt verum quãdo actor non põt exprimere certum:quia nõ eſt eius electio:ſed hic põt exprimere certum :vt.l.vbi autem.§.qui illud.ſ.de verbo.obli.

SVMMARIVM.

1 *Effectus unus,ſi ex pluribus actibus ſequitur,ille ſolus punitur:ſi plures,ex quolibet punitur.*
2 *Accuſatus in uno libello de pluribus delictis,põt pro oĩbus una ſub ſimma cõdẽnari,& etiã diſtinctè pro quolibet.*
3 *Iniuriarum plurium ſi quis unam dũtaxat proſequatur poteſt aliã proſequi,ſi reus non opponit:& cogitur actor omnes ponere in uno libello.*

Si mihi. ¶ Oppo.de.l.non eſt nouũ.ſ.de ac.emp.glo.non ſol. Tu dic,ꝙ cogitur oẽs ꝓponere in vno libello,tñ ex qualibet ſequitur condemnatio:acſi ꝓponeretur in diuerſis libellis:vt in.d.l.non eſt nouũ.& quod ibi no. ¶ Oppo.de.l.il-
1 lud.§.j.ad.l.aql.Sol.aut†ex pluribus actibus ſequit̃ vnus effectus,& ſolus ille punit̃:vt ibi.Aut ſequunt̃ plures effectus:& tunc ex quolibet punitur.ita loquitur hic.& per hoc.§.iſte inducitur ad illam,q.de eo,qui dedit alicui plures alapas ſimul. de qua dixi
2 in.l.nunq̃ plura,ſ.de pri.delict. ¶ Q uæro†aliquis eſt accuſatus in vno libello de plurib⁹ delictis:an cuilibet delicto ſit attribuenda diſtincta ſumma in condemnatiõe:an pro oĩbus vna ſumma?Cy. ponit hãc q.C.eo.l.ſi non conuitij.in.xij.q.Breuiter quicquid ipſe dicat,puto eſſe veriſsimum , ꝙ vtrunq; iudex poteſt facere,hoc probat̃ expreſsè in.l.j.ſ.quæ ſent.
3 ſine ap.re.¶ Secũdò†q̃ro,cum plures iniuriæ eſſent ſimul factæ: tm̃ vnam quis eſt proſecutus : poſteà vult proſequi aliã,an poſsit?Rñ.ꝙ oẽs iniurias ponere cogitur in vno libello:hoc eſt,faciendum reo poſtulante:ſed ſi reus nil diceret:tunc iudicium procederet,& in diuerſis libellis hoc poſſet petere. argu: pro hoc.ſ.iudi.ſolui.l.iam tamen.§.penul.

SVMMARIVM.

1 *Vulnus dicitur quãdo ſciſſura,ſeu ſeparatio fit in corpore.*
2 *Tumefactio dicitur uulnus,quãdo eius cã eſt facta ſciſſura.*

1 Rem atrocem. ¶ Dicit̃ hic in fin.†ſi vulnus illatum ſit, qd
c dicatur vulnus?Rñdeo vulnus ᶜ dicitur,q̃n fit ſciſſura,ſeu ſeparatio in corpore.hic eſt tex.ad literam in l.ſi ſeruus ſeruum.§.rupiſſe.ſ.ad.l.Aquil. Sed quæ-
2 ro,†quid ſi factus eſt tumor,ſeu tumefactio:vtrum dicatur vulnus?Reſpõ.ſi quidẽ ſit tumor,cuius cauſa ſit facta ſciſſura,ſeu ſeparatio intrinſecus,licet nõ appareat:vel oportet,ꝙ rumpatur:qa facit ſaniem: tunc etiam dicitur vulnus:vt.d.§.rupiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Scindere ueſtes an ſit iniuria in corpus?*

LEX IX.

Sed eſt quæſtionis. ¶ No.hũc tex.ꝙ q̃n ſcinditur veſtimen-
1 tũ,dr̃ iniuria fieri in corpus.†Cõtra.ſ.de his qui de ie.vel effu.l.j.§.hæc aũt verba.Solu. in illo dicto requirit̃,ꝙ ſit nociuũ corpori,quod nõ fit ſciſſis veſtimentis.hic autẽ ſufficit iniuriam fieri corpori:quod fit ſciſsis veſtimẽtis.de hoc plenè dixi in.l. licitatio.§.quod illicitè.ſ.de publi.

SVMMARIVM.

1 *Qui mandauit aliquem percuti, quòd teneatur.l.Cornel. de iniurijs,directa.*
2 *Statutum loquens de faciẽte,an loquatur in fieri faciente.*

LEX XI.

d Non ſolum. ᵈ ¶ Opp.ꝙ ille,q fecit mandato alterius nõ teneatur:vt.l.liber homo.ſ. ad.l. aquil.ſol.ibi in perſona,quæ habebat neceſſe parere:& delictũ erat leue:ſtatim dicã.j.in.§.ſi
1 mandato.¶ Q uæro,†vtrum iſte,qui mandauit percuti aliquẽ teneatur iniuriarum.l. Corne.vel teneat̃ iniuriarum prætoria?Gloſ.dicit,ꝙ teneat̃ prætoria. quia non facit directè:ſed per conſequentiã:vt.l.lex Corne.§.illud.ſ.eo.¶ No.gl.ꝙ ſi ſtatutum loquitur de faciẽte,nõ porrigitur ad fieri facientem.Quidam tñ reprehẽdũt iſtã gl.p.l.ſed,& ſi vnius.§.ſerus me⁹ j.eo.Breuiter Cyn.tractat hoc in.l.nõ ideo minus.in v.q.C.de accu.Quãtũ ad.q. dico ,ꝙ iſta gl.non dicit verũ:quia imo tenetur.l.Corne.directa. Nã ſi verba l.Corne.reſpicis,ſunt ſcripta in rem ex parte offendẽtis:in pſonam,ex parte offenſi.Sed in eo,qđ dicit pulſatũ imperſonaliter.apparet qđ eſt in rẽ ex parte offendentis:vt.l.aut qui aliter.§.penult.& fi.ſ.qđ vi aut clã.&.l.hæc verba.j.de adul.ſed ex parte iniuriam paſsi,nõ continetur,ꝙ patit̃ iniuriam per conſequentiam:vt.l.lex Corne.§.illud.ſ.eo.dicam tñ de hoc plenius.j.ea.l.§.ſi mandato meo.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ex delicto eſt de iuregentium,& in ea eſt obligatio naturalis.*
2 *Remiſsio iniuriæ,quòd non requirat partis præſentiã:quia ex bono,uel æquo introducta eſt actio:ita eadem æquitate remittitur.*
3 *Iniuria non uidetur remiſſa ex eo ſolo,quòd quis tanquàm bonus Chriſtianus fuit confeſſus peccata ſua.*
4 *Abſolutio ab excõmunicatione,ſi eſt facta cum pacto,quòd ſi decætero fuerit inobediens,reincidat in excommunicationem,quòd illud pactum non teneat.*

Iniuriarum actio. ¶ Opp.ꝙ actio iniuriarũ ſit ex delicto,non ex bono ex æquo.inſtit.de oblig.q̃ ex delic.naſcun.in prin.Solu.ibi loquitur ex parte rei: nam cauſat̃ ex delicto:ſed ex parte actoris ex bono & æquo. Vel dicas,ꝙ ex parte rei eſt æquitas,ꝙ ipſe
1 puniat̃.Et per hoc dico ,† ꝙ obligationi ex delicto ineſt obligatio naturalis:vel eſt de iuregentiũ: quod
2 apparet:qa eſt ex bono & æquo:vt hic vides.¶ Op-
e po.†ꝙ nõ ſufficiat ᵉ remiſsio patiẽtis tm̃:ſed requirat̃

a ¶ Quero q̃.adde Bal.in.c.j.§.iniuria.de pa.iur.fir.q dicit, ꝙ iniuria, q̃ nõ cadit in ſpeciale nomen delicti, tamẽ cadit in atrocitatem facti,poterit dupliciter puniri.& tu omnino videas.& vide Cy.in l.dñm. C. e. Et an poſsit cedi actio iniuriarũ: vide in l.fi.C.de hære.vel act. ven. Et an dicatur in bonis noſtris?dic vt in.l. ij. §.emancipatus.de col.bo.

b ¶ Atrocem iniuriã.q̃ autẽ dicatur atrox iniuria. vide no.ĩ.c.ſolet.& ibi p Imo.de ſen. excõ.& ꝙ no.ĩ.c. p literas.de reſti. ſpo.& le.& no.p Gul.ĩ.l.ſed ſi hac. §.prætor ait.de in ius voc.& vide.j. l.ꝓxi.inſti.eo .§. atrox . & adde ꝙ no.Bart.in.l.non ſolùm.§.fin.j.eo. An aũt percuſsio manu vacua ſit atrox iniuria?vide inſti.de act.§.pœna.Sed quid ſi aliqs occidit aliquẽ manu vacua,an teneat̃,ſicut de gladio?dic ꝙ ſic : dũ tñ cũ dolo .l .qua ac.§.j.ad.l.aql.ſecũdũ Iac .& Bal. in.c.j.de iniur.ꝓ pe fi.de pa.iu .fir. & Bal.in.l.neq̃. C.q accu.nõ poſ. vbi tñ dicit,quòd vulnus eſt grauior offenſa.

c ¶ Vuln⁹. Q uod dicat̃ vulnus mortale,vide Bald.in c.j.qb.mo. feu.in prin.& vtrũ app. vulneris , veniat vulnuſculum,vel fractura,dixi poſt Bar.in.l.denũtiaſſe.§.quid tñ.de adul.ſ.& de ſcindẽte veſtẽ alicui, vide Bar.in.l .gall⁹. §.ille caſus.de lib. & poſth.& quod hr̃ per Inn .in. c. nup.de ſen.excõ. vbi põit de capiẽte frenũ equi clerici,ſeu de ſcindẽte veſtem,an ſit excommunicatus?

d ¶ Non ſolũ.§.iniuri,an ineſt obliga.na. vide Bart. in.l.j.de condi.in debi. in.ij.col. & in.l.cũ quis.C.de iur.& fac.ign.ſed qualiter cogn. an qs reuo.ad aĩm iniuriam ſibi factã, dicit Bal.in.l.qm̃ C.de te.ꝙ ex verbis& ſignis iuxta gloſ.in.l.apud .in prin.ſ.de doli ex cep.nec eſt neceſſe,ꝙ tunc dicat ad aĩm meum reuoco iniuriã ſecũdũ Gof.& Hoſti. & do. Anto. in.d.c. cum te.de re iudi.

e ¶ Non ſufficit: Vide circa hoc Bal.in.c.j.§ .iniu: in.ij.col.de pa.iu. fir.& ĩ.l.ij.ad Sil. & in.l.in ipſi⁹.C. famil.ercíſ. & an remiſſa iniuria videant̃ etiã remiſſa dãna:vide Dy. in.l.ſed & ſi vni⁹. §.ſi añ.j.e.& Bal. in.l.ſi tibi.§ .q̃dã. de pa .& vtrũ remiſsio poſsit fieri abſenti:vide Bal. in.l.ij.in pe.co.C. de libe.& eo lib. & ibi qđ in parte & qualiter remittatur iniuria:vide Bal.in.c.j.ſ.alleg. & plus dicit Bal. nota. in.d.l .filio, quẽ pater.deli.& poſthu.videlicet, ꝙ ſi aliquis ſalutauit inimicũ ſuũ, ꝙ vr̃ facta recõciliatio .alle.c .cum oẽs.xiij.q.j.& vide Bal.ĩ.l.in ipſi⁹. C.fa.er. Itẽ per tactũ palmarum:vt eſt gl.quã ibi bñ põderat Bald.ad hoc in.l.j.in prin. ſ.de pac.& ibi ange.idẽ dicit,ſi fuerit ꝓbatũ,ꝙ biberũt ſimul.Itẽ per confeſsionẽ factã ſacerdoti remiſsio facta etiã in foro pñiæ , vr̃ remitti actio iniurioſa.de quo vide Io.and. in ti.de inſtr.edi. §. nunc verò aliqua. & Anto.de bu.& Imo.ĩ.c.de his.deaccu.& bal. in.l.ij.ad ſill.& in l.ij.C.de lib.& eo. libe.Vide remiſſiuè de alijs modis remittendi iniuriam :quæ dixi in.l.j.circa prin.ſ. de pac.Et ad primum adde Bart. in.l.ſi tibi. §.q̃dã

de pact. & glo. institu. eo. §. fin. quam alleg. in auc. si dicatur. C. de test. in v. colum. & in. l. j. ad finem. C. communia de lega.

a ¶ Hic tex. Et facit ad not. in. l. j. s. eo. & per quos actus probetur pax: vide in. l. athlætæ. s. de excu. tuto. in prin. & glos. alleg. per Bart. sequitur Bal. in l. id quod pauperibus. in. xj. col. de epis. & cleri.

b ¶ Insti. eod. Istũ tex. alleg. Bald. in auc. si dicat. in. iij. col. C. de testi. & in. l. j. ad finem. C. communia de le.

c ¶ Remittere rãcorẽ. Et ad Bart. hĩc adde Bal. hoc no. distinguẽtẽ. aut ẽ facta plena remis. in so. pœ. & cũ iuramẽto ꝓdest in fo. iudi. qa potuit pſbyter ꝓ alio acqrere: vt in. l. j. §. ius publicũ. & ꝙ ibi bar. de iusti. & iure. & maximè iij. libr. iuxta no. in glo. in. l. non solum. §. si liber. de lib. lega. Aut tm̃ rancorẽ remissus: & tũc actio iiuriarũ. q daẽ ad pœnã & ad interesse nõ dr̃ remissa. aut dubitam⁹: & tũc dr̃ ꝙ in dubio sufficit ꝙ alterũ remittaẽ. ar. de ser. vrb. pdi. & ibi Bart. in l. si mihi. & in. l. si domus. & ad qõ. Bar. hĩc vide Ioã. and. in addi. Spe. de instru. edit. §. nũc aliqua. & gl. in. l. ij. ad fil. & dicit Bal. l. in ipsi⁹. C. fa. ercis. quod ꝑgrata seruitia dr̃ iniuria remissa. & ibi vide vtrũ sufficit remissio facta verbis gñalibus.

d ¶ Isti officiales. vide Ange. in sua q. q incipit exorta guerra. & Bart. in consi. inci. videtur mansor frater minor.

e ¶ Que sit dria. & vide Bart. j. e. §. fi. in fi. q aũt dicant cõsiliarij, socij, vl' aliter participes in delicto: vide in cle. j. de pœ. in gl. mag. & qd' hr̃ i. l. j. C. si rector ꝓui. & plus delinquit mãdans, ꝙ consules: vt dixit Bart. in. l. j. in colũ. ij. C. de ser. fugi. & vide ad pdicta Bal. in. l. ob hæc verba. s. de insa.

vtriusq; cõsensus: vt. l. Põponi⁹ scribit. s. de ne. gest. Sol. illud, quod hĩc dr̃, est verũ ab ipo initio: quo tpe sufficit dissimulatio sola non reuocãdi ad animum: ex postfacto verò requirit remissio aliter. s. cũ pñtia partis. ita not. isti. e. circa fi. Vel al'r: sicut ex bono & equo ista actio est inducta: ita eadẽ eqtate sola remissiõe, & dissimulatione etiã sine ptis pñtia tollit actio iniuriarũ ab initio. vel ex post facto. Ita vr̃ velle hĩc tex.[a] & per hoc dicit gl. in. d. §. fi. insti. eo.[b] ꝙ si aliqs in testõ suo remisit iniuriã, & posteà cõualuerit, nõ potest agere actiõe iniuriarũ. ¶ Quæro† iuxta hoc, 3 Ego cõuetus actiõe iniuriarũ, facio ad mei defensionẽ talem positionẽ: ꝙ tu post illã iniuriã receptã fuisti cõfessus, tãꝙ fidelis Christian⁹ peccata tua: tu cõfiteris hoc, an ex hoc sit ꝓbata iniuriæ remissio? Guli. de cu. tãgit in. l. si tibi. §. qdã. s. de pac. veritas est, ꝙ nõ vr̃ remissa actio iiuriarũ: qa de necessitate ad salutem aĩæ suæ, non teneẽ remittere actionẽ iniuriarũ: sed bñ teneẽ remittere rancorẽ[c], quẽ habet in aĩo ad offendendum. Ita dicit Gul. Ego reperi in libro sñiarũ: dicit in oratione dñica: dimitte nobis debita nr̃a, sicut & nos dimittimus debitoribus nr̃is &c. Ex hoc colligiẽ: ꝙ sicut mihi nõ dimittiẽ, nisi petã: ita nõ teneor dimittere inimico meo, nisi petat. Tñ vtrũ hoc sit verũ, vel nõ: non affirmo. tñ si esset verũ, esset determinatio pdictæ. q. qa non teneor tibi remittere, si à me nõ petis. ¶ Vltimò, iste. §. facit† ad. q. Isti offi- 4 ciales[d] ecclesiæ cõsueuerũt facere pacta, & cõuentiones cũ rebellib⁹, & redeũtib⁹ ad obedientiã hoc mõ, liberam⁹ & remittim⁹ vobis oĩa delicta, & oẽs sñias, oẽs pœnas spirituales, & tẽporales, quas incurristis vsꝗ in præsentẽ diem: hoc acto, ꝙ si decætero similia attentabitis, reincidetis in omnes istas sententias. ¶ Quero, an valeat ista adiectio, vt possint in dictas sñias reincidere? & vr̃ ꝙ non. Nam istæ obligatiões ex delicto bñ possunt tolli pacto: sed nõ possunt reuiuiscí pacto: vt hĩc. & l. si vnus. §. pactus ne peteret. s. de pac. vidi magnã. q. de hoc, non examino modo.

SVMMARIVM.

1 Mandatum rei turpis, non producit actionem inter mandatarium & mandantem, conducentem & conductum.
2 Mandator dicitur, qui mandat delictum committi propter seipsum mandantem, ad satisfactionem uoluntatis suæ nulla data pecunia.
Conductor, qui facit hoc data pecunia.
Persuasor, qui persuadet alicui propter seipsum, cui fit persuasio.
3 Mandans ex mandato in atrocibus etiam delicto nõ secuto, extraordinariè tenetur, non si delictum est leue.
4 Mandans mandato secuto tenetur.
5 Mandatarius, an excusetur ratione ignorantiæ?
6 Mandatarius quando excusetur ratione mãdantis, cui tenebatur obedire: & quòd excusatur in leuibus.
7 Delictorum quædam leuia: quædã grauia: quædam grauiora: quædam grauissima.
8 Mandans & mandatarius, an teneantur eadem lege: & an sit idem delictum? remißiuè.
9 Obligatio qua tenetur mandans, an teneatur ex mandato, an ex delicto posteà subsecuto?
10 Locus & tẽpus cõmissi delicti apponitur in accusatione, quã proceditur contra mandantem, non tempus mandati.
Locus & tempus delicti commißi inspicitur, quo ad augendam, uel minuendam pœnam.
11 Mandaui tibi, ut mandares: an tenearis? remißiuè.
12 Mandatarius, si diu stetit post mandatum sibi factum ad cõmittendum delictum: an mãdans teneatur? quòd sic, nisi tacitè, uel expreßè mandatum sit reuocatum.
13 Mandans à conducente quid distet?
Delictum dicitur magis atrox, quando fit mediante pecunia, & pœna augetur: ut in assasinis.
14 Persuasor à mandatore in quo differat?
16 Persuadens, ut teneatur pro delicto facto à persuaso, an debeat distingui, an delinquens esset aliter facturus, necne?
17 Persuadere, & dare consiliũ, est opem præbere.
18 Persuasio seu consilium, quando fit circa id, quod non cadit in delictum, adhibetur distinctio: an dolo fecit, an non: & an erat aliter facturus, uel non. Et distinctio, an erat facturus, an non: habent locũ in mandatore. nu. 19.
20 Persuadens seu dans consilium, an puniatur eadem. l. quia faciens: remißiuè.
21 Persuasio & consilium, quare non poßit reuocari, sicut mandatum, & consilium, quo persuadens non teneatur.
23 Persuasio, cõsiliũ, istructio, & instigatio, an inter se differãt? Actus omnis qui fit uerbis gratia tantum facientis, potest dici consilium.

f ¶ Quid si aliqs. Si aliqs mãdat, nec secutũ est maleficiũ. an teneaẽ, qd aũt si mãdatari⁹ sol⁹ attẽtauit, an mãdans teneaẽ vide Bal. in. l. nõ io min⁹. in vlt. col. C. de ac. & qd si excessit formã mãd. & ad Bar. hĩc adde Bal. in. l. si qs id, qd'. §. fi. & ibi gl. & Bar. & doc. de iur. om. iud. & hĩc adde Bal. in. l. j. in. iij. col. de ser. fugi. & qd in psuadẽte. vide Bar. j. e. §. fi. Adde, an teneaẽ mandãs de maleficio quod non est secutum. Bal. consi. cccxxxiij. lib. iiij.

g ¶ Sed quæro. quandoꝗ excusatur ratione causæ, si est talis causa, quæ à iure sortiatur effectum: licet puniatur: vt est tex. & Bar. ibi, & omnes doc. in in. l. iij. §. j. quod quisꝗ iur. & facit ad. q. de qua ibi Ang. Et faciunt hæc ad q. an procura. teneatur tanꝗ principalis ad vsuras. resti. vide de hoc Alex. in. d. l. iij. §. j. quod quisꝗ iuris. vbi plenè de omnibus aliis. & faciunt hęc ad. q. si statu. permittit alicui se vindicare: an possit aliij mãdare? & videtur ꝙ non: per ea, quę habes hĩc. qd' videẽ tenere Bal. in l. accu. C. quod me. cau. & in ca. j. §. si verò. de pa. iura. fir. & in. d. l. ad officium. in fi. C. cõmu. diui. & in. l. vt vim. de iu. & iure. & in repe. l. j. C. vn de vi. licet Bal. cõtrariũ dixerit. in l. Gracchus. p illũ tex. C. de adul. per Pe. de Anc. in repe. c. canonũ statuta. de consti. ad fi. versi. & hĩc subiungi. per Pau. de ca. in. l. si cum dotcm. §. transgrediamur. sol. mat. per Ludo. in. l. iij. §. si mari. ff. ad Sillan. & in. l. j. §. finali. in addi. de op. no. nun. s. Adde i primis, quòd punitis occisoribus, teneẽ mandans, secundũ Bal. in. l. ij. ad fi. C. quo. ap. Et no. qd' Bal. i. l. j. iij. col. C. de ser. fug. dicit, ꝙ in quadam inquisitione, in qua cõtinebatur, quòd famulus mandauerat domino & c. fuit manifesta falsitas deprehensa. & idem dicit in similibus: vt quòd fili⁹ patri. &c. Et an mandatarius, cui fuit mandatum, vt iret in fundo mandantis, qui erat tunc alicuius alterius, excusetur. vide Baldum in. l. nõ ideo minus. in prin. C. de accu. & vide eum in. q. sua accusat⁹. de vi turbatia. Et adde ꝙ dicit Angel. in. l. liberorum. §. excusantur. suprà de his. quòd si potestas mandat alicui de fami. quòd torqueat aliquem in casu illicito: quòd licet teneatur mandans: non tamen tenetur mandatarius: quia facit vt executor. facit quod no. Dy. in regu. quod quis manda. in. vj. In contrarium facit quod no. Innocen. in. c. pasto. in verbo iustam. de offi. dele. & quod no. in. c. cũ in iure. e. ti. & in. l. si quis vxor. §. si fugi. s. de fur. & istis adde quæ dixi in. l. si sciente. j. de paricid.

Si mandato meo.

¶ Iste. §. est no. & diuiditur in partes quatuor. Primò, loquitur in eo, qui mandauit extraneo, quòd delictum committeret. Secũdò, loquitur in conducente. Tertiò in mandante subditis sibi personis. Quartò loquitur in persuadente. Secunda ibi. Proculus. Tertia ibi: idemꝗ. Quarta ibi:
1 Attilicinus. ¶ Op. & videtur, † quòd nec mandans, nec conducens tenentur: quia rei turpis nullum est mandatum. & nullus est contractus: vt. l. si remunerandi. §. rei turpis. s. man. & l. si à reo. §. fi. s. de fideius. Sol. nullum est mandatũ, vel contractus est nullus, quantũ ad actionẽ pariendã inter mandantẽ & mandatariũ: conducentem & conductũ. sed quantũ ad actionẽ pariendam ei, in cuius perniciem mandatur, vel aliquis conducit sic: vt hĩc. ¶ Opp. in eo, qd' dicit de filio. de. l. liber homo. s. ad. l. aquil. sol. ibi in leuibus: hic in grauibus dicam. j. ¶ Opp. dicitur hĩc in fi. aliàs nolenti. contra in. l. j. §. persuadere. suprà de ser. cor. Sol. dicunt quidam, subaudi hĩc maximè. alij dicunt ibi loquitur in delicto, quod sola corruptione animi cõmittitur: hic in his, in quibus requiritur factum. quod satis placet, quantum ad. l. contra
2 riam. j. tamen plenius dicam. ¶ Venio† ad materiã
e §. & pro eius declaratione quæro, quæ sit differẽtia[e] inter mandantem & cõducentem, & persuadentẽ? de quibus loquitur iste. §. Respõ. Mandator dicitur ille, qui mandat delictum cõmitti propter seipsum mandantẽ, & ad satisfactionem voluntatis suæ, nulla data pecunia. Conductor dicitur ille, qui hoc facit data pecunia. Persuasor dicit ille, qui persuadet alicui propter ipsum, cui fit persuasio. Et ideò nõ curo quibus verbis vtatur: siue mando, siue rogo, siue qbuscũꝗ verbis, si hoc fit gratia ei⁹, cui fit mãdatũ, seu persuasio: istud non dicitur mandatum: sed dicitur persuasio seu consiliũ. arg. pro hoc in. l. ij. suprà
3 manda. ¶ Hoc præmisso, quæro† circa mandatum,
f seu circa personam mandatoris: quid si aliquis[f] mandat, nec secutum est maleficiũ, an teneatur? & videẽ quòd non: vt. j. eo. l. item apud labeonem. §. si curauerit. & j. de verb. signi. l. sæpè. in fi. & quod ibi no. & §. ope. insti. de ob. quæ ex delict. nas. In contrariũ videtur, ꝙ sic, in. l. j. in prin. j. de extraor. cri. Breuiter, aut est delictum atrox: & tunc ex solo mandato quis tenetur: vt extraordinariè puniatur: vt. j. de extraor. cri. l. j. nõ vt puniatur ex ipso delicto, qd' mandat fieri, Aut est delictum leue: & tnnc non tenetur vt. d. l. item apud labeonem. §. si curauerit. & ibi per
g Dyn. ¶ Sed quæro[g], quãdo † est secutum delictum, 4

an dicatur

a ☙POMATES.¶ Mandare alteri.vide Felin.in.c.quæ in ecclesiarũ.
col.iiij.de cõsti.& in.c.ad nostrã col.ij.de proba.& Rom.cõsil.ccccLxxx-
iiij.vbi ponit alia multa similia.
b ☙POMATES.¶ Sed gratia huius.q̃ dicant crimina leuia,& quæ gra
uia,vide Cæpo.consi.xj.col.v.q.vj.& Alex.ccij.vol.ij.vbi ponit aliquid,
circa quæ dicatur
grauis iniuria .de
quo.j.per Barto.
& quod dicatur
leue crimen.
c ¶ Quero,quæ di
cuntur.quæ dicã
tur delicta leuia,
& quę grauia? Ad
de quæ dixi.s.eo-
dem.l. prætor.§.
prætereà : post
Barto.& quæ no
ta.Barto.,in.d.l.le
uia . & de graui-
bus, vide in .l.iij.
C.de episco.audi.
& secundũ Ioan.
and.in.c.sedes.de
rescrip.& in. c.at
si clerici.de iu[d]. &
in glos.in.l.ad ea.
de reg.iur. Et ad-
de, ꝙ licet qs non
teneatur parere in
grauibus:tñ si pa
ret,mitius punit.
ita dicit Bal.nota.
& Salice.in.l.ser-
uos.per illũ text.
C.ad.l .Iuli.de vi.
& vide sing. An-
ge.in.l.iij.§.j.qd
quisq; iudi. Et ad
materiam , vide
Bald.in. l.j.C.qui
accu. nõ possunt
in.viij. colũ. cum
seq.& dicit Bald.
in.l .si magnum.
C.qui accusa.non
possunt . ꝙ vul-
nus est grauis of-
fensa.
d ¶ Quero an.vide
Bald.in .l.oẽs po-
puli.de iust.& iu.
e ¶ Debes scire. &
no . quòd semper
oportet probare
mandatũ,vel con
silium pręcessisse
delictum in tem-
pore:vt no.Bald.
in.l.j.C. de seruis
fugi.
f ¶ Non ex mãda.
Et sic qualitas ,q̃
est in mandante,
non est in manda
tario.per Bald.in
l.non ideominus.
C.de accus. & ibi
quid in præstãte
opem. & vide in
l.si is qui opem.s.
de furt.quod no.
Bart.in.l. verum.
de paricid.

an teneatur mandans? Respon.certum est, ꝙ teneat
tam ipse,qui mandat,q̃ ille,qui mandatũ suscipit:vt
hîc:nisi ille,qui mandatum suscipit, excusetur. Ista
aũt excusatio contingit,quandoq; ratione personæ
eius,cui mandatur:quia mãdatarius non putabat de
lictum. Quandoq; ratione mandantis,cui debebat
5 obedire.¶ Circa primum dic,†aut illud,quod mã-
datur poterat esse simpliciter licitum, & mandata-
rius excusatur. Verbi gratia : mandaui tibi vt labo-
res in tali fundo: vel in tali domo,seu vinea,quam tu
putabas esse meam. Certè excusaris:vt no.in.l.in rẽ.
§.tignum.s.de rei vendi. Quandoq; illud,quod mã-
datur non est licitum,nisi certæ personæ eius priui-
legio:vt puta maritus põt occidere adulterum villẽ
inuentum cũ vxore:certè cum hoc sit ex priuilegio
a cõcesso personæ,non potest hoc mãdare alteri:[a] nisi
fortè filijs suis:vt.l.Gracchus.C.de adult.¶ Circa se
6 cundũ,†quando mãdatarius pretendit excusationẽ:
qa habebat necesse parere,hoc est verum in leuibus.
secus in grauibus:vt.l.liber homo.s.ad.l.Aquiliã.&
quod ibi not.&.l.seruus.s.de act.& oblig.¶ Sed gra
7 tia huius † [b] quæro,quæ dicantur[c] delicta leuia,& q̃
b grauia? glo.tangunt in.d.l.liber homo.&.l.auxiliũ.
c §.in delictis.s.de mino.&.j.de accu.l.leuia.& de re-
gu.iur.l.ferè in omnibus.l.ad ea.eo. tit. Tu verò dic
clarius,ꝙ quędam sunt delicta leuia:quædã grauia:
quædã grauiora:quædam grauissima.Leuia delicta
sunt illa,in quibus nõ requirit dolus:vt damnũ iniu
ria datũ:vt.d.l.liber homo.& ibi not.&.s. hac.ea.l.
in principio,& ibi glossa. Item est delictum leue il-
lud,in quo requiritur dolus:tamen committitur cir
ca modicam rem:vt furtum rei modicę:vt.l.ad ea.&
ibi nota,infrà de regulis iuris.facit.l.si libertus. s.de
furtis.j.de pœnis.l.respiciendum .§.furta domesti-
ca.Sunt etiã crimina leuia,de quibus ponitur exem
plum.j.de accusationi.l.leuia.Quædam sunt delicta
grauia:vt crimina priuata,q̃ requirunt dolũ, & ma-
gnũ p̃iudiciũ pariũt,& merent magnã pœnã:vt fur
tũ rei magnæ.d.l.respiciendũ.§.furta.d.l.auxilium.
§.in delictis.s.de mino.& not.in.d.l.ad ea.j.de regu.
iur.Idẽ puto de qualibet iniuria, q̃ infertur psonæ:
ꝙ dicatur grauis,vt hoc.§.in eo,ꝙ dicit teneri filiũ,
licet obediat patri,ex quo sequit quòd est maleficiũ
graue.Pro quo facit:qa q̃libet iniuria personalis est
grauior quauis reali:vt.l.in seruorum.in fi.j.de pœ.
Quædã sunt delicta grauiora:vt delicta publica,p
quibus non imponit pœna mortis. Quædã sunt de
licta grauissima:vt delicta publica :pro quibus im-
ponitur pœna mortis.& in istis duobus loquit glo.
8 in.d.l.auxilium.§.in delictis.s.de mino.¶ † Quæro,
d dixi ꝙ tenetur mãdans & mandatarius:quęro an[d] te
neãtur eadẽ.l.& an sit idẽ delictum vtriusq;? de hoc
tetigi.s.e.l.in princ.dicam in.l.sed si vnius.§.seruus
9 meus.j.eo.¶ †Quæro,vnde oritur obligatio,qua te-
netur mandãs,an ex mandato ,an ex delicto posteà
subsecuto? & videtur,ꝙ ex mandato ad similitudinẽ
contractuum:vt in toto tit.s.man.ad idẽ in.l.j.§.per
suadere.s.de ser.corrup.In contrariũ est veritas.Pro
e cuius declaratione debes scire:[e] ꝙ nos nõ loquimur
hîc de obligatiõe,q̃ oritur inter mandantem & man
datariũ,q̃ nulla est;vt dixi.s.in cõtrarijs.& ita titul⁹
mãdati nihil ad propositum.Sed hîc loquit de obli-
gatione,qua quis tenet ei,in cuius perniciem man-
dat:vt sicuti cũ mando cũ aliquo cõtrahi : celebrato
f cõtractu illi obligor ,ppter mãdatũ,nõ ex mãdato[f]
ita hîc obligor ex delicto ,ppter mandatum,non ex
mandato.hoc tenet gloss.in.d.l.j.§.persuadere.s. de

g ¶ Cõmissa. Adde quæ dixi in.l.si vt proponitur.s.de fideius.Pet.de An-
cha.in repeti.c.postu.de foro compe.& in materia vide not.per Bald.in.l.
metum.in fin.C.quod metus.
h ¶ Semper teneatur,Sed Pau.de ca.in.l.sancimus.C.de test. dicit contrariũ
esse benignius,& æquius.per.l.vtilitatẽ.de cõfir.tut.vide.l.si mandassem.
s.manda.& ad hoc facit quod in simili no.Bart.in. l.iij.§.vnde quæritur.s.
de manu.In contrarium videtur glo.j.§.ope.insti.de oblig.quę ex malefi.
nasc.& in.l.j.§.persuadere.de ser.corrup.Et limita dictum Bar.vbi manda
tum non fuisset acceptatum,secundũ Bal.in.l.si literas.in fi.C.mand.vbi vi
de.& Bal.in.l.non ideò minus.in fi.C.de accu.
i ¶ Dicuntur assasini. Not. contra assasinos,an autem contra eos posset agi
ad pecuniam quã
acceperunt: vide
Bal.in lec.& Pau.
de cast.in.l.j.§.fi.
fin.de eo per quẽ
fac.erit.& ibi Ale
xã.& vide in.l.Ci
cero.j.de pœnis .
& qui dicantur as
sasini .vltra Bart.
hîc vide Archi.&
Pe.de Ancha.&
do.i.c.j.de ho.in
vj.& Albe.in suo
dictio. in ver.assa
sin.& vide Ang.
i.l.q sepul.de se.
vio.& aliquid pe
assasi.vide p Bal.
in.l.j.§.hęc verba
quod quisq; iur.
Adde, Assasinus
quis dicatur,Bar.
consi.lxxxiij. vo
lumi.iij.

ser.cor. Per quã apparet respõsio ad illum.§.Idẽ te-
net instit.de ob.q̃ ex deli.na.§.ope.hoc probat in.l.
si quis vxori.§.neq; verbo.s.de fur.&.l.qui seruo.§.
j.eo.ti.vbi apparet,ꝙ tũc tenetur,cũ maleficium est
10 cõmissum.¶ Et ex† hoc sequitur,ꝙ in accusatione
debet poni locus & tps cõmissi maleficij:nõ aũt loc⁹
& tps mãdati.Probatur.s.vi bo.rap.l.prætor ait.§.
hoc autẽ edicto.Sic etiam inspicit locus,& tps com
g missi[g] delicti,quo ad pœnã delicti augẽdam,vel mi
nuẽdã:vt.d.§.Et apparet,ꝙ ibi debet puniri, vbi de
lictum est cõmissum,vt dixi in.l.si vt ,pponit.s.de
11 fideius.¶ Quæro,† qd si tibi mandaui,vt alij manda
res:an tu tenearis? dixi in.d.l.j.§. incidit.j.ad turpil.
&.l.aut qui aliter.§.si.s.quod vi aut clã.¶ Quæro,
12 mandaui† tibi,vt tu delinqueres:& diu posteà tu cõ
misisti delictum:an ego tenear? Inn.ponit istam .q.
extra de homici.c.ad audientiam.& dicit ꝙ semper
h teneatur[h] mandans,nisi mãdatũ sit reuocatum tacitè
vel expresse:vt qa fecit pacẽ cũ inimico suo,vel parẽ
tela.arg.l.iiij.s.de adimen .le. & hæc sufficiant circa
13 mandatũ.¶ Venio† ad cõductorẽ:quęro vtrũ inter
cõducentẽ & mandãtẽ sit aliqua differẽtia? rñ.prima
differẽtia est,qa in conductione dat pecunia:in man
dato,nõ.tñ quãtũ ad eius personã,in quam delinqui
tur,nulla est differentia:sicut dicimus in mandato li
cito. Si ego mando tibi aliquid non interueniente
mercede,est mandatũ:& oritur actio mandati inter
te & me.Si interuenerit pretiũ est locatio & cõdu-
ctio,& actio locati & cõducti iter te & me:vt.s.mã.
l.j.in fi.Sed q̃tũ ad eũ, cũ quo cõtrahit,vel cũ quo
agit,nihil ad ,ppositũ.Eodẽ mõ obligat p vnũ,sicut
per aliũ:& eodẽ modo acquirit nobis p vnũ,sicut p
aliũ.s.de præscrip.verb.l.naturalis.§.pe.vel antepe.
14 In hoc tñ est plus:† qa qñ aliquis facit , vel fieri facit
mediante pecunia: dr delictũ magis atrox.Et ,ppter
hoc pœna posset augeri.& de facto videmus augeri
i in istos,qui in vulgari dicuntur assasini.[i] argum.j.de
pœ.l.Cice.&.l.vœnales.C.qñ ,puoc.nõ est neces.&
videt expressum hodie extra de ho.c.j.lib.vj.vñ hoc
excepto oĩa,quę dixi.s.in mandãte & mãdatario,in
telligas repetita in conducente & conducto.¶ Ve-
15 niamus† ad persuasorem:& quęro vtrum[k] differat à
k mandatore? certè sic,vt dixi in.j.q.Nam persuadere
16 est propter ipsum,cui fit persuasio.¶ † Quęro,vtrũ
l in persuadente debeamus distinguere:[l] an ille,cui fa
cta erat persuasio erat aliâs facturus,vel non? glo.hîc
videtur tenere,quòd non:dum sabaudit hîc, maxi-
mè.Idem in.l.consilij.j.de reg.iur.Idem tenet Dy.
in cap.nullus ex cõsilio.de reg.iur.lib.vj.cõtra not.
insti.de ob.q̃ ex delic.nas.§.ope.&.s.de ser.cor. l.j.
§.persuadere.&.l.sæpę.in fi.j.de verb.signi. Quid
dicemus? quidam dicunt,ꝙ in maleficijs leuibus de-
m bet distingui,vtrum erat aliâs facturus,[m] vel non.&
ita loquitur hîc tex.& glos.s.allegat.in grauibus se-
cus.& ita intelligitur dictum Dy.& gl.hîc.Hoc nõ
placet:quia hîc loquitur in maleficijs grauib⁹. quod
apparet : quia iussus patris non excusat filium: &
ideo nõ est bonus iste intellectus.¶ Alij dicunt,aut
loquimur in maleficijs,quæ committuntur circa rẽ:
vt in furto:& tunc habet locum dicta distinctio,erat
aliâs facturus,vel non,& ita loquuntur glo. contra-
riæ.Aut in maleficijs,quæ committuntur circa per
sonam,& ista distinctio non habet locum.& ita lo-
quitur ista glo.quæ videt præsupponere hoc. Vide
gloss.quæ incipit,aliâs nolenti.&c.ibi dum dicit:vt
in furto.& sic presupponit,quòd in furto illa distin
ctio sit adhibenda:in alijs non.Ita videt sentire glo.

k ¶ Quero vtrũ.&
dicit Bal.in.l.j.in
ij.colum.C.de ser
ui.ꝙ magis delin
quit mandans ,q̃
consulens. Et de
persuasore, insti-
tore,hortatore,au
thore,& fautore,
vide pulchrè Bal.
in.l.ob hęc verba
de infamib⁹.& in
l.cum quis.de do
lo . & de sugge-
rente.vide tex.in
l.j.§.si curatores.
& ibi Bal.in sum
mario.s.de magi.
conue.
l ¶ Debeamus di-
stinguere. Vide
Bal.in.l. data ope
ra.in.xxxij.colũ.
C.de act.& ibi qd
in dubio p̃suma-
tur.& in.l.j. C.de
ser.fugiti.& vide
Bartol.in.l.finali.
eiusdem tit. vbi li
mitat.
m ¶ Aliâs facturus
& quarr cognos.
poss.an mand.es-
set aliâs facturus,
seu non,vide.j.in
vlti.aposti.in fin.
hui⁹.q.super ver.
non erat facturus.
& vide Bald.in.l.
metum. C .quod
met.cau.vbi dicit
quòd si mandata-
ri⁹ fuisset aliâs fa-
cturus : si tamen
mandatarius fecit nomine mandantis,mandans tenetur .alleg.c.cum quis.
de senten,excommu.libr.vj.& vide Bald.in.l.ob hæc verba.suprà.de infa-
mib.& vide Salice.in.l.j.C.de rapto.virgiñ.in ver. quæro, an persuadens.
vide quod dixi in.l.is qui opem.in fi.magn.apostil.s.de furt.& vide Inno.
in.c.querelam.de elec.in gl.subtractam.Adde qñ quis aliter erat facturus.
quæ posui in.l.j.C.de ser.fugi.

a Ego tenerem[a] indistinctè opin. Dyn. ꝙ istam distin-
ctio sit aliâs facturus, vel non: non habeat locum.
Istud probatur. j. ad turpil. l. j. §. incidit. ibi, aut qui
instigat &c. & . j. de adulte. l. hæc verba. ibi suasit &c.
17 Prætereà. † persuadere, & dare consilium, est opem
præbere: vt. l. qui seruo. ver. plus Pompo. s. de furt.
Sed in præstante opem absq; dubio, non adhibetur
distinctio prædicta: ergo &c. Prædicta vera, qñ per
b suadetur illud[b], quod cadit in delictũ. Si † verò per-
18 suasio siue consilium fieret circa aliud, quod in deli-
ctum non cadit, tunc adhibetur illa distinctio. Aut
facit dolo, aut non, & an aliâs erat facturus, vel non:
vt. l. quod si cum scires. s. de dolo. & . s. man. l. ij. in fi.
c & . l. si remunerandi. §. si tibi[c]. s. man. Ista autem † di-
19 stinctio, an erat aliâs facturus, vel non: non habet lo-
cum in mandatore: quia pro certo præsupponitur,
d ꝙ non erat facturus, nisi gratia mãdantis[d]: vt. s. dixi.
20 ¶ Quæro, † an puniat. ea. l. faciẽs, & persuadẽs, seu
dans consilium? dicam. j. eo. l. sed & si vnius. §. seruus
21 meus. ¶ † Quæro, quare ista persuasio, & istud con
e silium, non possint reuocari[e]? videte mandatũ sola
voluntate, & prohibitione reuocatur: qa est verisimi
le cum gratia mei facias: quod statim cessabis, cum
prohibero. Sed persuasio & consilium fit gratia tui:
& ideo si ex meo consilio, & ex mea psuasione, solũ
cõcepisti hoc facere: oportet, ꝙ tibi persuadeam cõ-
f trarium[f], ꝙ sim certus te mutasse propositum: aliâs
debeo denũtiare ei, in cuius personam debet malefi-
cium committi, ꝙ se custodiat, ne offendatur. Ita te-
net Inno. in. c. ad audientiã. extra de homi. ¶ Quæ-
22 ro, vtrũ † aliqua differentia sit inter persuasionẽ, con
siliũ, instigationẽ, & instructionẽ, & si. certè nõ. Oĩs
enim actus, qui fit verbis tm̃, & fit gratia facientis,
non gratia cõsulentis, seu instruentis, põt dici consi
lium: vt probatur. s. de fur. l. in furt. §. consilium. Sed
quando peruenit ad actũ: tunc dicitur quis præstare
opem, & auxilium; vt. d. l. in furti. §. ope. & ibi plenè
dixi de ope, & de auxilio. Prædicta vera quãdo tra
ctat de aliquo puniendo, de maleficio cõmisso man
dato, vel persuasione præcedente. Sed si tractaretur
de punienda ipsa persuasione: tunc distinctiones &
opi. prædictæ nõ habent locũ: sed simpliciter puni-
retur: vt. s. de seruo corrupto. l. j. §. persuadere.

SVMMARIVM.

1 *Statuto cauente, quòd bannitus non audiatur ciuiliter, nec criminaliter: an si sit percussus, iudex possit inquirere?*

g Quanquam. ¶ Quæro, statuto[g] cauet,
1 † ꝙ q nõ soluerit collectã,
nõ audiatur neq; in ciuili, neq; in criminali, modò cõ
tingit, ꝙ non soluẽs collectam fuit percussus: de qua
percussione iudex inquirit: quærit vtrũ possit? quod
h videtur: quia statutum denegat sibi audientiam[h], nõ
autem denegat iudici, qui inquirat. argumen. pro
hoc. l. j. §. vsq; adeo. s. eodẽ. In contrarium videtur
casus hîc. Nam si nõ potest ipse conqueri: nec respu
blica conqueri potest. Et ita disputando determina-
uit Iaco. butri.

LEX XIII.

INiuriarum actio.
Is qui iure. ¶ Not. quòd id, qd fit ex præcepto iu-
dicis, non cadit in actionem iniuriarum.

Idem Labeo. ¶ No. hũc tex. &c. Op. s. eadẽ. l. §. si quis per in-
iuriam. Sol. ibi loquitur de parte, quæ procurat ani-
mo iniuriãdi: vt aliquis vocetur ad tribunal iudicis.
Vel aliter: ibi constabat, quòd iudex sibi faciebat a-
nimo iniuriandi, quod in dubio non præsumitur. vn
de debet conueniri actione in factum, ex quasi male-
ficio: non actione iniuriarum.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio criminalis publica, pro uiolentia turbatiua prodita non est.*

2 *Veneti ex longa consuetudine dicuntur habere iurisdictionẽ in mari suo.*

3 *Interdictum uti possidetis, competit illi, qui turbatur in iuribus & iurisdictionibus suis.*

i Si quis. ¶ Docto. dicunt † ꝙ pro violentia
1 turbatiua, non est prodita aliqua

---

a ¶ Ego tenerẽ. sed aduertendum est: qa cõtra opi. Dy. & Bar. videtur mul-
tum obstare ille sing. tex. in. §. ope. & ibi gl. tenet contra Bar. insti. de obli.
quæ ex delic. nas. sed opi. Bart. videtur sequi Ioan. de lig. in. c. mulieres. ex-
tra de senten. excom. quam etiam retulit Matthesilanus in suis not. dictis.
no. lxxvj. plenè etiam in. d. l. j. de raptu virginum.

b ¶ Persuadetur illud. Quid si dixi famulo meo, ꝙ talis fuit mihi iniuriatus, nunq; redeas domum, nisi aliquid sentiam. Iste famulus interfecit iniuriantem: an per hoc videatur mandasse? vide Barto. in. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. de acqui. her.

c ¶ Si tibi. vide tex. & Bal. in. l. j. de eo per quẽ fact. erit.

d ¶ Nisi gratia mãdantis. vnde si fuisset aliâs facturus. videretur, & diceretur persuadere, ꝙ pbatur ipsum aliâs facturum, si minatus fuerit se tale quid facturũ ante mandatum. vide quæ dixi in l. metum. C. quod metus causa. Et quomodo cognoscat, an esset aliâs facturus, vel non, vide Ange. in. l. j. s. de eo per quem fact. erit. Bal. in. l. data ope. in. xxiij. col. C. qui accu. nõ pos. & in. d. l. metũ. & vide, s. in apost. in pce, col.

e ¶ Possint reuocari. Qualiter persuasio, cõsilium, & mandatum possint re
uocari. adde gloss. in. c. cum quis. de sen. excom. lib. vj. & not. per Petr. de
Anch. in cle. j. de renun. & quod no. in. l. j. in fi. de cõtrahen. emp. & Pet. de
Anch. in. d. cle. j. sequitur opi. Barto. hîc. & Inno. in. d. c. ad audientiã. & vi-
de in ca. mulieres. de sen. excommu. & Bald. in. l. non ideo minus. C. de ac
cu. quæ no. etiam an si mandatarius executus est mandatum post multum
tempus, intelligatur deliquisse vigore mandati, & an tale mãdatum possit
reuocari? & se remittit ad Inno. in. d. c. ad audientiam. & ad Bal. hîc, & in. l.
mandatum. C. man. ad fi. & in. l. ob hæc verba. s. de infa. & vide Bal. in aut.
sed nouo iure. C. de ser. fugi. & quid si aliquis instigat, vt percutiatur cleri-
cus: an percussione secuta teneatur ex canone, si quis suadente. xvij. qõ. iiij.
Bald. Ange. & Cyn. & Imo. in. l. quid ergo. de leg. j. tenet ꝙ sic. Adde quæ
not. Bar. s. ea. l. ver. quæro vnde oritur &c.

f ¶ Persuadeã contrarium. Aduerte tñ scd'm Bal. in. l. non ideo minus. C.
de accu. ꝙ non debeo sibi denuntiare personam, quæ debet ipsum offende
re, ratione scandali. & Bald. idem dicit in. l. mandatum. ad fin. C. mandati.
& adde Bart. in. l. si pecuniam. §. si seruum. de condi. ob causam.

g ¶ Quæro statuto. Si statuto cauetur, ꝙ qui non soluit collectas, non au-
diatur. si alicui denegatur audientia in ciuilibus, & in criminibus videtur
denegata inquisitio iudici, quod est perpetuò not. & adde quod not. in. l.
j. in princ. s. ad Treb. Idẽ qd' Bar. hîc, tenent doct. in. l. j. s. de his, q sunt sui
vel alie. iur. p glo. ibi in ver. acquiritur. & ibi quo ad cõmodũ &c. & proba-
tur in. l. dominum. C. de iniu. Nõ ob. ꝙ qñq; permittitur iudici inquisitio
in casibus, in quibus non competit actio: vt patet ex ratiõe. l. querelã. C. de
falsis. qa potest dici, quòd illud ex postfacto non euenit, sed ab origine. &
ita transeunt doct. in. d. l. j. & ita ponunt docto. in. d. l. quæsitum. de in ius
vocan. & Bart. post glo. in. l. j. C. si tutor non gesserit. Sed cõtra hanc doctri
nam videtur facere tex. in. c. ad nostram. el. ij. de iureiuran. quem in propo-
sito allegant docto. in. d. l. de pupillo. §. fina. & ibi dixi post Bart. s. de ope.
no. nun. Item limita hoc dictum. vt per Ange. in. l. iurisgentium. §. si paci-
scar. de pac. Item contra Bart. videtur tenere Iac. bu. in. l. qui adulterium. C.
de adul. & Ang. in. l. si vacantis. C. de bo. vacã. lib. x. Salic. in. l. ea quidem. C.
de accu. vbi distinguitur per Bar. facit, quod ipse no. in. d. l. querelã. C. de fal
sis. & contra Barto. videtur glo. expressè in. l. falsi. & ibi Bal. C. de fal. & in
l. j. C. de fal. & in. l. j. C. q ac. nõ pos. p Bal. in. l. j. in. iij. col. C. si à nõ cõpe. iu-
di. plenè per Ang. in. d. l. vacantia. in vlt. q. & dixit Bal. in. c. j. in prin. in ti.
hic incipiunt consti. rega. ꝙ licet bannitus nõ possit audiri: tamẽ contra eũ
possit inquiri de delicto per eũ commisso: vt no. in. l. j. C. si tutor nõ gesse.
e ¶ In maleficijs. In maleficij etiã cõnexis condẽnato vno ex socijs, nõ sequitur condemnatio alterius. & per hoc in facto fuit iudica. quod præoccupata iurisdictione contra vnum ex socijs, nõ fuit præoccupata cõtra alios. vide quæ dixi post Bart. j. l. proxi. & vide Cy. & Bal. in. l. j. C. qui accu.

f ¶ Falsos testes. Adde Bar. in. l. Lucius. de his, quæ not. infa. & l. ij. de preuari. & ibi dixi. & Bal. in. d. l. ij. de præua. in. l. j. C. de fal. & in l. j. C. qui acc. & in l. j. in. iiij. col. C. ne fil. pro pa. & Bar. in. l. cum filius. de verb. obli. & vide Bar. in. l. duobus. in iiij. colũ. de duobus reis.

g ¶ Quod relegatus. vtrũ bannitus possit conueniri in loco, vbi fuit bannitus. vide Lud. in. l. recusare §. si quis. ad Tre. & adde Ang. in sua. q. inc. Bononiensis quidam est bannitus.

POMATES.

g Quod relegatus. vide aliquid per Alex. in. l. recusare. §. si quis alio. col. iiij. ꝟ. ad Treb. & Alex. consi. lxxij. vol. ij. vbi dicit, quod cõparere tenentur per procuratorem.

h ¶ Causa priuilegij. causa priuilegij superueniens lite pẽdente nõ excusat. vide in. c. fin. extra vt lite pendente.

i ¶ Vtrũ absoluto. vide Bal. in. l. iuris. ad fi. qui. res iudic. nõ no. & Bar. in. l. j. §. si quis vltro. j. de quæstio.

a ¶ Nihilominus. Adde ꝙ idem tenuit Bar. in .l. furioso. & in .l. fi. de re iudi. & in .l. aduersus. de arbi. Sed cōtrarium voluit in .l. ex duobus. de duo. reis. in .iiij. q. & in .l. amissi. §. fi. de fideiuſ. & vide Bald. in d. §. fin. de fideiuſ. & Bal. in .l. non ideò. ad fi. & Io. an. in regula ratihabitio. Et no. quòd ob cauſæ connexitatem, vnius confeſsio præiudicat alteri. glo. lxiij. diſt. c. ordinatos. & vide quæ no. s. l. proxi. §. fi. An autē abſoluto principali, poſsit cōdēnari quis de auxilio & fauore? dic ꝙ ſic. text. eſt not. in .l. eos. C. de furtis. & vide Angel. poſt Bar. in .l. is qui reº. s. de publi. iudi. & Bal. in .l. iur. ad fin. C. qui. res iud nō nocet.

b ¶ Principali. Vide Bar. in d. §. à fideiuſ. & oīno in .l. fi. §. fi. de iureiur.

c ¶ Puto, quòd ſic. contrarium tenet Bald. in .l. j. §. j. in princip. C. de bo. quæ libe.

d ¶ Nec in ea lege. Not. quòd pater non poteſt occidere filiam adulteram in domo aliena. Item requiritur, aliud de quo in .l. nihil. j. e. Item requiritur, quòd ſit nupta: ſecus ſi vidua p text. huius l. in .ij. reſponſo. hoc firmat Ang. Aret. in ſuo trac. maleſi. in ver. Tu mai adulterato la mia dōna. Sed qd ſi filia eſt ignominioſa, & pater vilis perſona? vide Bart. in .l. prox. §. illud. & an poſsit occidere ſociū criminis. vide Bald. in .l. j. C. vnde vi. in ver. vj. quæro. &c. Et vtrum patri liceat occidere agnatū inuētum cum filia vide no. in c. ſi verò. el .j. de ſen. excom.

POMATES.

e ¶ Secūdò not. vide do. Ant. ī. c. fi. de cōſue. & ī. c. j. de tēp. ordi. in vj. Bal. i. l. ex hoc iure, de iuſt. & iur. vide tex. ī. c. ſicut dignū. §. j. de homici. Et ibi dixi.

f ¶ Multomagis. vide An. & Ale. in prin. in .l. ſi ſuis. de lib. & poſthu. & an ſtatuta, ꝗ pmittunt aliquos occidi impunè, dicuntur permittere verberari, & cōtumelijs affici, vi-

ri, ſecundo non. alleg. Dy. de iureiur. l. duobus. §. à fideiuſſore. & §. ſi ei. Iſtud eſt dictū Dyn. In eo, quod dicit, ſi abſoluitur: quia non erat in culpa: & ſic pronuntiatur ſuper iure, non ſuper facto, dicit bñ. probatur. j. ad le. Corne. de ſica. l. nihil intereſt. & quod ibi no. in glo. Nam licet furioſus abſoluatur: nihilominus[a] mandator tenetur. Sed in alio membro, quo dicit pronuntiationem abſolutoriam latam ſuper facto prodeſſe mandatori: malè dicit. ſecundùm Richar. malumb. quia hoc determinauit ipſe in publica diſputatione per hanc. l. Nam hìc vides delictum ita coniunctum, ſicut eſt adulterium inter adulterū & adulteram: & tamen abſolutoria lata pro vno, nō prodeſt alteri: niſi in caſu ſpeciali mulieris nuptæ, tempore quo committitur adulterium: vt hìc dicitur. Non ob. l. duobus. §. à fideiuſſore. quia ibi loquitur in iuramento, quod habet vim ſolutionis: vt ibi dicitur. Aliud in ſententia: quia ſententia lata pro fideiuſſore, non prodeſt principali:[b] vt. l. aduer. s. de arbi. ita dicit Richar. & bene.

SVMMARIVM.

1 *Scholaris, qui iurauit non exire ciuitatem ſine licentia creditoris: ſi cum licentia exeat, an poſsit ultra exire.*

2 *Monachus factus & liberatus à debitis, ſi exeat. quòd reincidat in illam priorem obligationem.*

Nupta. ¶ No. ceſſante cauſa, ceſſat effectus. Iſtum text. inducit Dyn. in argu. ad q. 1 † Quidam ſcholaris iurauerat creditori ſuo non recedere, ſine eius licentia de ſtudio: qui ſcholaris habuit licentiam à creditore eundi Mutinam, & iuit, & reuerſus eſt: vtrum poſſet de nouo recedere. & Dyn. dicit. quòd non arg. huius literæ: quia illa licentia videtur eſſe conceſſa, quandiu illud ire, & redire fiat, non vltra. Ad hoc facit. l. planè. s. de ope. libe. Tu vero diſtingue in hac. q. vt dixi in q. ſecuritatis. in. l. j. s. titu. j. Secundò 2 † inducitur per Dyn. in arg. ad aliam, q. aliquis factus eſt monachus, propterq[e] liberatus eſt ab omnibus debitis, & monaſterium tenetur, per authen. ingreſsi. C. de ſacroſanctis eccl. quæritur, ſi monaſterium exeat: an reincidat in obligationem? videtur, ꝙ ſic: quia illa liberatio ſibi prodeſt, quandiu manet monachus: vt hæc quæſtio determinatur per Dyn. per. l. ſeruus effectus. & quod ibi not. s. de actio. & obliga.

SVMMARIVM.

1 *Patris appellatione an ueniat auus? quòd non, & ſi pater ingrediatur monaſterium, an filij efficiantur ſui iuris? quòd ſic.*

LEX XX.

Patri. ¶ Quæro, quid eſt dictū, ſimul cum filia? Reſpondet gl. duobus modis & vtraq; expoſitio eſt bona. Item in. l. ſic eueniet. not. text. ibi, in ſua enim poteſtate &c. ¶ Nota 1 † quòd appellatione patris, non continetur auus: hoc tamen videtur verum, in iſta materia ſic odioſa: aliàs ſic: quādo eximitur ex poteſtate: vt. l. iuſta. de verbor. ſigni. & ſic facit iſta. l. quòd. l. quiſquis. C. ad. l. Iul. maieſt. quæ loquitur in parte, non habeat locum in auo. ¶ Venio ad. l. ſic eueniet. Oppon. quòd filiuſſa poſsit habere aliquem in poteſtate: quia poteſt eſſe tutor: vt inſti. qui teſta. tuto. in prin. ſed tutor habet in poteſtate pupillū: vt. l. j. ſupra de tute. ergo &c. Solutio, ille qui eſt in poteſtate alterius, non pōt habere aliū in ſua poteſtate, verum eſt in poteſtate eiuſdē ſpeciei: ſed in poteſtate ſeparata ab illa, in qua ipſe eſt, bene poteſt habere: vt. l. contraria. ¶ Vltimò hęc. l. facit ad quæſtio. ſi pater ingrediatur monaſteriū: an filij efficiantur ſui iuris? puto quòd ſic:[c] quia ipſe efficitur poteſtatis alterius totaliter, ergo aliū in poteſtate habere nō poteſt. Efficitur enim poteſtatis alterius eiuſdem ſpeciei: imo maioris: quia quicqd

de Cy. in. l. j. ad fi. §. quæ ſit lon. conſue. & Bal. in. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cle. & no. per Bald. in. l. j. ad fi. C. de exhi. & introdu. reis. & in. l. pe. ad fi. C. de priua. car. Adde Bal. in. l. iij. in fi. s. de adi. le. & Bal. in repe. l. in ſuis. & ibi Ang. & Imo. s. de lib. & poſthu. & do. Ant. in c. fi. extra de conſue. in. j. ſal. & Io. An. in addi. Spe. in ti. de conſue. §. j. in fin. & Imo. in. l. ſi verò. §. de viro. ſol. mat. Alex.

g ¶ Quod ait. l. fallit ſi reperiatur cū clerico eam oſculante: quia præſumitur facere cauſa charitatis. gl. xj. q. iij. c. abſit. Vide Bal. in. l. quid ergo. §. ſi hæres. de leg. j.

h ¶ In ciuitate iſta. Adde gloſ. in. l. j. C. de col. deteg. & vide Bal. in. c. j. q. mo. feu. amit. vbi ſi dicit libellus: talis iacuit cū vxore talis: concludit adulterium. quod eſt not. allegauit gl. notabilem in. l. Cai Caſsij. de fidei cō. li. & cum dicto Bar. trāſit hìc Angel. Tu vide text. in cap. omnino. in ver. iacuit cū vxore. xxxv. diſtinct. And. Barba.

POMATES.

i ¶ Adulteriū. Vide Ro. cōſ. clxvij. colū. ij. & ad hoc Alex. cōſi. xxiiij. col. vj. vo. j. & Feli. in c. fi. col. x. de fo. compe. & pulchrè Alex. cōſil. lxxv. volu. iij. vbi pulchrè hoc extendit, & declarat.

k ¶ Quod ait lex. iſte. §. no. limitatur & declaratur per Alex. in. l. plerinq. in. iij. col. de in ius voc. vbi reprehēdit Bal. in. l. cunctos populos. in. viij. co. de ſum. tri. & fi. ca. qui inducit iſtum text. ad. q. no.

l ¶ Per horā. Ad de Bal. in. l. j. C. vnde vi. in lect.

m ¶ Inſpicitur initiū. Ad materiā, qū initium temporis, vide. q. notabiles, quas ponit Bal. in. l. ſi tutor. de tuto. & ra. diſtr.

quærit, monaſterio quærit: & velle ſuum poſuit in velle monaſterij.

SVMMARIVM.

1 *Domus qualiter intelligatur: ubi quòd pro habitatione. Et qui poteſt occidere, poteſt contumelijs afficere. nu. 2.*

LEX XXII.

Nec in ea lege.[d] ¶ No. tex. ibi, ſed domus. ¶ Itē no. verſi. ſed qui occidere. Itē no. text. ibi, quod plerūq; &c. ¶ 1 † Not. qualiter intelligitur domus, ſcilicet pro habitatiōe: vt hìc. & .l. & ſi amicis. §. j. s. eod. Et ideò ſufficit, ꝙ in domo habitet: licet non ſit ſua, ſed conducta, vel gratis accepta: vt. l. lex Corne. §. domum. s. de iniurijs. Item non ſufficeret domum eſſe propriam, niſi habitaret ibi: vt. l. proxi. §. j. ¶ Secundò 2 † nota[e] ꝙ ille, qui poteſt occidere, multò magis poteſt contumelijs afficere. Hoc eſt notandum ad ſtatuta, quæ permittunt aliquos occidi impunè: nam ſi poſſunt occidi impunè, multò magis[f] poterunt impunè verberari, & contumelijs affici: vt hìc. quod tene mēti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd liceat uiro occidere uxorem deprehenſam in adulterio: quod habet locum, ſi deprehenderit eam in camera, in actibus uenereis.*

2 *Adulterium, quòd probetur, probando præparatoria ueneris.*

LEX XXIII.

Q vod ait lex.[g] ¶ Tex. ibi, otioſum, id eſt ſine cā vel ſine miniſterio ſecundùm Iac. de Are. & ſic habes hìc, quid ſit verbum otioſum. ¶ Quærit gl. quæ dicuntur res veneris? gl. reſpondet multum bene. In ciuitate[h] 1 iſta eſt ſtatutum, quòd liceat viro occidere adulterum deprehenſum cum vxore ſua. Certè intelligitur deprehenſus, ſi reperiretur cum vxore, in camera in iſtis rebus venereis. ¶ Itē no. iſta 2 † talia præparatoria veneris: quia per iſta veriſimilia probatur adulterium:[i] vt dixi. s. eod. l. ij. in fin. & dicam. j. l. capite quinto.

SVMMARIVM.

1 *Incontinenti fieri in maleficijs dicitur, quod fit uno impetu: licet duret per horam rixa.*

2 *Initium quo ad locum & tempus, inſpicitur in delictis.*

3 *Locus homicidij, & non locus incoeptæ rixæ, quòd inſpiciatur, quando initium & finis delicti eſt illicitum: ſecus ſi initium fuit licitum.*

4 *Accipiens aliquem in perſonam, & portans eum extra platæam: & ibi eum percuſsit, punitur tanquam percutiens extra platæam.*

Inſultans aliquem in platæa: & inſequens extra platæam: & ibi eum percutiens, punitur de percuſsione extra platæam.

5 *Statuto ſtante, quòd quis poſsit ingredientem ſuam poſſeſſionem, in ipſa poſſeſsione offendere. ſi aggredior ingredientem, & ipſum fugientem proſequor extra poſſeſsionem meam, & ibi percutio, non punior.*

Quod ait lex.[k] ¶ Not. hunc textum in fin. quia eſt notabilis valde. Item nota, 1 † quòd in maleficijs dicitur incōtinenti fieri, quod fit vno impetu: licet duret per horam[l] illa rixa. ¶ Secūdò no. 2 † ꝙ inſpicitur initiū[m] quo ad locū, & quo ad tēpus. Nā vides hìc, ꝙ patri permittitur occidere domi ſuæ tantùm, vel generi ſui: vt. s. l. proxi. §. ius occidendi. Item incontinenti tantùm licet occidere: & tñ hic habes, ꝙ ſi illo fugiēte per oras alibi interficiatur, videtur in illo loco, & 3 illo tunc, id eſt illo tempore interfectus. Sed contra omnia iſta præcedentia ad homicidium confundũtur cum homicidio, & homicidium tantùm inſpicitur: vt. l. illud. in fin. s. ad legem Aquiliam. Et ideò videtur quòd inſpicere debeamus locū homicidij:

a ¶ Percutiens in platæa. Adde quòd Ioan.an.in addi.Spe.in tit.de accu.§.fi.ni.iij.parte in addi. quæ incipit. Oldra.quærit:tenet contrarium.alleg. pro casu.l. quis sit fugitiuus.§.idem Celsus.de ædil.edicto.& idem tenet Angel.hîc.vide Bal.in auẽ.item nulla.ad fi.š.de episco.& clericis.& in.l.si quis non dicam rapere.eodem titulo.

b ¶ Extra platæã. hæc faciunt ad.q. Statuto cauetur, quòd iudex inquirat in loco maleficij:& vnus in vno territorio est captus,in alio territorio est spoliat⁹: quis dicatur loc⁹ maleficij?vide baldũ in.c.j.§.iniuria.š.de pace iur.fir.in versi.seu furtum.& vide Bar. in.l.j.de incẽ.rui.nau.& in.l.libellorum.š.de accusat. Adde etiam,ꝙ dicta per Bar.hîc faciunt ad.q.quam posuit Bal.in.l.cũctos populos.circa mediũ.de sum.tri.videlicet, ꝙ licet quis pro delicto ciuili nõ possit in domo capi: tñ si fuerit captus extra domum,& aufugerit in domum:quòd poterit licitè extrahi rõne initij.& vide Cy.in auẽ.si quis.C.eod.& not.per Bar.hîc,adde Bal. in.l.j.C.vbi de crimi.agi opor.& faciunt no.per Bar. in.d.l.libellorum.& ibi dixi.š.de accu.Et qd si in confinib⁹ ciuitatis est factum maleficiũ, quis cognoscet,& puniet?Bal.in.l.j.C.vbi de cri.agi opor.dicit,ꝙ iudex vtriusque loci:& voluit Dy.& Bar.in.l.iurisperitos.§.cùm oriundus.de excu.tut.& vide Io.And.in regula,in obscuris.in mercu.in.vj.Et quid si testis ad inquisi.sui iudicis falsum deposuit coram iudice non suo,coram quo debet accusari? vide Io.and.in Spe.de cri.fal.in prin.Et an quis, cùm sequitur fugientem, & eum in alio territorio cœpit,possit puniri:vide Bal.& Flo.in.l.sicuti.§.Aristo.ff.si ser.vẽdi.& Bar.in.l.si cui.§.fi.ver.ij.quæro.š.de accu.& Ang. in.l.nemo carcerem.de exac.tri.lib.x.Item adde,ꝙ iste text.facit ad.q.disputatam per Richar.malum.videlicet ꝙ criminales causæ debeant terminari intra.lx.dies:& si non fuerint terminatæ Potestas incidit in pœnam: modò pendente.q.criminali incidit.q.falsi:quia testes redarguuntur de falso:ita quòd quæstio principalis non habet suum finem:an potestas veniat puniendus?certè iste tex.facit quòd non,arguendo de tempore ad locum:vt.l.vinum.si cer.peta.bene facit.l.intra vtile.ff.de mino.&.l.petendæ.de tem.in integ.resti.& ibi no.& quod habetur.in.l.properandum.in prin.de iud.& opp.& pro hoc quod not.Bal.in.l.j.C.de iur.cal.in.ij.col. expresè Cy.Ray.& Bal.in.l.j.C.qui accu.& no.in simili per Bal.in.l.contra maiores.C.de inoff.testa.& in terminis refert Bald.dictam dispu.in.l. fi.C.de fi.instru.

non locum,vel tempus incœptę rixæ:vt dixi in.l.libellorum.š.de accusa.Ad hoc respondeo,quòd ista sunt vera,quando vtrunq;,& initium,& finis,fuerunt illicita.Nam tunc inspicimus finem,& hoc est fauore rei,ne de vtroq; puniatur.Sed quãdoq; principium est licitum,& habet causam licitã:tũc illud principiũ inspicimus:vt hîc.Pro hoc facit optimè l.qui cum maior.§.j.š.de bo.lib.& hoc facit ad mul
4 ta.†Pone,quidam cœpit aliquẽ per personã in platæa,& portauit eum extra platæã,& ibi percussit
a eum,an puniatur tãq; ꝑcutiens in platæa[a]?Iste tex. facit,ꝙ sic:tñ in cõtra.est veritas,vt apparet ex prędictis.Itẽ,si aliqs insultaret aliũ in platęa,& fugaret
b eũ vsque extra platæã:[b]& ibi eũ percuteret,nõ ꝑcu
c teret in platæa.Sed pone[c] aliũ casum.cauetur statu
5 to†huius ciuitatis,ꝙ quis possit offendere aliũ ingredientem possessionem suam in ipsa possessione sine pœna:modò aggredior illum ingredientem possessionem meam,& illum fugiẽtẽ persequor extra possessionem meam,& ibi eum percutio:certè lici
d tè percutio,[d]seu occido:vt hîc.Ratio:quia initium fuit licitum.tene prædicta menti.

LEX XXIIII.

m **Arito.**

SVMMARIVM.

1 *Pater potest magistratum inuentum cum filia occidere.*
Magistratus durante officio potest accusari,quando accusatio est tempore peritura.
Maritus nõ potest occidere magistratum inuentum in adulterio cum eius uxore.
2 *Pater & maritus,ꝙ non poßint occidere adulterum inuẽtũ cũ uxore,quũ uxor est ignominiosa,uel ducta cõtra legẽ.*
3 *Maritus,uel pater,si est uilis persona,quòd non poßit occidere adulterum inuentum cum uxore,uel filia.*

1 Illud.¶ Quæro† vtrũ patri liceat occidere magistratũ inuẽtũ cũ filia sua?dicũt quidã, ꝙ nõ:quia magistratus nõ põt accusari iure mariti: vt.l.si maritus.in prin.š.e.&.l.hos accusare.š.de ac
e cu.Ego dico contrariũ:[e]nã ꝙ magistratus non põt accusari,verũ est,nisi accusatio tẽpore esset peritura:tũc secus:vt.d.l.hos accusare.&.l.senatus.š.de offi.præsi.intantũ,ꝙ si esset cã,quę cõtestatione non perpetuaretur,ageretur cã vsque ad sentẽtiã:vt no. in.l.sed & si restituaẽ.§.sed & si dies.š.de iudi.Nũc ad ꝑpositũ ius occidendi adulterũ est tpe piturum. nã nisi ille tũc occidat,nõ potest occidere posteà:vt š.l.ꝑxi.in fi.&.j.l.proxi.sicut ergo põt accusare,si accusatio est tẽpore peritura:ita poterit interficere: cũ istud ius occidendi sit tẽpore peziturũ.Prędicta vera in patre: marito verò non licet magistratum occidere: quia non est turpis persona magistratus.
2 ¶ †Quæro,vtrum si vxor est ignominiosa,vel ducta cõtra.l.an liceat occidere adulterũ marito,vel patri?videẽ ꝙ nõ:quia nõ potest accusare iure mariti: vt.l.si vxor.§.si qs planè.&.§.sed si ea.š. e. ergo nõ potest occidere,& hoc est verũ:licet gl.dicat cõtra,
3 & malè.j.ad muni.l.pe.§.fi.¶ Quæro,†quid si ipse maritus est vilis homo,vel pater:vtrũ licet adulterũ occidere?Rñdeo non:quia si est vilis persona,nõ potest accusare iure mariti:vt.l.iij.š.eo.& ibi no.gl. ergo non licet ei occidere.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio facta extra ius,quòd faciat indiciũ ad torturam.*
2 *Testis deponens de adulterio,quòd probat,si dicit, quòd inuenit adulterum solum,uel osculantem,uel tangentem.*
3 *Carcerem priuatum committere,quando quis dicatur.*
Retinens aliquem ultra.xx.horas,quando dicatur committere priuatum carcerem.
4 *Carcere priuato detineri,an sit offensa in ꝑsona?remißiuè.*

LEX XXV.

f **Capite quinto.** [f]¶ Op.ꝙ testimonium, de quo loquitur hîc, non releuet aliquid. Nam testis non poterit dicere, nisi ꝙ vidit eum captum : & dicebaẽ quòd erat deprehensus in adulterio:& sic erit testimoniũ de auditu.ꝙ non valeat:vt.l.testium.C.de testib. Dicunt quidam speciale hîc, quòd testimonium de auditu valet. Plac.dicebat,hoc testimonium non multum approbo:vt.l.metum.C.quod me.cau.Glo.dicit,ꝙ
g testes dicent[g],ꝙ viderũt eum captum, & ꝙ audierunt eum confitentem, ꝙ fuit captus : quia fuit de
h prehensus in adulterio[h]. & sic cõfessio sua extra iudicium valet,vt possit poni ad torturam:non quòd
1 faciat plenã probationẽ.†quod tene menti. Tenet
i ergo gloss. ꝙ confessio[i] facta extra ius est sufficiens
k indicium ad torturam.quod placet[k] argum.l.quæ aqua plu.arcen.

e ¶ Sed pone.no.quod Bar.innuit,quòd si licet offendere impunè,licet occidere,vide tex.in.c.fi.de homi.lib.vj.Bar.in consi.statuto castri plebis.facit gl.insti.de iniur.§.in summa.vide plenè.d.Bene.de plũ.in.l.testamento centurio.§.j.suprà de manu.te.& illud consilium est in ordine.cxxxv. Andræ.Barba.

d ¶ Licitè percutio.Adde ꝙ Io.an.in addi.Spe.in ti.de accu.§.fi.in.iij.parte,in addi.mag.quæ incipit,Old.quęrit.tenet cõtrariũ:in addi.Hoc quod hic dicitur,videamus.versi.illius.allega.pro casu.l.qs sit fugitiuus.§.itẽ.& §.idẽ Celsus.š.de ædil.edict.& idẽ tenet Ang.hic.& vide Bal.in auẽ.item nulla.in fi.de epis.& cleri.& in.l.si quis nõ dicã rapere.eo.ti.&.§.est in alia col.hoc idẽ repetitũ.Ex opposito no.& facit ad.q.capti in domo:sed cœpit fugã extrã domũ.contrariũ tenet Bal.in.l.plerięq;.de in ius vo.

e ¶ Dico contrarium.vtrum pater possit occidere Magistratum inuentum cum filia.adde no.in.c.si verò.el.j.de sent. excommu. de marito cõcludit Bart.ibi,quòd non.

f ¶ Capite quinto. Hanc.l. alle. Bart. in.l.admonẽdi. in viij.co.de iureiur. ꝙ confessio facta absente parte inducit semiplenam probationem.

g ¶ Testes dicent. adde Bal.in.l. ĩ bonæ fidei. š. de reb. cre.& adde,ꝙ confessio facta extra judiciũ,est sufficiens ad pœnã extraordinariã imponendam.l. ictus fustiũ.de infa. Item adde,ꝙ in criminalibus confessio facta in actis, in alio iudicio est sufficiens ad formandũ inquisitionem,secundum Bal. in.l. mercalem.de condi.ob tur.cau.facit l.nullum. de testi.

h ¶ In adulterio. Et adde, ꝙ ad hoc,vt dicaẽ probatum adulteriũ,debet ꝑbari matrimoniũ fuisse:aliâs succumbereẽ, secũdũ Bal. in.l.ita demum.de ꝑc.ad fi. Facit qd' no.Bar. in.l.si cui. §.j.de le.j. & vide Bar.in.l.ij.in prin. de furt.& in.l.ij.§. fi.š.eo.& An. in.l. j.š.de extraor. criminini. vide Bartolum in. l. secunda. §. itẽ labeo. de

i POMATES.¶ Quòd confessio facta.vide Pan.cons.xxv.in fi.volu.j.& Ro. in.c.olim.ex literis.col.pen.de rescri.& ibi Feli.in.ij.col.in versi.j.& Ias.in.l.magistratibus.col.j.&.š.de iurisdi.om.iud.& Are.in.c.at si clerici.colum.iiij.& seq.de iu.& Alex.consil.xxiiij.col.viij.vol.ij.ibi dicit,ꝙ tale officium debet probari per duos testes.vide etiam Bal.in.l.quoniam.col.fi.ff.de his,qui no.infa.

k ¶ Quod placet.vtrũ confessio extra iudiciũ sit sufficiens indicium ad torturam.Adde ꝙ idẽ voluit Inn.in.c.sicut.de test.& Bal.in.l.ictus fustium. de infa.& Flo.in.c.at si clerici.de iudi.& do.de ro.deci.ccxxij.& vide Bar. in.l.admonẽdi.de iureiu.& ad materiã vide glo.in.c. ꝗ sit graue.de exces. p̃la.vbi etiã Inn.& Imo.in.c.p inquisi.de ele.& in.c.qualiter & qñ. de acc. & in.c.dilecti.de or.cog.& in.c.ij.de cõfes.&.d.Ant.ĩ.c.at si clerici.Cõtrariũ voluit dicẽs talẽ confessionẽ idẽ operari in criminali,qd' in ciuili:qa cõfessio extra iudiciũ facta secũdũ terminos.c.si cautio.de fi.inst.facit plenã fidem:quod tamẽ ibi reprobat Imol. Itẽ ista faciunt, an confessio facta in curia iudicis ꝑbet delictũ:de qua Bar.in.l.fi.j.de proba.Et faciũt, quę scripta sunt in.l.senatus.in prin.ad Turpil.& in simili dicit Ange.in repet.l.si vacãtia.C.de bo.vac.li.x.videlicet,cautus iudex non accipiat diffamationẽ rei culpabilis in camera,sed in tribunali.Inn.tamen in.c.cum in tua.q mari.accu.pos.dicit,ꝙ iudex ex officio recipit informationes infamiæ,& de notorio,nulla partis cita.facta in camera.Facit quod no.Bal.in.l. si autem inter.de cõsue.rec.feu.aliâs est.de.l.cõradi.Et de cõfessiõe in camera,vide aliqd p Bal.in.l.ictus fustiũ.de infa.& ꝙ cõfessio extraiudicialis faciat plenũ p̃iudiciũ,tenet Bal.in.l.j.v.col.de cõfes.Fallit'in delictis,quæ pertinent ad iudiciũ ecclesię,in fauorẽ animarũ,secũdũ Bal.in.l.j.in.iiij.co.de fal.cau. adie.Itẽ adde,ꝙ gl.hîc sing.dixit,ꝙ licet aliâs cõfessioni factæ in tormẽtis nõ debeat stari.l.j.§.diuus.j.de qõ.fallit,nisi de eodem ꝑcesserit bina confessio extraiudicialis.Itẽ probat hîc glo.qa licet aliâs non probet vna con-

ro in

ro.in fi.s.de ædil.edict.Facit quod no.in.l.Fulcinius.§.j.s.ex quib.causis
in pos.ea.¶ Circa.l.nostrā quæro,quæ sunt sufficiētes probationes adul-
a terij?gl.hîc dicit,& bn̄,q sit inuentus in rebus venereis.¶ Not.ergo,†q si
testis dicit,q eum inuenit in rebus venereis,vt quia inuenit eum in came-
ra solum,vel osculantem,vel tāgentem:quia ista sufficiunt ad probationē
adulterij:vt hac gl.Canonistæ habent expsius.extra de testi.c.præterea.
3 de præsump.c.literis.&.c.tertio loco.¶ Vlterius no.†hanc.l.ad aliud qn̄
aliquis dicatur aliquē detinere in priuato carcere:de quo habemus titu.de
priua.car.C.¶ Breuiter circa hoc aduerte ad tria verba:quidā priuati sunt,
qui habent ius capiendi,& detinendi:vt dominus seruum:& pater filiū.
vt.l.j.&.ij.C.de pa.po.&.s.de li.ho.exhi.l.iij.§.j.&.ij.Et isti sine dubio
priuatū carcerē nō cōmittūt.tangitur in.l.j.C.de priua.ca.Quidā sunt qui
habēt ius capiendi non detinendi,& isti ita demū videntur cōmittere car
a cerem priuatū,si vltra.xx.horas detineāt:[a]hîc est casus in.l.ista.vn̄ si aliqs
capit falsificatorē monetæ ex forma.l.j.C.de fal.mone.Vel si caperet furē
ex forma.l.itaq.ad.l.aqui.&.l.si quis in serui.circa fi.s.de fur.& similibus
casibus,non pōt retinere vltra.xx.horas:aliâs diceretur cōmittere priuatū
carcerē.¶ Idē dico de eo,qui capit debitorē fugientē:vt.l.ait prætor.§.si
debitorē.s.de his quæ in frau.credi.Ad quod facit quod no.insti.de acti.
in prin.Quidam sunt,qui non habent ius capiēdi,nec detinēdi.In istis est
aduertendum,ob quam causam aliquem capiant.Si enim capiunt,vel vul
nerent,& occidāt incontinenti:inspicimus solùm illud delictum,propter
quod capiebāt:vt.l.illud.s.ad.l.Aquil.Sed si ex interuallo occiderint:tūc
de vtroq tenentur:scilicet de priuato carcere,& de occiso:vt.l.nūq.s.de
4 priua.delic.¶ Quæro,†vtrùm tenere aliquem in priuato carcere sit offen
sa in personā?dic de hoc per Inno.extra de sen.excom.c.nuper.in.j.glo.

SVMMARIVM.

1 *Victus victori, quòd condemnetur in expensis,etiam in criminalibus.*
2 *Causa cùm committitur consulenda,cuius expensis committatur?*

LEX XXVIII.

SI postulauerit. ¶ Oppo.hîc innuit,q seruus est accusatus de adulterio.dum dicit
seruo adulterij accusato.& infra innuit aliū esse accusatū:cùm
dicit tantam pecuniam adulterum &c.sed duo accusari simul
de adulterio non possunt:vt.l.reos.C.eo.&.l.si maritus.in fi.s.eo.ergo ma
lè.Huius timore legitur hæc.l.duobus modis.Vno modo:quia hæc lect.
b ponitur[b]in fi.glo.q accusatur mulier de adulterio,& seruus accusatur de
auxilio,seu de consilio,quod pōt:vt.j.e.l.nihil.in fi.Alia lect.est,q hîc so
lùm extraneus accusabatur,& nō seruus:& quod hîc in litera dicitur,in ser
uo adulterij accusato.legūt sic,vt punctetur post dictionē seruus.& quod
dicitur adulterij accusato,dic scilicet aliquo alio.Alij habent literā,vt hîc,
sic adulterā,quæ litera nullo modo congruit:ideò glo.nō prosequitur eā.
Retēta ergo hac,q seruus nō fuit accusatus:tunc opp.q ille,qui in testem
eum produxit,solùm debeat soluere condēnationem:vt.l.qm̄.C.de test.
¶ Quidā fatentur contra.s.q tantū debeat soluere accusator,si succubuit,
qtū accusatus.s.qn̄ ipse succubuit,& ille,qui succubuit debet soluere.Pro
1 hoc facit.j.ea.l.§.pe.Ista lect.est vera†habito respectu ad finem.s.tempo
re diffinitiuæ sententiæ,in qua victus victori in expensis cōdēnatur,etiā
in causa criminali secundùm opi.veram:prout est casus in.l.fi.C.de fruct.
& lit.expen.& facit.l.qui crimen.C.qui accu.non pos.De qua op.dicā in
materia,infrà ad Turpil.l.j.§.j.sed principium.l.nostræ loquitur,qn̄ quis
debeat soluere illo tunc:cùm petitur torqueri.Quare alij dicūt,q quilibet
soluit totā condemnationē.s.accusator totū pretiū serui,& accusatus totū
pretiū serui.quod est contra casum.j.ea.l.in fi.l.Alij dicūt,q vterq soluit
dimidiā:& hāc lect.tenet gl.j.e.l.§.pe.in fi.&.C.e.l.verba.Ad.l.qm̄ nō rn̄-
dent,tu verò respōdeas sic:aliud est in productione testis:aliud cū seruus
petitur torqueri.Rō:quia in productiōe testis ille solùm præstat causam,
qui producit:sed qn̄ qui petit aliquem torqueri,præbet causam,vterq tā
producēs,quàm etiā accusatus,cōtra quē oportet,q appareāt aliqua indi-
cia,anteq perueniatur ad torturā:vt.l.j.in princi.& per multas leges.j.de
quæstio.pro hoc facit optimè.l.iiij.§.j.s.fi.regun.vbi expensæ mensura-
2 tori debent solui de communi.¶ Et ideò quando†cōmittitur quæstio cō
c sulenda sapienti,cuius expensis debeat cōmitti,tunc distingue:[c]aut iudex
sentiebat pro vna parte:& alia pars petit consilium sapientis:tunc debet
committi expensis illius,qui petit consilium:quoniam ille solus præbet
causam huic commissioni.Si verò iudex visis allegationibus vtriusq par-
tis super quæstione dubitat:tunc si quæstionem committit consulendam
sapienti:debet fieri expensis communibus:quoniam vtraq pars præbet
causam commissioni.Et idem dicas in similibus actionibus,quæ fiunt in
iudicio per ea,quæ dixi.s.& facit.l.generaliter.§.his de præsentibus.C.de
iureiur.tene menti.

Sed despiciamus. ¶ Dicitur hîc,q bonæfidei possesso-
ri,& creditori,datur contra.in.l.j.§.j.s.
ad sil.& de ædil.edict.l.sciendum.§.deinde.gloss.non soluit.Sed dic,ibi
lex loquitur de domino:hîc de eo,ad quem ea res pertinet,quę verba sunt
latiora.¶ Item opponj.de.l.non solùm.§.quæritur.s.de procurato.Re-
spon.ibi actio quæritur per hominem:hîc verò datur per.l.¶ Item oppo.
& videtur,quòd ista pœna debeat diuidi inter dominū & bonæfidei pos-
sessorem:vt.l.furtiuam.s.de furtis.gloss.quæ est hîc,concedit contra.Sed
istud est contra istum tex.in quo totum tribuitur domino:dicendum est
ergo,q ibi loquitur in eo,quod est mera pœna:vn̄
vnicuiq duplicatur:prout sua interest.hîc verò lo-
quitur in pretio vero rei,quod solùm bonęfidei em a
ptori datur:vt hîc.quod intelligo,quando non ap-
paret dominus:quia tunc ipse præferretur:vt.l.bo
na fides.s.depo.Istud autē,quod hîc dicitur,quòd
soluitur creditori:intelligas,creditori eius:vt.l.inter
omnes.in fi.s.de fur.

SVMMARIVM.

1 *Actionem in factum ex sententia interlocutoria nasci.*

Si liber homo. ¶ Quæro,ad quid de-
tur ista actio vtilis?Re
spondeo,ad æstimationem operarum amissarum,
& amittendarum:quoniam liberum corpus,nō re-
cipit æstimationem:vt.l.ex hac.s.si qua.pau.fe.di.
&.l.qua actio.§.j.s.ad.l.Aquil.¶ Item hîc dicitur,
datur actio vtilis.quæro quę sit ista actio vtilis?qui-
dam dicunt,quòd condictio ex.l.vt.j.l.proxi.Sed
condictio ex.l.habet locū, quādo in.l.nō est expres
sum de alia:vt.l.j.de condi. ex.l.sed in.l. est expres-
sum,q ex sententia iudicis datur actio in factū, seu
iudi.ati:vt.l.iiij.per totā.l.s.de re iudic.Quidam di-
cunt,q hæc concurrit cū illa. Alij dicūt, q sunt ca-
sus diuersi:& hęc placet. Si enim iudex pręcepisset
pecuniam dari,haberet locum actio in factū.sed hic
loquitur, quando iudex non præcepit: vel si æsti-
mauit istum liberū tanq seruū: & sic sentētia iudi-
1 cis nō præcessit. Et hoc not.†q ex sententia interlo-
cutoria iudicis,oritur actio in factum:vt plenè dixi
in.l.à diuo Pio.§.j.s.de re iudi.

Haberi quæstionem. ¶ Huc
usq ha-
buistis quādo petitur torqueri seruus extranei: hîc
quando petitur torqueri seruus proprius accusati:
& etiam quando petitur torqueri seruus extranei.
¶ Opp.s.qui & à qui.l.prospexit. Dicunt quidā,q
hîc dicit de seruis extraneorū haberi quæstionē: est
verum, si & ipsi sunt traditi ad vsum mulierum.
Alij dicunt,& melius,quòd illud,quod in.l.prospe
xit. deficit de seruis extraneorum: suppletur hic.
vel.l.prospexit. loquitur quantum ad impediendā
libertatem:vt non possit manumitti. quod in seruis
extraneorum non habet locum, sed solùm in pro-
prijs.& hoc puto verum,gloss.summat hanc mate-
riam.C.eo.l.verba.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati an debeant esse præsentes examinationi testium*
& responsioni positionum?

d Quæstioni. ¶ Qualiter aduocatus[d] de-
beat interesse quęstioni,di-
xi in.l.custodias.s.de publi.iudic. quia debet intelli
gi,hoc est,examinationi,an debeat torqueri. Et eo-
dē modo qđ hîc dicitur,q patroni possint interro-
gare intelligo.i.interrogatoria facere secundū q exa
minatr iste, qui erit testis productus: de istis interro
gatorijs habemus,extra de testi.c.ij.lib.vj.& in Spe
1 cul.in tit.de teste. Ad hoc, q aduocati & partes de-
beāt interesse exanimatiōi testiū,†facit iste tex. sed
cōsuetudo seruat,q iuramēto sint psentes partes,nō
autē examinatiōi:qa illa debet fieri in secreto, vt.l.
e si qn̄.C.de test.& ibi no. & ita obseruatr.Itē allegatr[e]
ista lex,an qn̄ rn̄detr positionib9 p partē debeat esse
f aduocat9 pns[f], sed ī qbusdā terris hoc obseruatr, ī q-

fessiò extraiudicialis:tn̄ si est geminata probat:& facit dictū Bar.in.l.cùm
scimus.de agri.& cēsi.lib.xj.Sed an confessio facta à subdito extra territo
rium corā suo iudice probet,vide quod habes in.l.fi.s.de iuris.om.iu.Itē
adde,q hāc gl.allegauit Bart.in.l.fi.circa iudicia specialia.j.de quæstioni-
bus.Adde,qn̄ confessio extraiudicialis iūcta cum alijs argumentis,sit suffi
ciens ad condem
nandum, Bal.con
si.cxxij.libr.j.
a ¶ Detineāt. adde
quod no.p glo.in
c.cùm non ab ho-
mine.de iudic.&
qn̄ aliqs aliū cape
re possit,vide ple
nè Bart.in.l. cum
eo.j.ad.l.Iuli.pe-
cu.& an quis pos
sit tenere bannitū
qui potest impu-
nè offendi in pri-
uato carcere?Bal.
quòd sic,in.l.j.de
priua. carceribus.
& ad id quod di-
cit Bart.hîc de ca-
piente debitorem
fugitiuum.Adde
Bald. in authen.
Imo.C.de acti. &
obl.& scias,quòd
si aliquis posuerit
in carcere priua-
to aliquem, q po
test carceratus au
fugere,si vult,nec
tenetur de fracto
carcere. Dictum
fuit Rom.in.l.ad-
monendi. de iur.
b ¶ In prima glos.
Vide Ro.in.l.lici
tatio.§.quod illici
tè.de pub.
c ¶ Tunc distin-
gue. Adde.l.eos.
& quod ibi habe
tur.C.de app.&in
l.fin.C.de princi.
age.in re.lib.x.&
quod not. gloss.
in.l.eos.§.pe.de
vsu.& in hac .q.
Adde Ioan.an in
in tit.de assesore.
§.salarium. l.iiij.
C.de sta.& ima-
gi.& no.in.c.sta-
tum.§.assessores.
de rescri.in.vj.&
no.Bald. in.l.hac
l.C.de sen. ex pe-
ri.reci.& in.l.ij.
in.iij.colum.C.de
eden.& in.l.gn̄a-
liter.§.his.de reb.
cre.Et ideo dicit
Bald. in.l. eos.§.
apostolos. de ap-
pellationibus. q
apostoli debēt da
ri expensis peten-
tis.& cum Bartol.hoc tenet Bald.in.l.iij.C.eod.& inquantum dicit, cum
visis allegatis.vide Barto.hic in.l.ille,aut ille.de leg.iij.& ad materiam cir-
ca expensas fiendas,vide.l.prætor.§.j.s.eo.titu.& Bart.in.l.iij.§.defendi.
s.ex qui.cau.in pos.ea.vbi habes post eum.
d ¶ Quæstioni.aduocatus.An & quando examinationi testium debet aduo
catus esse pręsens,vide Bartol.in.l.j.C.de sacr.sanct.eccle.& scripsi in.l.cu
stodias.de pub.iudi.
e ¶ Itē allegatur.Adde Host.& alios in.c.pastoralis.de iudi.And.Barb.
f ¶ Aduocatus præsens. An aduocatus debetat esse pręsens quæstioni, qn̄

busdã nõ: vñ serua cõsuetudinẽ. Sed mihi placet, ꝙ aduocatus debet esse præsens: serua tñ cõsuetudinẽ.

De eo quoque. ¶ Op. & vr̃, in isto §. ꝙ seruus alicuius dicat̃ eẽ, in quo is habet vsumfructũ: vel ei bona fide seruit. Cõtra in. l. j. §. qui seruũ. s̃. ad Sil. & ea. l. §. serui appellatione. &. §. sed in eo. Ad vtrũq; rñdeo: ibi tractat̃ de pœna inferẽda seruo. & ideo significatio dñi restringitur: hîc verò loquit̃ de veritate indaganda. & ideò significatio domini extenditur.

SVMMARIVM.

1 *Filiofamil. delinquenti, quòd publicatur proprietas, quam habet.*

2 *Patris bona, si publicantur, quòd publicetur perceptio usus fructus, quam habet in bonis filij.*

Iubet. ¶ Quæro, dicitur hîc, ꝙ publicabitur. ¶ Quærit glo. an fiscus dabit pretium serui publicati? & dic, ꝙ sic: vt in glos. ¶ † Vlterius,
1 iste. §. facit ad. q. de filiofa. delinquente, vtrùm pu-
2 blicetur proprietas eius, quã habet. facit ꝙ sic. † Itẽ si publicãtur bona patris: vt publicetur vsusfructus perceptio. quã habet pater in bonis filij. Ego hanc qõ. latius examinaui in. l. si finita. §. si de vectigali-
a bus[a]. s̃. de dam. infect.

SVMMARIVM.

1 *Testis dicto cum tortura creditur, non eius, qui dixit sine tortura.*

2 *Testis, quòd possit corrigere dictum suum incontinenti, & antequam cum partibus loquatur.*

Assessores boni, quando testis in dictis uariat, faciunt, quòd unum tantum dictum reperiatur.

1 Sed & si negauerint. † ¶ Nota ꝙ licet testis anteq̃ torqueatur, dicat vnũ: & postq̃ torquetur dicat aliud, est ei credẽdũ. quod tene mẽti. Secũdò not. ex hoc text, vbi vr̃ casus expressus, ꝙ testis
2 possit corrigere † dictũ[b] suũ: vt si primò diceret mẽ-
b dacium, posteà possit dicere veritatẽ. glo. tñ in aut̃. de instit. §. quia verò. videtur dicere, ꝙ posset corrigere dictũ suũ incõtinenti. Sed si iret & loqueretur cũ partibus, non posset posteà corrigere dictũ suũ. Ita no. ibi: & ita cõiter obseruatur. Sed illa gl. loquit̃ in correctiõe dicti, quod facit testis spõte. sed si metu tormẽtorũ vellet corrigere dictũ suũ, puto ei stãdũ semper ante publicationẽ, per hũc tex. tamen boni assessores faciunt, quod non reperitur: nisi vnum dictum: scilicet illud, quod dicunt post tormenta.

SVMMARIVM.

1 *Victus uictori, an debeat condemnari in expensis in criminalibus?*

Si reus. ¶ Op. ꝙ fiscus soluat pretium, & sic æstimari nõ debet: vt no. in. §. iubet. s̃. ea. l. Rñ. fiscus soluit pretium serui, ꝙ post torturã: & ideò fit æstimatio, vt sciatur, quantum valebat
1 plus ante torturã. ¶ Vltimò not. † hîc quasi casum, ꝙ in criminalibus victus victori debeat condemnari ad expensas, & ad alia damna, sicut in ciuilibus: vt l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expen. & facit quod dixi. s̃. e. l. in princ. & videtur text. secundùm vnam lect. in. l. fi. C. de fruct. & lit. expẽ. facit. l. qui crimẽ. C. qui accusare non pos.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex. l. ꝙ habeat locum in istis legibus antiquis.*

LEX XXVIII.

Quod ex his. ¶ No. ꝙ ti. de cõdictiõe ex. l. hꝫ lo-
1 cũ † in. ll. istis antiqs: & tñ. l. j. C. de cõdi. ex l. dicit, ꝙ si ex noua lege causat̃ oblĩo, hꝫ locũ cõdictio ex. l. & sic istę. ll. ꝓorũ dicũt̃ nouę. ll. dic, vt ibi.

LEX XXIX.

Mariti. [c] ¶ Hęc. l. corrigitur hodie ꝑ aut̃. vt lice. ma. & auiæ. §. quia si adulterã. positã. C. e. ti. aut̃. sꝫ nouo iure.

SVMMARIVM.

1 *Receptans aliquem semel, si ille aliquid perdidit, quòd talis receptans non tenetur titulo, nau. caupo. stab.*

Nomina uerbalia significatiua alicuius officij, quod quis sua authoritate assumit, non uerificantur in uno actu.

Nomina uerbalia significantia delictum, uerificantur in uno actu.

1 Qui quæstum. ¶ † Iste. §. facit ad. q. ali quis est hospitatus ali quẽ semel: tũc ille talis semel receptus, aliquid ꝑdidit: quęritur, an ille talis hospitator teneatur ex illo titu. nau. caupo. sta. Guy. de suza. tenet ꝙ sic. per hunc tex. ¶ Ego cõsueui dicere cõtrariũ: qa ista nomina verbalia, q̃ sunt significatiua alicui⁹ officij, qđ quis, assumit sua authoritate: vt mercator, & hospitator, & similia, nõ verificãtur ex actu vno: sed requrunt assiduitatẽ: v. l. j. §. j. de tributoria. Et ideo nõ tenet̃ illa actiõe directa: sed vtili sic: vt ibi dicitur. dixi plenè in. l. legatis seruis. in princ. de leg. iij. & ibi videatis. sed in istis nominib⁹, q̃ sunt significatiua delicti, vt effractor: raptor, expilator: vt sic vno actu verificantur: vt hic. plenè dixi in pręalle. l. legatis seruis. in princi.

SVMMARIVM.

1 *Adulterio si quis per triennium inhæsit: quænam temporis ratio habenda sit.*

Sex mensium. ¶ . §. iste legitur duobus modis in gl. Pone casum. Aliqua cõmisit adulteriũ, propter qđ fuit dimissa à viro suo, quęrit̃ sex mẽses à quo tẽpore incipiũt currere? Respõ. si quidẽ ista repudiata durauerit vidua, incipiũt currere à die cõmissi criminis: si verò nupsit secũdò, à die diuortij. Hęc lect. ponitur circa princip. glo. vide glo. quę incipit de adulterio, ibi: sed in adultera. hîc incipit ponere casum: & ibi. dum dicit. j. proxi. §. dic, hæc eadẽ lect. ponitur. j. ea. glos. ver. vel verius. Secundo modo legitur ista. l. vt ponat casum sic: quęro. à quo tempore incipit currere tempus sex mẽsium. Respõdet Iurisconsul. ꝙ si quidẽ fuit vidua illa, quæ cõmisit crimina tempore criminis cõmissi: si fuerit nupta tempore diuortij. hæc lect. ponitur in glo. vbi vel fortè loquitur de stupro in vidua & c. hęc lectu. nõ placet gl. & bene. Et ratio est: quia in accusatione filiæ viduæ nõ sunt statuta tẽpora sex mẽsium, in quibus vir accuset intra. lx. dies iure mariti, & intra alios quatuor mẽses
1 iure extranei: vt. l. nec in ea. §. j. s̃. e. ¶ † Quærit gl.[d]
d quid si aliquis stetit in adulterio continuo per trienniũ quo tempore inspicimus tẽpus? dicũt quidam à principio: vt. l. ei qui. s̃. de fur. Alij dicunt, ꝙ ab vltimo: & sic videtur dicere gl. ꝙ de quolibet adulterio possit accusari. Not. bene hãc gl. quæ glos. videtur cõtra id, qđ not. in. l. vulgaris. s̃. de fur.

Hoc quinquennium.

¶ No. ꝙ tempus statutum in fi. l. videtur, quòd porrigatur ad omnia capita. l. de hoc tãgam. s̃. vi bo. ra. l. prætor. §. si quis aduentu.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio statuta accusationi criminali, quòd interrumpatur per solam libelli oblationem: secus in ciuili.*

2 *Interruptio, quæ fit per dationem libelli, non prodest, nisi interrumpenti.*

c Quinquennium. [e] ¶ Not. ex. l. ista, ꝙ præscri-
1 ptio † statuta accusationi criminali interrũpitur per solam propositionem libelli: & sic perpetuatur. Ad quod facit. j. proxi. versi. ibi postulationis dies primo. &. s̃. e. l. miles. §. sexaginta. quod secus est in ciuilibus: vbi requiritur citatio, vel litis contest. quod
2 est notandum. Itẽ ex ver. seq. not. † ꝙ ciuilis interruptio, quæ fit per dationem libelli, non prodest, nisi interrumpenti. plenè no. in. l. sicut. de præscr. xxx. anno. Contra hunc op. ꝙ tempus accusationis alterius prosit alteri accusanti: vt. j. e. l. quinquennium. solu. vt ibi dicam. & c.

SVMMARIVM.

1 *Dictio autem: quod aduersetur his, quæ sunt eiusdem generis.*

Eum autem. ¶ Quæro, an post quinquennium debeat accusari. l. Iulia de adul. vel debeat accusari. l. Iul. de vi publica vel priua. Respõ. quidam dicũt. l. Iu. de vi. sed gl. dicit. l. Iu. de adult. & hoc innuit ista aduersatiua
1 aũt: dicit em̃ eũ aũt & c. qđ no. ¶ Ex hac gl. not. † ꝙ significatio huius coniunctionis autẽ, est aduersari: vt. l.

pars respõdet positionibus. Adde ꝙ aduocatus non debet partem instruere: vt not. gl. & Barto. in. l. ij. de iura. calum. Et adde not. secundùm Host. in. c. dilecti. de iudic. ꝙ iudex poterit interdum permittere aduocatum respondere positionibus, si videt reum nimis simplicẽ, qui posset decipi in respõsione. Facit. c. pastoralis. eodem ti. quod sequit̃ Imo. & doct. in. d. c. dilecti. & videtur velle Inno. & docto. in. d. c. pastoralis. Et refert etiã Bal. in. l. ij. C. de iura. calum. in prin. & vide Abb. in. c. pastoralis. in fin. Et ad oppo. vide doct. in. c. ij. de cõfessis. i. vj. & vide Bal. tenentem, ꝙ nõ debeat eẽ pręsens in. l. proximè. s̃. de his, quæ in testa. delẽ. & in l. non solùm. s̃. de procu. quod limita, nisi pars sit persona rustica siue idiota. ita dicit hostien. in. c. dilecti. de iud. Ita tenent cõiter Cano. in. c. pastoralis. eo. tit. de iudic. & vide Bartol. in. l. custodias. s̃. de pub. iu. & Bar. in. l. prox. & in. l. nõ solùm. s̃. alleg.

a ¶ §. si de vectigalibus. Sed ibi non ponit hanc vlti. q. & istud vltimum limita: nisi pater patiatur cap. diminu. per quã vsusfructus amittat̃: ita vult Bal. limitãdo prædicta in l. corruptionẽ. de vsufr. in vna additio. in vl. col. & vide Bart. in. l. iij. §. sed vtrũ. s̃. de minori. ꝙ deportatis, vel publicatis bonis alicui⁹, ego non priuer vsufr. vide text. in. l. sed si minor. s̃. de pignori. l. si superatus. eo. ti. per Bal. in. c. j. de contro. uer. inuesti. non ob. l. lex. vectigali. de pignori. vide tamẽ ibi Alex.

in. x. &. xj. co. vbi latè ponit.

b ¶ Sed & si negauerint corrigere dictũ suum, & quomodo text. possit corrigere dictum suum, vide Bartolum. & quod ibi habes in. l. eos. j. de fal. & not. ꝙ si testis vnum dixit sine tormentis, & aliud in tormentis, stat̃ vltimo dicto. vt hîc vult Bar. qui sequitur Bald. in. l. iij. in. j. col. C. eo. ti. & Bart. in. d. l. eos. & quid si in tormẽtis non perseuerauerit? vide Bald. in l. fi. de quæstio.

c ¶ Mariti. §. quinquennium. Propositionẽ libelli per solam dilationem libelli interrumpitur præscriptio in criminalibus. Bal. contra, distinguendo in. l. j. C. quãdo libe. princi. da. & c. de hoc per Ro. in l. j. in prin. de arb. per Bart. in. l. naturaliter. ad fi. de vsu cap.

d ¶ Quærit gl. vide quæ remisi ad l. quicũq;. C. de ser. fugi. ad Bal. And. Barb.

POMATES.

e ¶ Quinquenniũ. quod est speciale, vt delicta nõ remaneant impunita. l. ita vulneratus. ad l. aquil. vide Bar. in l. naturaliter. s̃. de vsuc. & ibi do. meum. vide Bal. in. l. j. aliâs. ij. C. qñ libel. prin. gl. fi. in. l. ij. §. si quis. aliâs fina. s̃. si quis in ius vo. nõ ierit. & aliam glo. xv. q. iiij. c. placita secularia.

vt.l.hoc amplius.§.de his aūt.ſ.de dā.infect.& eius natura eſt aduerſari his, quæ ſunt eiuſdē gñis: vt hac gloſ.& ideò ſi dicerem ſic: ſcholares legunt, Petrus aūt currit. intelligetur Petrus, ſcilicet ſcholaris: vt aduerſetur his, quæ ſunt eiuſdem generis.

LEX XXX.

PAter. ¶ Op.de.l.fi.ſ.de publi.iudi.ſol.intellige hîc de euidēti calūnia: vt plenè dixi in.l.is cuius ope.§.fi.ſ.eo.

SVMMARIVM.

1 *A die diuortij, & ex die, paria ſunt.*

Sexaginta. ¶ Dicitur hîc.lx. dies à diuortio.ſed.ſ.l.proxi.§.ſex menſiū.dicitur ex die diuortij † & ſic eſt idē dicere ex die diuortij, & à diuortio: & ſic videtur, quòd in vtroq; continetur tempus de momento ad momentum:[a] vt.l.j.§.biduum.&.§.ſeq.j.quando appel.ſit. quod tenementi pro ſtatutis.

LEX XXXI.

QVinquennium. ¶ No. quòd iſtud quinquēniū eſt cōtinuum quo ad proceſſum: ſed eſt vtile quo ad initium. ¶ Op.ſ.l.mariti.ver.hoc amplius.vbi tp̄s accuſationis alterius nō cōnumeratur. Breuiter ibi loquitur, qn̄ ſecūdus accuſator nō detulit accuſationi primi: imò ab accuſando eum remoueri fecit. hîc verò loquitur, qn̄ accuſationi primi detulit: ipſe tn̄ poſteà non eſt proſecutus, vel eſt præuaricatus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes falſos producens, an cum ipſis poßit eodem libello accuſari? quòd ſic.*

LEX XXXII.

NIhil.[b] ¶ Ibi nō tn̄ &c. Dy.cōſuluit vnā quæſtionē, an producēs falſos teſtes: & etiā ipſi teſtes poſsint eodē libello accuſari.† & determinauit, ꝙ ſic, p.l.j.C.ſi reus vel accu.mor.fue.& ibi p Cy. De qua quæſtione videt̃ hic caſus. Facit.j.de fal.l.athletas.ad hoc facit gl.l.ſi poſt.in prin.ſ.e.in fi.magnæ gloſſ.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſicut ante litem conteſtatam non debent recipi, ita nec debet aliquis torqueri.*

LEX XXXIIII.

SI quis adulterium.[c] ¶ No.dicit hîc Ia.de Are.ꝙ ſicut ān lit.cōte.nō debēt recipi teſtes: ita nec debet aliqs torqueri † ante lit.conte.in præiudiciū alicuius accuſandi. ¶ Quæro, qd vult dicere tex.in præiudicium eius? gloſ.dicit vno mō & bene. Item exponit ſecundo modo & malè: vt.l.ſeruos.§.fin.ſ.de accu.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, ſi fuit damnata ad deſtructionem muri, an perpetuò murus debeat eſſe deſtructus?*

Si quis adulterium. ¶ Opp.hîc dicit̃, diuortium factum debet durare perpetuò. contra.j.de pœnis.l.ſine præpoſito. Sol.ibi tempus propter imperitiam fuit omiſſum: vt ibi dicam. Facit † ad quęſtionem[d]. Ciuitas vel caſtrum fuit condēnatum, ꝙ deſtruerentur muri, & fuerunt deſtructi: an poſsint reponi? Dy.dicit, ꝙ fuit determinatū, ꝙ nō: quia qđ hîc dicitur, debet intelligi, ꝙ ſint deſtructi perpetuò. facit.l.ſeruus.C.de pœnis. vbi dānat⁹ ſeruus in vinculis ſtare intelligit̃ perpetuò. & ibi Cyn.hoc ponit. Contra hoc videtur in.c.extra de conſt. Solu.ſi pœna imponit̃ ob cōtumaciā: tūc ceſſante cōtumacia, ceſſat & pœna:[e] vt.d.c.ex literis.& ibi Inn. hoc tenet. ſed ſi ob aliam cauſam pœna imponitur: tunc loquitur præcedens determinatio.

SVMMARIVM.

1 *Libelli, malè concepti porrectione, an interrumpatur præſcriptio?*

LEX XXXV.

ACcuſaturus. ¶ Hæc eſt bona.l.& hoc dicit. Per porrectionē libelli malè cōcepti non interrumpitur pręſcriptio adulterij h.d.iſta.l. ¶ Oppo.ſ.de arbit.l.qui arbiter.&.l.ſi is cui.ſ.de leg.ij.gl.nō ſoluit. Sed reſpondeo ibi totum ius ſuum cōſumpſerat ille, qui volebat mutare, & variare: hîc verò ſecus. ¶ Vlterius quæro, dicit̃ hîc, ſi tempora largiātur. quæro[f] de quibus tēporibus loquitur hîc? gl.dat tres reſponſiones. Primò, ꝙ loquit̃ à tēpore ſtatuto à iudice: vt.l.Titia.ſ.de accu.& hæc eſt ſatis bona. Alia ꝙ loquat̃ de tempore.xxx.dierū de quo loquit̃.l.libellorū.in fi. Sed iſta eſt falſa, & reprobat̃ in.l.libellorū.in fi. Tertia ſol.eſt, ꝙ hîc loqt̃ de tēpore quinquennij. De quo loquit̃.l.quinquennium.ſ.eo.& iſta eſt bona. ¶ Sed cōtra hoc op.per porrectionē libelli, fuit iſta accuſatio perpetuata: vt l.mariti.§.quinquenniū.ſ.eo.So.ibi libellus erat bene conceptus: hîc malè. ¶ † Sed contra hoc opp.ego video, ꝙ præſcriptio interrumpitur per ſolā ſolutionē: vt.l.cū notiſsimi.C.de præſcri.xxx.an[g]. ergo multomagis per dationē libelli: licet malè[h] cōcepti. Circa hunc paſſum habetis gl.in aut̃.offeratur.C.de lit.conteſt.[i] & ibi ſe non bene firmat, & ponit varias opin. ideò dico ſic: quædam eſt præſcriptio, quæ per dationē libelli interrūpitur, & in illa inſpicitur vtrū libellus ſit[k] bene conceptus, vel non. Caſus eſt hîc coniuncta.l.mariti.§.quinquenniū.ſ.eo. Quædam eſt præſcriptio, quæ per ſolam citationē interrumpitur[l]: vt præſcriptio.xxx.ann. & in illa inſpicitur, an citatio[m] ſit bene facta: non curo vtrum

a ¶ Ad momētū.vide Moder.in.d.§.biduū.iūcto eo, quod dicit̃ in.§.dies. ſed qn̄ dicit̃ ex die, ꝙ nō cōprehēdat̃ de momēto ad momē tū: tenet Bal.in l.fi.de iure do.impe.vide Bar.in.l.ex hoc iure.in prin.de iuſti.& iure.

b ¶ Nihil. Et vide Bar.in.l.hos accuſare.§.lege.ſ.de accuſa.& per iſtū text. dixit Bal.in.l.iuris.ad fi.qui.res iudi.nō noc.ꝙ ſn̄ia lata cōtra occiſores, nō præiudicat mādatoribus. Et no.ex hoc tex.ꝙ plures pn̄t accuſari eodē libello.& vide barto.in.d.l.hos accuſare.§.j.ſ.de accu.

c ¶ Si qs adulteriū. Et facit quod not. Barto.in.l.fi.j.de quæſtion.an quis poſsit torqueri ān publicatas atteſtationes: vide Bal.in l.milites.de quæſtio. Ex opp.hāc l.allegat Bar.in.l.maritus.in ver.vlterius.j.de quæſtio.

c ¶ Si qs adulteriū. Facit ad quæſtio. Ciuitas fuit dānatá ad deſtructionem murorū: an poſteà poterit reficere: facit quod not.in.l.in op⁹.de ope.publi.& Bar.& Alex.in.l.pmiſceri.j.de acquirē.poſ.& vide Bart.& Bal.in.l.ſeru⁹.C.de pœ.& vide de iſta quæſtio.p Angel.in.l.in numerationibus.ſ.de ſol.per Imo.in l.ſi fideiuſſor.in §.meminiſſe.de legatis.j.& tangit Pet.de Ancha.in c.j.de vſur.in.vj.facit textus & ibi Bar.in.l.ſicut.§.ſuperuacuum.qui.mod.pig.vel hy.ſol. Et adde, ꝙ per c.ex literis.quod hîc allę.Bar.dicebat Bald.in.l.ij.C.de poſtu.ꝙ bānū, quod fertur ex cōtumacia, bannito comparente in legitimo termino, reducitur ad ſimplicem citati.quod intellige, vt per eum in.l.ita demum.C.de procu.& no.in.l.abſentem.de pœnis.

d POMATES. ¶ Facit ad quæſtio.vide aliqua in ſimili adducta per Alex.& doct.in.l.ſi fideiuſſor.§.j.de lega.j.& vide Feli.in.d.c.ex literis.col.vij.& ſeq.in ver.ſecunda declaratio.& ibi Barba.col.xvij.& Alex.conſil.cviij.col.pe.vo.j.

e ¶ Ceſſat & pœna. Ceſſante contumacia ceſſare debet pœna.l.j.§.pater.ſ.de col.bono.& no.Bal.& doct.in.l.Publia.§.j.depo.c.ex literis.de cōſti. Et qn̄ pœna imponitur, an præſumatur impoſita ob crimen, an propter contumaciam.d.Ant.& Io.de lig.in.c.ex literis.dicit, ꝙ ob crimen pręſumitur interpoſita.alle.Inn.in.c.cùm bonæ.de æta.& quali.ſed Imo.dicit ꝙ Inn.hoc non dicit: & ꝙ hoc dictum non eſt verum, per.l.ſi præſes.&.l.ſi de interpretatione.in ratione ſui.j.de pœnis.& hoc dicit ſatis voluiſſe Goff.& Io.an.poſt eum in.d.c.ex literis.pro cuius intellectu, vide Bal.in l.acceptam.in.ix.q.C.de vſur.

f ¶ Quæro de quibus. Et vide quod no.Bar.in.l.edita.in.ij.col.C.de edē.& Bal.in.l.accuſati.C.qui accu.nō poſ. Adde qđ Ale.in.l.qcquid adſtringēdæ.de ver.ob.alle.hūc tex.ꝙ appellās rectè appellat, ſi dicit, habeas ꝓ expſſis cauſis grauamins vſq; cras: qa dabo tibi in ſcriptis, ſi tn̄ illa dies ſeq.ſit intra tpa appellandi: & ita dicit hoc vltimum tenere Bald.in.l.ij.C.de epiſ.audi.& Ang.& Imol.in.d.l.quicquid adſtringendæ.idem velle.

g ¶ Xxx.an. Adde Bal.in.l.ſi mater.ne de ſta.defun.& in.l.cū notiſsimi.de præſcrip.xxx.ann.

h ¶ Malè concepti. vtrū per libellū malè conceptū interrumpat̃ pręſcriptio, adde Alexā.l.iuſtè.ff.de acquirē.poſ.ad fi.& quid in minus ſolenni citatione. Adde Bal.ī.l.& poſt edictū.de iud.& no.quę dixi in.l.cum notiſsimi.C.de præſcrip.xxx.an.& dicit Bal.ꝙ nō requirit̃ peremptoriū edictū ad interrumpendū: ſed ſufficit vnica citatio.& cū Bar.hîc tranſit Bal.in.l.edita.C.de eden.in xij.col. Adde an per citati.min⁹ ſolennē interrumpat̃ pręſcrip. Bal.cōſil.clxvij.j.lib,

i ¶ Aut auferat̃. ibi Bal.q aliter lopt̃ ī vij.co.& vide bal.in.l.iij.in.j.col.ne ex deli.defun.

POMATES.

k ¶ Libell⁹ ſit. vide Feli.in.c.cauſam, quæ.co.j.de teſti.in verſi.fallit primo.& in.d.c.illud.col.iiij.in verſi.ij.declaratio.de præſcri.& Areti.cōſi.xxx.colū.fi.& vide Alex.cōſ.v.col.ij.vol.v. Et dicit, ꝙ etiā in caſibus, in quibus ſola citatio interrūpit præſcriptionē, ītelligi debet dummodo citari faciens ipſe comparuerit in termino citatiōis, & debitum ſuū fecerit.

l ¶ Solam citationem. vide Bal.in l.j.in.ij.col.C.de fru.& li.ex.vbi dicit, ꝙ etiā in pręſcri.quæ iterū petitur per lit.cōt.ſi libellus fuit ineptus, cuius vigore ſecuta fuit abſolutoria, omnia perimuntur, & etiam interruptio.

m ¶ An citatio. No.ꝙ citatio nulla nō interrūpit præſc.& an comparitio ſequens citationem nullā, validet eā, adeò ꝙ interrumpat præſc. vide Bal.in l.j.§.j.& ibi no.de feri. Adde Bal.in aut̃.omnes.C.ſi vt ſe ab hær.abſt.& in aut̃.offeratur.in.vj.col.C.de lit cont.vbi ad hoc alle.iſtā gl. Sed certè glo.ibi expreſſè tenet contrarium. Arbitror Bal.ibi eſſe corrup.& vide Alex.in.d.l.j.de fer.in prin. Et tenēdo ꝙ ſpontanea cōparitio validet citationē: tūc quæro, an ſola cōparitio ſequens interrūpat, an ſolū cū deuentū eſt ad li.cōt.pōt em̄ eſſe interuallū magnū inter cōparitio.& li.cōt.& obiectionē dilatoriā. quæ obiectio præſcriptionē non interrumpit.c.cū dilect⁹.de or.cog.& in hoc. Pe.de Ancha.in.l.j.de fer.tenet, ꝙ per ſolā ſpontaneā cōparitionē interrumpat̃: qa habet vim citationis & maiorē: vt patet ex his, q̄ habent̃, & no.in.d.§.j.& in.c.fi.de ele.in.vj.qđ eſt no. Adde Bal.in add.Spe.in ti.de cita.& ibi no.dixit, ꝙ meminit ſe legiſſe, ꝙ citatio realis interrūpat præſc. Et ad prædicta dicit Bal.in.l.ꝓperandū.§.& ſi qdē.de iu.ꝙ ſi citatio nō ſit legitiè facta, ſn̄ia lata cōtra actorē ſit ip̄o iure nulla: & an libelli oblatio cū executoris miſsiōe corā arbitro interrūpat p̄ſcrip. ſi cōpromiſſum nō tenet. Vide Guid.de ſuz.in.l.cū anteà.C.de arbi.& tenet ibi ꝙ nō: per.l.ſi pater.ne de ſta.defun.& ad Bar.hîc vide Alexā.in rubr.ff.de in ius vo.cū conc. Adde, ꝙ citatio generalis, & indiſcreta interrūpit p̄ſcri.& facta

ēt in alio loco, q̃ domicilij pręscribētis: vt voluit Bal. cōs. cxlvij. j. li. & an p
obligationē inepti libelli, per eūdem in additionibus ad spe. in tit. de cit.

libellus sit bñ cōceptus, vel nō: vt. l. cùm notissimi.
C. de præscrip. xxx. an. & ita loquitur opi. illorū. in
aut. offeratur. Quædā est præscriptio, quæ per solā
li. contest. interrūpitur: vt. l. ij. in fi. s. pro emp. & in
ista inspicimus, an lis sit bñ cōtestata: vt in aut. offe
rat. secūdū aliā opi. & l. si pater. C. ne de sta. defun.

LEX XXXVII.

FIliusfa. ¶ No. q in publicis iudicijs potest esse filius sine patris volūtate: vt hîc. & habuistis in. l. inter liberas. §. filius. s. eo. & ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Hæc lex in adulterio simplici est corrupta, non in adulterio cum incestu.*
2 *Pœna incestus est pœna adulterij. Et quis potest puniri de adulterio, & incestu, uel de stupro & incestu. nu. 3.*
4 *Stuprum est species separata ab adulterio & incestu: & cōmittitur in uiduam, uel in uirginem. Et quid operetur, q quis teneatur de adulterio, & stupro, uel stupro & incestu, cum æqualis sit pœna? nu. 5.*
6 *De quo errore intelligatur in hac. l.*
7 *Mulier contrahens matrimonium contra ius gentium, non excusatur: contra ius ciuile sic.*
8 *Coitus, qui sit sine colore matrimonij: quòd sit punibilis, & qualiter?*
9 *Coitus prohibitus de iuregentium, uel naturali, sub colore matrimonij: quando sit punibilis, & quando non?*
10 *Ignorantia, quòd maximè præsumatur in muliere, & minore in matrimonio.*
11 *Pœna quanam puniantur contrahentes incestas nuptias.*
12 *Matrimoniū contrahentium, in casu prohibito, quādo unus sciuit, alter ignorauit: sciens punitur, ignorans non.*
13 *Error iuris in contrahente matrimonium, qualiter probetur?*
14 *Error iuris, quòd debeat allegari, & non sufficit, quòd appareant præsumptiones sufficientes.*
Consilium, quòd fiant positiones de errore.
15 *Excipiens de præsumptionibus erroris, uidetur errorem allegare.*
16 *Delinquens ignoranter, quòd excusatur, quando delictum non committitur principaliter in iniuriam alicuius: secus si committeretur.*

LEX XXXVIII.

SI adulterium. ¶ Hæc est bona. l. & subtilis & difficilis. Si cōmittitur adulteriū cū incestu, mulier punitur, vt vir. Idē si cōmittitur stuprū & incestus: sed ab incestu excusatur propter ignorātiā, quæ præsumitur in muliere minore, & statim pœnitēte. h. d. vsq; ad. §. Imperatores. & diuidit principaliter in tres partes, vel quatuor. Primò loquitur, qñ cōmittitur adulteriū cū incestu. Secūdò, qñ cōmittitur stuprū & incestus à masculo. Tertiò, qñ cōmittitur stuprum & incestus à muliere sub colore matrimonij. Quartò, qñ masculus aliqualiter excusatur. Quintò, qñ in totū liberatur. Secūda ibi stuprū. Tertia ibi, q̃re mlier. Quarta
1 ibi nōnūq̃. Quinta ibi. fratres deniq;. ¶ Oppo. † ad primā partē: imò aliter punitur mulier: q̃ vir: vt in aut. sed hodie. cōiuncta. l. q̃uis. C. eo. Sol. in adulterio simplici hæc. l. est correcta: sed in adulterio cum incestu, nil est innouatū per illa iura. arg. ad hoc. j. l. proxi. l. præscriptione. & §. incesti. ¶ Quęrit glos.
2 quę est pœna incest? † gl. dicit, q eadē pœna est incestus, quę est adulterij: vt hîc colligit: & habuistis notatū in. l. inter liberas. §. j. s. e. Non habetis alia circa primā ptē. ¶ Sequitur. §. stuprū. vbi est secūda ps & difficilis. §. legit duob' modi: in istis. glo. primo
q hîc loquitur simpliciter de adulterio & incestu. Secūdo modo, q loquat
de stupro & incestu. & q hæc. l. loquit de adulterio & incestu. Primò facit
tex. qui dicit, an adulterij pœna sufficiat. Huic lect. applaudit gloss. super
verbo stuprū. & glsso. super verbo fili ā. & glo. super verbo concurrāt. Se.
cūdo modo legit hæc. l. vt dixi de stupro & incestu. Pro hac le. facit tex. q
dicit stuprū. huic etiā applaudit gl. sup verb. adulterij. & gl. sup verb. du.
plex. & gl. sup verb. errore. ¶ Quæro igit, q̃ istarū lec. sit vera? Rñdeo, hîc
loqt de stupro & incest. de adult. enim & incest. nō potest loq: qa cū nupta
3 nulla cadit excusatio: vt. j. ea. l. ver. fratres. ¶ Vlteri' q̃ro † pro declaratiōe. l.
vtrū de vtroq; delicto puniat. s. de stupro & incestu. vel de adulterio & in.
cestu? gl. dicit q sic, & bene. & hoc vult dicere tex. hic ibi: qa multū itereſt:
vbi soluit hanc. q. quia videtur velle, q qñ facit scienter, puniat de vtroq;.
Facit. l. qui de cri. C. de acc. ¶ Ad hoc op. de. l. senatus. s. de accu. So. ibi dicit
ob id crimē: hîc verò sunt diuersa delicta: licet ex eodem facto descendāt.
a ¶ Cōtra hoc[a] op. de. d. l. senatus. ꝓut loquit in parricidio, & homicidio, q̃
sunt delicta diuersa: & tñ non potest quis puniri de vtroq;. Respon. illa de.
licta habēt se, vt genus & species: sed delicta de quibus hîc loquit, habent
se vt excedentia & excessa, seu species separatæ. ¶ Sed cōtra hoc no. de. d.
l. senatus. prout hîc loquit de stupro & incestu. Nam stuprum videt gen'
ad omnē coitū illicitū. Respō. nō est verum: imo stuprū † est species separa
4 ta: quia nō cōmittitur, nisi in viduā, vel in virginem: vt habuistis. s. e. l. stu.
prum. §. j. & l. inter liberas. §. j. dixi, q tenet de vtroq;. s. de adulterio & in.
cestu, seu stupro & incestu. ¶ Quæro †, quid releuat de vtroq; teneri? si e.
5 nim est æqualis pœna: qa est pœna capitis, nil releuat teneri de vtroq;, cū
semel tantū possit decapitari: vt. l. vulgaris. in prin. & ibi dixi. s. de furtis.
Respō. istud est vtile. Primò, qa si sequatur absolutoria super vno, poterit
ab alio super alio crimine accusari: vt. l. q de crimine. C. de accu. Item si se.
quatur condemnatoria, prodest in hoc: qa secundū tēpora hæc nō erat pœ
na capitis, sed minor: vt no. in. l. ij. §. miles. s. de his, qui no. infa. & l. si quis
viduam. j. de quæstionibus. & j. de re mili. l. qui cū vno. §. adulterij. & ideò
prodest. & etiā scire propter statuta ciuitatis, quæ hodie minorē pœnam
imponunt pro adulterio. Itē, quando ista delicta sunt simul coniūcta, vni'
6 pœna auget propter aliud: vt. j. e. l. proxi. ¶ Itē dicit hîc † errore & c. quæ.
ro de quo errore loquit hîc, dicit gl. de errore facti iustissimi: alij dicūt de
errore iuris: & tunc dic, q loquit de errore, qui declarabit inferius. ¶ Quæ
ro, quid vult dicere cōtumacia iuris, & contumacia sanguinis? Respon. vult
dicere, q sciebat ius, & sciebat parentelam: & vtrūq; contemnit. Non habe
tis alia hîc circa hanc partē. ¶ Sequitur tertia pars, quæ incipit. quare mu.
7 lier Ex hoc. §. no. † q si mulier cōtrahit matrimoniū contra iusgentiū pu.
nitur, sed contra ius ciuile excusatur. ¶ Op. & videt, q etiā qñ cōtrahit cō
tra iusgentiū, excusetur mulier. j. ea. l. vers. fratres. Sol. hic hoc fecit sciēter
volens contrahere matrimoniū. sed in versi. fratres. fecit ignoranter contra.
hendo matrimoniū: qd' credebat se contrahere licitè. Et hoc eodem modo
de ea, quæ ignoranter fecit: debet intelligi ver. nam si sola. qui ponitur hîc
vt. j. dicetur. ¶ Expeditus videlicet de tertia parte, venio ad quartam, quæ
incipit. nonnunq̃. hîc non habetis alia. Nam eius materiā. j. proxi. §. dicā.
¶ Sequitur quinta pars, quæ incipit fratres. & diuiditur in partes quatuor.
Primò ponit rescriptum, quando quis excusatur propter ætatē. Secundò
ponit aliud rescriptū, qñ quis excusatur ꝓpter pœnitentiā ostensam per
diuortiū. Tertiò ponit aliud rescriptū, qñ quis excusat propter pœniten.
tiā ostensam per supplicationē. Quartò Iuriscō. reassumit omnia pręcedē
tia. Secūda ibi, Imperatores. Tertia ibi: ijdem Pollioni. Quarta ibi: incestū
autem. ¶ Op. de. l. qui contra. C. de ince. nup. Huius timore gl. distinguit
hîc, dicens, quòd ibi errauit in facto: hîc in iure. & annectit glo. vnum ver.
bum, q in incestu, si quis errauerit in iure naturali, vel gentiū, nullo modo
excusatur: sed aliqualiter releuatur. hoc dictū non placet mihi per text. in
ver. ijdē Imperatores. Nam matrimoniū contractū cum nouerca est illici.
tum de iuregentiū: quia illa matrimonia dicunt de iuregentiū illicita, quæ
sunt prohibita ratione consanguinitatis, vel affinitatis. Ita intelligit Azo in
summa de incest. nup. & in summa de interdicto matri. in prin. ¶ Et ideò
8 pro † declaranda ista materia volo vos scire, quòd habetis tres gl. in hac ma
teria. vna est hîc: alia est in. l. qui contra. C. de incest. nupt. Alia est, quæ est
perfectior, & melior, in aut. de incest. nup. §. j. colū. ij. Sed tamen non bene
b declarat: ideò pro huius declaratione[b] volo te scire, q quandoq; coitus fit
sine colore matrimonij, tunc isto casu punitur indistinctè iste talis coitus:
& puto q punitur secundum illud, quod est in veritate, nō secundū illud,
quod putabat. si erat consanguinea, punietur de incestu. Si nupta, punietur
de adulterio: quoniā dabat ab initio pœnā rei illicitæ, & erat in dolo. ar. s.
de fur. l. vulgaris. §. si quis ex. & s. de iniu. l. eū, qui. §. si iniuria. Qñq; † iste ta
9 lis coitus fit sub colore matrimonij. & hîc est aduertendū: aut tu quæris v.
trū ipse puniatur. l. Iu. de adul. & stupro, & de incest. Aut tu quæris an pu
niatur ex constitutionibus, quæ puniūt contrahentes nuptias incestas. Pri
mo casu, aut ipsi sciuerūt ius & factum, & puniunt: vt hîc. in. §. stuprum,
ibi contumacia iuris, & sanguinis. quia punitur de stupro & incestu: vt hîc
dicitur. Aut ignorauit vterq;, & sunt excusati: vt. l. qui contra. C. de incest.
nup. & hoc prout dicit errore matrimoniū illicitè contrahatur. Aut igno.
rabat factū & sciebat ius: & tunc idem quod excusetur: vt hîc: prout dicit
errore: vt. d. l. qui contra. C. de incest. nup. aut econtra sciebāt factum, & i.
gnorabant ius. & in isto casu, si quidem mulier est, excusatur, vt hîc: in ver
fratres. & in ver. quare mulier. ibi, nam si sola & c. Si erat masculus, tunc aut
minor,

a ¶ Contra. Hoc vide plenè glo. in aut. de ince. nup. vbi ponit quid sit ince-
stus, & quid necessarius coitus. & vide gl. insti. de nup. §. si aduersus.
b ¶ Huius declaratione. Ex his dictis habes, quis coitus sit prohibitus, & qs
sit pmissus: & qd in nouerca, & vide gloss. instit. de nupt. §. si aduers'. Quid i alio simplici fornicatore: vt solutus cū soluta. Quidā dicebāt, q ista simplex fornicatio nō erat prohibita de iure cano. tātùm: & ideò erat crimen ecclesiasticū. Allegant Fede. in consil. sed potest saluari dictum Federici in fornicatione pręsbyteri: vt not. in c. eos. xxxij. dist. Item pōt saluari in puro concubinatu, qui non est prohibitus à iure ciuili: vt. ff. de concubinis. per totū. sed regulariter omnis alia fornicatio punitur. notat Barto. in. l. j. de cōcubinis. Quid in Iudæo habēte coitum cū Christiana, an puniatur à iudice seculari, vel ecclesiastico? vide gl. in. c. sæpe. xxviij. qō. j. & quod habetur in. c. Archiepi. de rapt. & cōsuluit Ioā. Cal. in suo consi. quod ponit in tit. de foro compe. in consili. xij. & repetijt in consi. sub tit. de iudic. & Petr. de Ancha. in consil. xiiij. & Io. and. in c. gaudemus. de diuor. quæ not. & q̃ pœna puniat Iudęus habens rē cū christiana, & qua pœna habēs rem cū brutis: & qua pœna puniat mulier faciēs officiū hominis: vide quę dixi. in. l. cū vir. de adul. & gl. in. c. inter opera charitatis. de spon. dicit, q crimine meretricij, sub dissimulatione pertrāsit, & meretricari est peccatū mortale. xxxij. q. iiij. in. c. meretrices. quod in habente rem cum bestijs. vide text. in. c. si mulier, aliâs mulier. xvj. q. j. quem pro singu. alle. Ro. in. l. si verò. §. de viro. in. xxxvj. aliâs. xlvj. fal. ff. solu. ma. Adde quod Oldra. consil. cccxxxiij. dicit, quòd Iudæus cognoscens Christianam, debet puniri extraordinariè. & dicit, q illi Iudæo pro quo ipse consuluit, fuerunt incisa virilia.

a ¶ Si verò quæris. Adde glo. & Bald. in. l. si iusta. aliâs in. l. fi. de condi. sine cau. & Io. an. in. c. ex tenore. qui fil. sint legi. & q̃ not. in. l. fi. j. eo. & an filij ex legitimo matrimonio nati, aliâs illicito inter ignorantes sint legitimi. vide singu. Bal. post glo. in. l. qui contra. C. de incest. nup.

b ¶ Quærit glos. Et Adde Bal. in. d. l. qui contra. Andræ. Barba.

c ¶ Secundò nota. Iuris ignorantia, vel error nõ sufficit, nisi allegetur. Idem glos. singu. in clemen. appellanti. de appellatio. In notorio. vide quæ dixit Alexand. in. l. j. post Bald. C. vt què desunt aduoca. vbi omnino vide. Adde Bald. in. l. super longitudi. in iij. colum. de præscrip. temp. & an sufficiat allegare postq̃ est conclusum in causa: vide docto. in. c. peruenit. de emptio. & vendi. & ibi an iudex possit supplere? & an consuetudo debeat allegari? vide Bald. in. l. veniam. de in ius vocan. & nota. in l. si quis non dicam. in. ij. col. de episc. & cleri. & in l. quicunq̃. de ser. fugit. & dum hîc tangitur de iure præsumptio. vide Bartol. & ibi scripsi in. l. j. de excepti. & quotuplex est præsumptio. vide gloss. mag. in l. fin. quod metus cau. & glos. in. c. is qui. de spon. & facit hîc. §. idẽ Pollioni. ad ea quę not. refert Alex. in. l. à diuo. §. si super rebus. in. iiij. col. de re iudi. & bonum dictũ de cõsuetudine vide p Bar. in repe. l. de quibus. x. q. princ. s. de legi. vbi dicit, q̃ creditur excellẽtissimo doctori, vsq̃ quo probetur in cõtrariũ. Adde Bar. in hoc versi. secundò quæro. Rom. consil. lxxvij. vbi pulchram limitationem ponit.

minor, & excusatur: vt. d. versi. fratres. aut maior: &
tunc si statim cum cognouerit eum pœnituerit, quę
pœnitentia ostenditur per diuortium, vel per sup-
plicationem ei parcitur. Similiter vt hîc in ver. ijdem
Pollioni. & in ver. ijdem Imperatores. Aut statim
non pœnituit: & tunc punitur, sed mitius, vt in ver.
nonnunq̃. aut dubitatur sciuerit, vel ignorauerit: &
tunc aut matrimoniũ est contractum clã. & præsu-
mitur scientia. l. vlti. s. de ritu nup. & l. j. C. de inter-
dic. matri. secundũ intellectum gl. quem ponit hîc,
10 &c. Aut fecit palã. † & tunc præsumitur ignorãtia:
vt. d. l. vlti. de ritu nup. quæ maximè præsumitur in
muliere, & minore, in eo quẽ statim pœnitet facto
diuortio, vel supplicatione porrecta: vt vidistis hac
11 l. Si verò † quæris[a] qualiter quis puniatur illis consti
a tutionibus, quæ puniunt incestas nuptias, & est ad-
uertendum: quia in hoc est triplex pœna. vna est, q̃
matrimoniũ non valet: & ista indistinctè habet locũ
& excusatur ignorãtia, vel ætate: vt. l. j. C. de interdi.
matri. & hac. l. versi. fratres. vbi oĩno præcipiunt cõ
iunctionem distrahi. Alia est per quam amittitur lu
crum, seu à lucro repellitur: & in hac. l. distinguitur: aut
fuit sciẽs, & habet locũ illa pœna. aut ignorãs: & tũc
aut fuit ignorantia iusta: & tunc à pœna excusatur: aut
iniusta ignorãtia: & tunc non excusatur: vt. l. qui cõ
tra. C. de incest. nup. Et ex hoc sequitur, quòd si er-
rent in iure, cum esset ignorantia iniusta: nihilomi-
nus tenerentur pœna illius. l. qui cõtra. C. de incest.
nup. Tertia est pœna per quam punitur, & in per-
sona, & in bonis: & illa pœna non habet locũ, nisi ta
les nuptias cõtraxerit dolosè & scienter: & ideo quę
cũq̃ ignorantia ab illa pœna excusaret: ita loquitur
aut. incestas. C. de incest. nup. & aut. de incest. nup. §.
12 primo. & quod ibi no. ¶ † Quærit gl.[b] quid si vnus
b sciuit, alter ignorauit? dic vt not. hîc in. l. qui contra.
C. de incest. nup. quæ in sciente habet locum: vt. s.
dixi ignorans excusatur: vt ibi: vt. s. dixi. ¶ Vltimò
13 † ex hac. l. no. duo. Primò qualiter iuris error proba
tur. & habes, quòd probatur ex istis qualitatibus:
quia fecit palam, & statim cum fuit sibi dictum, di-
misit: vel erat minor: ex istis præsumitur error iuris
vt hîc: & in versi. fratres. & §. incestũ. plenè dixi in
c l. ij. s. de confes. ¶ Secundò not.[c] † quòd non sufficit,
14 quòd appareãt pręsumptiones sufficientes ad pro-
d bationem erroris: nisi etiam error allegetur.[d] hoc di-
cit hîc in fin. text. notabiliter ibi. vtiq̃ si error allega
tur &c. vnde memẽto, quòd facias positionem erro-
15 ris. quod perpetuò tene menti. ¶ † Vltimò posse-
e mus[e] etiã dicere, quòd ille, qui faceret exceptionem
de præsumptionibus erroris: tunc hoc faciendo vi-
deretur allegare errorem: sicut dicimus in libello: vt
l. omnes. §. Lucius. s. de his, quæ in frau. cre. ¶ Op-
po. hîc videtur, quòd ex pœnitentia quis consequatur
impunitatem delicti: contra. s. de fur. l. qui ea men-
te. Solu. hîc pœnitentia ostendit, & declarat in præ
terito non fuisse dolum: ibi verò secus. ¶ Vltimò
16 quæro, ego video, q̃ propter ignorantiam quis ex-
cusatur, an puniatur alia pœna extraordinaria? vide-
tur q̃ sic: vt. l. respiciendum. §. delinquunt. j. de pœ-
nis. & l. ij. §. hac actione. s. vi bono. rapt. In contra-
rium est ista. l. nisi, vt in casu: vt. s. dixi. sed respõdeo
quando delictum nõ committitur in iniuriam alicu-
ius: principaliter, tunc si cessat dolus, nulla pœna ve
nit imponenda: vt hîc. Secus, si in alicuius iniuriam
respiceret principaliter: vt. j. eo. l. penulti. videbitis
& ibi tangam.

Imperatores. ¶ Tene menti hunc casum: quia bonus casus est.

SVMMARIVM.

1 *Filius potest patrem bannitum occidere, stante statuto, quòd bannitus possit impunè offendi.*

Liberto. ¶ Nota text. ibi: nam cuius famæ &c. Dy. dicit, quod argu. huius. §.
dici potest, quòd si cõtineatur in statuto, q̃ exbanni
tum quis possit occidere: quòd non ideò eius vigo-
1 re † filius poterit occidere patrem exbannitum, sicut
nec libertus patronum, nec vasallus dominum. Pro
hoc facit in auth. de incest. nu. §. j. de obse. pa. pręst.
l. penul. facit. l. mutus. §. manente. s. de iure dotium.
Sed aduertatis: ista quæstio fuit semel facta Tuder-
ti: & cum esset commissa cuidam collegio fuit con-
sultum, q̃ filius potuit patrem impunè occidere: ne
f scio per quæ iura. & hoc puto verum[f], q̃ filius tunc
possit patrem occidere impunè. Nam licet hic liber
tus reperiat patronum in adulterio, remanet patro-
nus, & habet iura patronatus: sed non sic in exban-
nito, qui efficitur hostis & transfuga ciuitatis: vt. l.
amissione. §. qui deficiunt. s. de capi. dimi. Et sicut
perdit ius ciuitatis: ita perdit filiationis: vt. l. postli-
nium. §. filius. j. de capti. & postlimi. reue. Ad quod
facit. j. l. milites. circa fi. j. de re mili. aliâs est quod not.
in. l. diuus. j. ad leg. Pomp. de Parri. & est casus ex-
pressus. s. de reli. l. minimè.

SVMMARIVM.

1 *Dispensandi cum spurijs, & incestuosis habens potestatem an possit spurium, & incestuosum simul legitimare.*

LEX XXXIX.

Vim passam. Præscriptione.

Hîc est not. §. Facit ad quæstionem quæ fuit dispu
1 tata Bononię. † legatus habet potestatem dispensan
di cum spurijs, & incestuosis. Modò quidam erit
spurius & incestuosus simul, & semel: natus ex cõsan
guinea vxorata: an possit dispensari? hîc videtur, q̃
non: quia ea, quæ dicuntur in separatis, non habent
locum in simul iunctis. & hoc dixi in. l. ij. in prin. s.
s. de verbo. oblig. & l. si ita. s. de lib. & posthu.

SVMMARIVM.

1 *Probationes factæ nulla dilatione data, valent.*

LEX XLI.

g **In crimine.**[g] ¶ Opp. quòd in criminalibus den
tur plures dilationes: vt. l. fina. s. de fer. Di
cit gloss. speciale est in adulterio, vbi nul
la datur, vel saltem datur vna tantùm. Secundũ istam
lectu. glos. habet ex hac. l. casum. q̃ probatiões factæ
nõ data dilatione ad probandum, valeant. Nam hîc
vides, q̃ in crimine adulterij, nullæ dantur dilatiões
ad probandum. & tamen in eo fiunt probationes: vt
h l. ij. in fi. s. eodem. & l. capite quinto. s. eodem. Ergo
1 apparet[h], † q̃ pbationes factę sine dilatione[i] data va
i lẽt. Pro hoc alle. Ia. de Are. j. de quęst. l. vnius. §. co-
libro primo.

d ❧ POMATES. ¶ Error allegetur. Bene facit dictũ Io. an. & cõpost. in c. cum dilectus. de consue. per tex. in. c. ea noscitur. secundũ vnum intellectũ magis cõiter approbatum. de his, quę fi. à præla. sine consen. capi. & quod no. glo. in cle. appellanti. de app. & Io. an. in. c. ij. vt lit. nõ cõtest. Et pro horum declaratione, vide do. Alex. in. l. qui in aliena. in. iiij. col. in fi. in ver. extra gl. no. s. de acqui. hære. & vide etiã Alex. in consi. cxxxvj. col. iiij. in fi. vol. ij. & seq. & xxxvij. in. ij. col. & Rapha. cuma. cõsi. vij. in. vj. col. in prin. & xliij. & Alex. cõs. cxiij. co. ij. in pri. vo. iiij. & Ro. cõsi. lj. in prin. & lxxvij. Alex. consi. j. col. ij. vol. v. & vnum verbum Feli. in. c. quæ in ecclesiarũ. col. xxj. versi. limita. iiij. de constit. & in. c. intimauit. col. v. de testi. & in. c. afferte. col. ij. in. ij. notabili, de præsumptio. & in sequen. colum. in fi. & in cap. quia verisimile. col. ij. eo tit. & in. c. de quarta. colum. v. de præscrip. & Cæpo. consi. vj. col. fi. & consil. xxxix. col. ij. & in. c. fi. col. v. de præscri. E Barba. consil. l. colum. xiij. volu. j. & consilio. lxij. colum. iij. eo. vol. & Anto. de prato in consilijs Barba. ad fi. col. viij. vol. j. & Feli. in. c. j. colũ. iij. de re iudicata. & in. c. inter cæteras. colum. v. eodem tit. & colum. viij. ad fi. & Barba. consil. viij. col. iij. & seq. vol. ij. & cõsil. xvj. col. xxvij. vol. ij. & cõsil. xxxv. colũ. iiij. e. vol. ij. & consil. xlv. col. vj. eo vol. ij. & consili. lxx. col. viij. eo. vol. & Ro. consil. lxxvij. & clxiij. co. j. & se in. c. cum ordinẽ. col. viij. de pręscr. & Are. in. c. inquisitionis. §. iij. de accusa. & consi. cxij. in fi. & Fel. in. c. ad hæc. colum. ij. de appel.

e ¶ Vltimò possemus. q facit exce. de præsumptionibus erroris, videtur errorem allegare. Pro hoc facit quod no. Bar. ĩ. l. iij. co. s. de excep. rei iu.

f ¶ Liberto. puto verum. Sali. etiam teneri quòd sic, in l. j. C. de his q patrẽ vel lib. occi. vt ibi plenè per eũ. Et ad istã. q. alle. Imo. & Ange. de Aret. in. l. triticũ. ad fi. de verb. obl. vbi concludunt filium posse interficere patrem, hostem ciuitatis. & dicit ipse fuisse in facto in baldazo. & facit ad hãc. q. Bart. hîc in text. l. minimè. ff. de religio. & qui cecidit pro patria, in ęternum creditur viuere. institut. de exec. tuto. §. sed si in bello. & not. Bart. in. d. l. minimè. adde quod ꝓpter hoc, scilicet, filio liceat occidere patrem hostem ciuitatis. Abbas consuluit, quòd filius talis possit testari, & fit liber à patre, & eius consilio apparet centesimotertio.

g ¶ In crimine. Bal. dixit per hunc tex. in. l. j. in. xvij. col. C. qui accu. q̃ in criminali non dantur dilationes ad probandum.

h ¶ Ergo apparet. valet probatio nulla data dilatione. vide do. Abba. in. c. licet causam. de proba. in. j. gl. & vide do. Car. in. c. in causis. de testi. Bar. in. l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæst. And. Barb.

i ¶ Sine dilatione. Probationes factæ non data dilatione ad probandum, nõ valent. & adde do. Anto. in. c. licet causam. in. xj. col. extra de probatio. & ibi tenet, quòd possunt istæ probationes fieri vsq̃ ad conclusionem in causa. per ea quæ habentur in. c. auditis. de procuratoribus. & in. c. cum dilect de fide instrumentorum. Baldus in. l. si quando. & l. cum à nobis. de arbi

& Bartol. in extrauagan. ad reprimendũ. in versicu. sine figura. Bald. in. l. finali. suprà de ferijs, tenet indistinctè per hanc. l. valere probationem, sine termino dato: imo & post terminum secundùm eum: nisi opponatur. de quo in. l. j. §. initium. ſ. de postu.

a ¶ §. cogniturum. & ibi vide Barto.

b ¶ Si ex lege. Ad hanc. l. vide quod notat Bald. in capitu. j. in princip. quibus mod. feu. amit.

c ¶ Allegatur. Ad q. adde Bald. in. l. nostram. in tertia columna. C. de testamen. & in. l. j. ff. de testibus, & quod notant doctores in. l. huiusmodi. §. si ita cui. de legatis primo. per Angel. in. l. ex iudicati. C. si ex falsis instrumen. & per Roma. post Angel. in. l. duo. ff. de acquirenda hæredi. & Ioan. andrę. in titu. de accusationibus. §. nunc sequitur. versi. quartum autem membrum. & Bald. in iuris. C. qui admitti. Adde quod notat Bart. in. l. non solùm. in. iij. columna. de operis noui nuntiatione. & ibi tangit Alexand. & quod dixit Barto. in. l. j. §. & parui. quod vi aut clam. & vide Bald. in. c. domino guerram. in titu. hîc fin. lex Cõra. Vnũ tenementi perpetuò, ꝙ singula. voluit Salic. in. l. nullũ. C. de iudi. ꝙ si aliquis est bãnitus, & stat in ciuitate, & toleratꝰ ꝙ si aliquis occidit ipsum, punitꝰ non obstãte statuto. & vide Ang. in d. l. si duo. Et domi. Ant. in. c. quia circa. decõ sangui. & affini. facit qđ not. gl. de tabellione condemnato, postea tolerato in auť. de tabellio. §. j. ver. non pôt. Et ad. q. Bar. hîc facit quod not. Bartol. in. l. libertas. de statu homi. & retuli in. l. iij. §. transfugas. de sica. Et quid si occiditꝰ descriptus in banno, qui erat cancellatus: sed ignorabatur. Ang. in. l. filio. de libe. & posthu. dicit, quòd impunè potuit offendi. faciunt not. p Bar. in. l. non solũ. §. morte. in. xiij. col. de ope. noui nun. & Bal. in. l. nostram. de test. & vide Alex. in. l. iij. §. si seruus. de acqui. pos. qui examinat, quòd si occiditur bannitus, qui appellauit, appellatione pẽdente. adde Bal. in. l. j. C. si à non competen. iudi. vbi vide plura not. & facit quod voluit Ange. in. l. j. ad fi. de his, quæ in testamento delen. & cum Barto. hîc transit Bald. in. l. ex morte. ad legem aquil. & Guido. de suza. in quæstiõe incipien. In ciuitate statutum est, quòd si aliquis offendit. tenet quòd non punitur. & vide Bald. in. l. eum, qui. de adulteri. & in dicta. l. prima. in. iij. columna. C. si à non competẽ. iudi. & in. l. j. C. de pœnis. per Bar. in. l. ij. ff. si quis in ius vo. per Salice. in. l. senatus. de his, qui sibi adscri. per Bal. in. l. quis sit fugitiuus. §. apud labeonem. de ædil. edict. per Io. And. in regula, quod quis. in mercu. & Salice. in. l. eum qui duas. de adulterijs. Ad de, an occidens bannitum, qui habebat saluum conductum paniatur, Pau. de ca. cons. xxiiij. de quo etiã p Ange. cons. clxxxvij.

gniturum.[a] ad quod facit quod not. Spec. in titu. de dilatio. §. videndum. versicu. vtrum. ¶ Sed secundũ istam lecturã, quæro vsq; ad quantũ tempus poterit probare accusator? videtur dicendum, quòd possit probationes inducere, quo ad durat instantia causę criminalis: hoc est intra totum biennium: vt. l. si. C. vt intra certum tempus. nisi ex causa vellet iudex dilationem statuere: vt hac. l. dicitur. Et hîc posset esse vnus modus legendi: aliàs si aliter diceres: ista. l. contineret absurdũ. ¶ Alij verò timentes absurditatem huius. l. quæ absurditas in hoc consisteret. Si enim p totum biennium posset probationes inducere: ergo causa adulterij esset longior: sed leges faciunt causam adulterij breuiorem: vt. l. quinquennium. ſ. eo. coniuncta. l. querela. C. de fal. Huius timore legunt hãc legem aliter, ꝙ hîc non loquatur de his dilationibus quæ dantur ad probandum: sed de ea, quæ datur ad accusandum, secundũ. l. Titia. ſ. de accu. & . l. si ea. C. qui accu. non pos. & ponunt casum sic. Ad accusandũ, seu ad proponendũ accusationem, nulla datur dilatio: cum sufficiat dilatio legalis. hoc verum, nisi iudex statuerit ex causa aliud. hanc lect. ponit Pe. quã Cyn. refert. C. de dila. l. j. ibi modo accedamus & c. & vtraq; lect. est bona. Item dicitꝰ hic, nisi dilatio detur ad exhibendas personas. quæ est ista dilatio? Respõdeo, ꝙ est ista dilatio, quę datur per. l. ij. C. de exhib. reis. hîc non habetis alia.

LEX XLII.

Sis qui ius. ¶ Nota ꝙ illi, qui impetrãt ius annullorum aureorum, habentur vt liberi. Cõtra hoc tñ facit. ſ. de excu. tuto. l. cum ex oratione. glo. non soluit, sed ibi apparet solu. si bene inspiciatis.

SVMMARIVM.

1 Exbannitum non legitimè interficiens num puniatur.

LEX XLIII.

b Si ex lege.[b] ¶ Hæc lex quotidie allegatur hîc in fin. & est duplex litera. vna est, ne is. alia est, sine ne: ideo reuoco in dubium hanc literam. Aliquis sciẽs aliquã repudiatã non iustè, duxit eam in vxorem: vtrum committat adulterium? secũdũ vnam literã cõmittit adulterium: secundum aliã literam non. Sed gl. concordat istas literas, vt si habetis non committit: dic, verum est, vt puniatur ea pœna qua puniuntur alij adulteri. sed mitigatur: qa sub colore qualisqualis matrimonij fuit factum. si habetis hîc affirmatiuam: tunc idem, sed non puniturtanta pœna, quanta puniretur, si sub colore matrimonij non esset factum. ¶ Hæc lex allegatur
1 †ad quæstionem[c] de eo, qui interfecit non legitimè exbannitum. & dicunt si interficiens hoc sciebat: tunc c punitur: secus si hoc ignorabat per hãc legem. ita dicit Dy. Pro hoc, ꝙ sciens puniatꝰ, facit. l. iiij. §. condẽnatum. ſ. de re iudi. & ibi ponitur, & voluit hîc Dy. Pro alia parte, quòd ignorans non puniatur: quia deceptus est authoritate publicę scripturę. facit optimè. ſ. de ventre inspi. l. j. §. cęterũ. & ibi hoc etiã ponit Dy. in. d. l. de ætate. §. ex causa. ſ. de inter. acti. & l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. j. de ędil. edi.

Mihi tamen videtur: vt aliàs dixi vobis, quòd in casu, in quo sciuit dicit verum Dy. Sed in casu, in quo ignorauit dico, quòd non punitur tanq; de homicidio facto dolosè: sed quia fuit in culpa, ꝙ non vidit bannum adhibendo consilium: vtrum bannum fuit rectè latum: tunc ex ista culpa punietꝰ: vt. l. ij. §. hac actione. ſ. vi bono. rapt. & . j. ad. l. cor. de sica. l. leg. corne. & quod ibi dicam. & . l. respiciendum. §. delinquunt. j. de poe. maximè cum ignorantia, seu error iuris sit lata culpa: vt. l. libellorum. §. notantur. & ibi glo. ſ. de his, qui not. infa. Præterea, si ille, qui contra hit cum alio, est in culpa, nisi diligenter exploret cõditionem personæ: vt. l. qui cum alio. j. de re. iur. multomagis, qui alium occidit propter eius conditionẽ, de hac conditione debet esse certus. Pro hoc facit optimè. l. qui in alterius. j. de reg iur. vbi ille, qui agit semper est in culpa, nisi de suo iure bene deliberet, etiam si ageret ex persona alterius.

c ¶ Ad. q. An occidens bannitum, si bannum non tenuit, veniat puniẽdus: vide Baldum in. l. ij. ſ. si quis in ius vo. nõ ie. Bar. in. l. iiij. §. condemnatum. de re iudica. & . l. iij. §. si seruus de acqui. pos. Bal. in. l. qui à latronibus. ſ. de testamen. & ibi Moder. Bal. i auť. quæ supplicatio. C. de preci. impera. offeren. Bald. in. l. j. ſ. de leg. Ange. in. l. cũ verò. ff. de fidei com. libe. & . d. §. si seruus. vide Bal. in. l. ex morte. C. ad. l. aqui. vbi allegauit Bar. hîc Ange. in. l. quis sit fugitiuus. §. apud labeonem. de ædilitio edicto. & . l. genero. & ibi Iacobus butri. Bal. in. l. huiusmodi. §. si ita. ff. de legatis. j Andræ. Barba.

d ¶ Lege Iulia. no. bene, ꝙ etiam pro vi turbatiua procedit accusatio ex hac. l. secũdũ Bal. no. in. l. momentarię. C. vnde vi. vide quod ibi dixi. & Bart. in. l. iniuriarum. §. si quis. de iniu. & qñ habeat locũ vide Bar. in. l. crimẽ. C. eodem.

e ¶ Secundò quæro. Vtrum liceat portare arma. Iuxta hoc dubitatur quid si statutum punit violentiam cum armis, vel sine: an comprehendat mulieres? Bal. per illum tex. iuncta gloss. in. l. si cõstante. §. si. soluto matrimonio. dicit ꝙ sic, quodnõ.

Ad legem Iuliam de ui publica Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Arma, quòd non liceat habere de iure: licet de consuetudine non obseruetur.
2 Arma portare, quòd non licet, etiam defendibilia hodie: licet de iure permittatur aliquibus casibus.
3 Arma uendere quòd non liceat, nisi illis, quibus est permissum: sed consuetudo hoc non obseruat.
4 Armatos homines habens, non tenetur de publico delicto.
5 Statuto stante, quòd condemnatus de uiolentia nõ appellet: an condemnatus, quia habuit homines in armis, dicatur de uiolentia condemnatus?

LEX I.

d Lege Iulia.[d] Tractatur hîc de istis armis: ideò formo tres quęstiones. Primò
1 †vtrum liceat habere arma. text. est hîc, ꝙ non licet habere arma, nisi ratione itineris, vel venationis. hodie verò indistinctè non licet habere arma: vt in auť. de armis. & per totam illam constitutionẽ. sed illam constitutionẽ vsus communis non approbat. ¶ Se
e cundò quæro,[e] vtrũ liceat portare arma? Respon. hîc triplex ius est. nam de iure Digestorum si quidẽ aliquis vult portare arma extra ciuitatem eundo per itinera, tunc potest: vt hîc: ibi itineris. Aut vult portare per ciuitatẽ, vel in aliquo loco in quo fit adunatio gentium: aut in aliquo loco vbi sit forum iudicij:
f & hoc non licet.[f] vt hic in. l. iij. §. j. eo. & . l. qui dolo malo. §. j. Sed ad hoc est aduertendũ, ꝙ istud est verũ de armis offendibilibus. Nam istæ leges prohibentes non loquuntur, nisi de telo, quod est ad nocẽdum: vt in eis apparet. Sed arma defendibilia, nõ reperitur, ꝙ sint prohibita portari per hæc iura. imò etiam offendibilia potest portare ille, cui expedit. j. e. l. pe. §. fi. & hoc de iure Digestorum. sed de iure. C.

f Non licet. Nota quòd ille qui portat arma vetita, debet illa perdere. Item portans arma præsumitur habere malum animum: nisi portet legata, & licitum est portare arma: vt quis se defendat à latronibus. & ad placitum communis, vel comitis est licitum portare arma: vt est glo. in capitulo primo. §. si quis rusticus. & ibi Bal. de pa. tenen. & nota Ludouicum in nota. cclvj. Sed vtrum sit licitum portare arma ad occidendum bannitos? dic ꝙ sic: vt determinat Nellus de sancto Gemi. in suo tractatu bannitorum: hic Bono. dispu. & sequitur Rom. in. l. iij. §. sed vtrum. ad fill. Et no. ꝙ quis punitur, si ducat secum seruos armatos. l. finali. C. eodem. Et an fit licitum facere vel vendere arma, ponit hîc infra Bart. in hac ea. columna. versiculo tertiò est videndum.

indistinctè

indistinctè nō licet arma portare, nisi de principis licētia. C. vt armorū vsus. l. j. li. xj. De iure vero aut. exprimit plus: qa exprimunt etiā arma defendibilia, vt scuta & similia: vt in aut. de armis. §. pen. Fallit in gladijs paruulis, q nō sunt in vsu nocēdi: & qui bus qs in prelio nō vtit: sed sunt ad incidendū panē, vel ad tēperandū calamū, & similia: vt in aut. de ar-
2 mis. §. pen. Aduertēdū est in hoc, ne fiat fraus. ne qs dicat se portare cultellū aptū ad incidendū panē: cū sit ad offendēdū: quia tunc talis cultell⁹ armorū appellatiōe cōtinet, cū sit talis q nocere pōt: vt. j. e. l. armatos. & l. pen. §. telorū. Sed p statuta ciuitatū non punit ille, q portat, nisi cū eis sit inuent⁹: de qua inuetione dixi. s. de acq. pos. j. in prin. & tangūt doct. in
3 l. licet. C. de acqr. pos. ¶ † Tertiò est videndū, vtrū liceat vēdere arma. tex. hic videt q sic: in. l. excipiunt. sed hodie est correctum: qa nemini licet facere arma vel vēdere: nisi psonis deputatis ad hoc: vt. d. aut. de armis. & not. C. de fabri. sup rubr. Tamē cōsuetudo
4 secūdū qd' vos videtis, hoc nō approbat. ¶ † Quæro, vos videtis hic, q q homines habuit in armis, hac l. tenet: quero vtrū possit puniri iste de publico delicto: quia homines habuit in armis: & qa habuit arma. Puto, q nō, qa ista duo tendūt ad eūdē finē. Nā arma non habent, nisi vt habeant homines in armis: ergo & c. vt. l. illud. in fi. s. ad le. Aquil. & qd' no. in. l.
5 nunq̄ plura. s. de priua. deli. ¶ † Vlteri⁹ quæro, dicit statutū cōmunis Tuderti. q dānat⁹ pro violētia non potest appellare. aliqs fuit cōdemnatus: qui habuit homines cōgregatos in armis: vtrū dicit condēnatus pro violentia? text. videt quòd sic hic: & in. l. fina. C. eodem. Nam vt videtis, tenetur. l. Iul. de vi. sed puto cōtra, quia ad hoc, vt violentia sit facta, impetus requiritur, cui resisti non possit: vt. l. ij. s. qd' me. cau. sed hic nullus impetus factus fuit in alium: ergo non potest dici violentia: est tamen quid præparatoriū ad violentiam: ideo punitur hac. l.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria alicui existenti in domo, uel castro, tribus mod. fit.*

LEX III.

IN eadem.

Eadem lege. ¶ Tribus modis fit iniuria mihi existenti in domo, vel castro † meo. Primo modo expellendo me per vim, & hoc vult dicere, cum dicit, deiecerit. Alio modo dādo mihi prēliū: licet menō possit vincere: & hoc vult dicere expugnauerit. Tertio modo faciēdo aliquē redimi, dicendo deprędabor te, nisi dederis mihi tantā pecuniā. & hoc vult dicere cōcusserit. hoc est per vim pecuniā extorserit: vt. l. j. s. de cōcus. Nā omnes isti talia faciētes, & qui adhibent homines, vt hæc fiāt hac. l. tenent. & hæc. l. facit contra Perusinos, qui mittūt gentem ad talia faciendum extra ciuitatem: quia tenent hac. l. vt hic, ibi: homines accommodauerit.

LEX V.

QVi coetu.[b]

Si de ui. ¶ Oppo. q sit hoc superfluum: quia idem dicitur in principio, & in fi. Glos. solu. q in principio respicit ad alterius postulationem, posteà decernit proprio motu. ¶ Opp. q sit in arbitrio actoris eligere prius ciuilem, vel criminalē accusationem: vt. l. j. C. qn̄ ci. ac. cri. præiu. Quidā fatentur contra. sed hic ideo sic dicit: quia accusatio de vi prius erat instituta. Vel dic secundū Dy. q hic, pponebat crimina lis accusatio ab vno, & iudiciū ciuile ab alio. ¶ Item opp. C. de appel. l. j. vbi dicitur, q causa proprietatis & possessionis simul agitari non possit. hic videt cōtra. Sol. quidā dicunt, q ista duo videlicet possessione, vel dn̄io, pro vno ponunt. vel exponamus: vt in gl. dicit dn̄io. i. proprietate. & possessiōe. j. pro iure possessiōis: vt vsusfructus, vel emphyteusis, & similia. ¶ Itē opp. de. l. ordinarij. C. de rei vendi. & interdic. in. l. incerti. Sol. eodem modo, vel possumus intelligere, & erit alia lectura. & concordat cū illa: vt dicamus, quòd hic dicit. si de vi & possessiōe. hoc est, de violenta possessiōe, seu violēter turbata. Et quod d sequitur, vel dn̄io. i. proprietate. & secundū hoc ponit hic ordinē petitorij, & possessorij. ita loquit gl. s. de iudi. l. si de vi. ¶ Tertio modo potest legi, q cū aliquis conueniretur interdicto recuperandæ pos- e sessionis: vel interdicto retinē. vt interdicto vti pos. & opponebat exceptio dn̄i: dr certè hic, q prius cognosci debet de vi seu de violēta possessiōe, q̄ de exceptiōe: hoc aūt qualiter debeat intelligi, q exceptio dn̄ij repellat agentē possessorio: dixi in. l. naturaliter. §. nihil commune. s. de acqui. pos.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta de raptu, an ualeat.*

Et si pater.

¶ Quæro, vtrū remissio facta per patrē valeat? dicit glos. dic vt in. l. si maritus. §. si negauerit. s. tit. j. Certè ibi di-
1 citur de adulterio, non de raptu. ¶ † Quero, vtrum f valeat transactio facta de raptu? glos. mouet hanc. q. in. l. transigere. & ibi ponit opi. C. de transac. Quidā q sic: alij q nō. allegant. l. j. C. qui pro præmio. liber. ac. Sed doc. ibi tenet q non pōt transigi de raptu: qa pater transigens punitur: vt. l. j. §. pe. C. de rap. virgi. ergo nō licet transigere. Ego puto cōtrariū, p. l. trāsigere. vbi nō excipitur, nisi adulteriū: ergo licet trāsigere. Itē probo per. l. pen. C. qui. ex cau. ser. p præmio liber. acci. inducēdo eā: put inducit Io. an. Præterea ratio, quare non pōt transigi de adulterio, est propter frequentiā, q̄ ratio in rapina cessat. nō obst. l. j. §. penul. C. de rap. virgi. quia fateor, q transigens punitur ex parte accusatoris: qa nunq̄ sibi permittitur. sed ex parte accusati, bene licet transigere.

SVMMARIVM.

1 *Officialis non admittens appellantem, tenetur. l. Iul. de ui.*
2 *Mittens aliquem mitratū ad aliquem iudicē, tenetur hac. l.*
3 *Verberans aliquem in tribus casibus, incidit in crimen publicum.*
Primò, si uerberat ambasiatorem.
Secundò, si hominibus coadunatis.
Tertiò, si uerberat animo occidendi.

LEX VII.

LEge Iulia de ui.[c]

c ¶ Tene
1 mēti † istud principium: quia isti tales officiales, qui non admittunt appellantes, tenent hac. l.
2 & condēnati erunt infames. ¶ † Secundò not. text ibi: aut qd in collum iniecerit. Quòd qn̄ aliquis mittit aliquem ad aliquem iudicē, seu ad episcopū cum mitra in capite, q tenetur hac. l. ¶ Tertiò ad versic.
3 itē q ad legatos. † not. q si aliquis verberat aliquem, non est crimen publicum: nisi in tribus casibus. Primò, qn̄ aliquis esset ambasiator: vt hic. Secundò qn̄ appellasset, vt hac. l. Item, quando hoc factum esset hominibus coadunatis: vt. j. eo. l. qui dolo. §. pe. & j. tit. j. l. ij. & C. eo. l. iiij. Item qn̄ aliquis hoc fecerit animo occidendi: licet non occiderit: vt. j. titu. ij. l. j. §. j.

LEX VIII.

LEge Iulia cum. l. armatos.

d De hoc dicam. j. eo. l. pe. §. telorum.

LEX X.

QVi dolo.

e Not. contra priores huius ciuitatis, qui mi nantur rectoribus, ne iudicent, sicut debent: quia tenentur hac. l.

SVMMARIVM.

1 *Telorum, & armorum appellatione quid contineatur?*

LEX XI.

HI qui.

1 Tælorum. ¶ Dicunt quidā q † appellatione armorum continentur tantùm arma offendibilia, p f hanc. l. sed nō est verū: quia hic dicit tælorum. & fateor, q appellatione telorum, non continentur, nisi arma offendibilia: sed appellatiōe armorū continentur etiam defendibilia: vt. l. armorum. j. de ver. signi. & dicitur in aut. de armis expressè.

Ad leg. Iul. de ui priuata Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio bonorum in hoc crimine: quòd non fiat ipso iu-*

Secunda Bar. super. ff. no. ZZZZ ij

---

a ¶ Aduertendum est. Not. q phibitus portare arma, non videtur prohibit⁹ portare gladium ad incidendum panē. glo. singu. in aut. de armis. & vide Bar. in consi. inci. factum sic proponit. vbi consuluit de gladio acuto. qs percussit cum gladio acuto, & exiuit sanguis. & loquit ibi de cultello magni Petri apostoli percutientis & amputantis auriculā serui, & loquitur ibi de sanguine qui pōt exire sine pcussione. Andræ. Barba.

b ¶ Qui coetu. quęro vtrū remissio facta per patrem valeat: & vide no. in. l. j. circa princi. s. de iniurijs.

c ¶ Lege Iulia de vi. officiales nō admittentes appellantes, tenent hac l. & sunt infames. Itē adde, q puniū tur poena capitis secundū Bal. in. l. si qs filio. §. is qui. s. de iniusto testa. Petr. de ancha. in cle. j. de excessib. præla. dicit q in criminalibus, scilicet, vbi agitur de poena capitali tenentur poena huius. l. & poena de qua no. in. c. cū dilectus. extra de ordi. cog. in glos. j. in causa ciuili punit. xxx. ponderibus auri. l. qm̄ iudices. C. de appel. Clericus autem deponitur. ij. q. vj. c. decreto. ita dicit do. Pet. post Bart. in l. iudices. C. de appella.

d ¶ Qui dolo. vide Bar. in. l. j. in prin. j. de sica.

e POMATES. ¶ L. Iul. cum. l. vi de Bart. in consil. suo. cvj. statuto cauetur, q pcutiens aliquē cum armis puniatur certa poena. quidā percussit cum dentibus, decidit q non incidit in poenā statuti. allegauit istā l. pen. §. j. vide ibi.

f ¶ Per hāc. l. & l. armatos. & in. l. j. §. j. & quod ibi dixi. s. de vi & vi arma. Adde q licet veniant lapides & fustes & alia ad nocendū: tn̄ illud est impropriè secundū Ang. in. l. si pignore. s. furem. s. de furtis. vbi vide tex. & sequit Ludo. in. l. j. §. occisorum. in prin. s. ad silla. & ideo nō cōprehenderetur in statuto: vt est gl. sing. in cle. j. versi. j. ver. arma. de sta. mo. & vide tex. in §. occisorum. Et si mittitur officialis ad inquirendū arma portantes, nō uenit scholaris habens penniferum cū temperatorio: nec rusticus habēs cultellum ad incidendum panem, secundùm glos. fi. in aut. de armis. §. fin. & not. Bar. in l. j. s. eo. Item not. q appellatione armorum propriè, non continentur arma ad defendendū, sed offendendū, & q̄ sunt apta ad nocendū. quod no. pro statuto: qa nō venit lorica & scutum, vt fuit de mente Bart. in. l. j. s. eod. & Ro. in. d. versi. occisorum. Quid autē si sint arma & ad offendendum, & ad defendendum? vide Bar. in. l. pecunia. §. argento. s. de auro. & argē. legato. Pet. de Ancha. in d. clemen.

a ¶ De vi. An ista accusatio de qua in hoc tit. pcedat etiã pro vi turba. tiua, Bal. no. q sic, in d. l. momentariæ. C. vñ vi. Bart. cõtra. in l. iniuriarum. §. si quis. de iniurijs.

b ¶ Sed puto. Vide quod not. in. l. iubemus. & ibi Bal. C. de sacr. san. eccl. Andræ. Barba.

c ¶ Creditores. debeat intelligi. ad. de Bart. in l. j. š. si quis test. liber esse ius. fue.

d ¶ L. Corne. no. q potestas non potest cogere iudicẽ vt ferat malã sententiam: imo si facit, teneť. Bene facit quod not. Inn. in c. pastoralis. in versic. iniustã. extra de offic. deleg. facit. C. de decurio l. oẽs. vide Bart. in l. qui dolo. & in l. j. š. ad. l. Iuli. de vi pub. & adde qđ Bald. in. c. j. de pa. tenẽ. in princi. dicit, q falsus testis debet puniri ea pœna, quam subiret reus de crimine intentato, puta capitis, vel furcarũ. quod no. Item istũ tex. alleg. etiã Bal. pro sing. in. c. j. §. iniuria. in fi. de pa. iur. fir. q falsus testis in cã criminali, puta homicidij punieť tãq̃ homicida, si deposuit cõtra innocentẽ de dolo malo. p tex. hic sing. ibi ne quis falsum dicat. & de pœna testis, vide etiam Bal. in. l. pſbyteri. in ij. col. C. de episc. & cler. & Bald. in l. ij. C. de reb. cred. & in l. data opera. in. xij. colũ. in ver. his interpositis. C. qui accu. & opp. ad no. per Bar. hic adde Ang. de Areti. in tract. malefi. in ver. de consensu. & deliberatione omnium iudicum.

re, sed per sententiam.

2 *Damnatus ex hac. l. non potest esse iudex: & quando opponatur hæc exceptio, quòd iudex sit infamis? remißiuè.*

3 *Processus factus per iudicem infamem, an teneat, si non fuit oppositum? remißiuè.*

LEX I.

De vi. [a] ¶ Oppo. q ille, qui aufert aliquid ex naufragio teneatur l. Iul. de vi publica: vt. s. titu. j. l. iij. infi. Sol. ibi cum armis: hic sine armis. ¶ Item quero, vtrũ ista publicatio bonorum fiat ipso iure vel per sententiam? hic sunt opi. sed puto [b] veram illam opi. q p sñiam. Non enĩ dicit tex. publicata sint sed dicit publicanť: quod denotat, q per sñiam: vt. l. in criminali. C. de iurisdi. om. iudic. ¶ Quæro, diciť hic, in eũ ordinẽ sedeat &c. dicitur hic, † q damnatus hac. l. non põt esse iudex. quero, de hac exceptione, quæ opponiť iudici. qa non põt esse iudex: qa infamis. Respondeo, vt dixi in. l. qdã consulebant. de re iudi. ¶ † Quæro, si hoc non opponiť, an procedat iudicium? dic vt no. in Spe. de iud. deleg. §. excipi põt. versi. sed nunquid infamis.

SVMMARIVM.

1 *Conuocati tenentur hac. l. sicut ille, qui conuocauit.*

2 *Vis ablatiua, ut committatur non requiritur, quòd homines sint coadunati: secus in ui expulsiua.*

LEX III.

Nec interest. ¶ Not. † tex. ibi nec min⁹ &c. Ex quo habes, q conuocati tenentur hac. l. & eo. modo teneňť, sicut ille, qui conuocauit. ¶ † Secundò not. q qñ committitur vis ablatiua non requiritur, q hoĩes sint coadunati: secus videtur in vi expulsiua: vt. j. eo. l. si quis aliquem.

SVMMARIVM.

1 *Coadunans gentem, ne aliquis ducatur ad iudicium, committit uim priuatam.*

2 *Condemnatum de manu familiæ accipiens tenetur. l. Iulia. maiesta.*

3 *Occidere bannitum, qui producitur in ius, an liceat?*

LEX IIII.

Legis Iuliæ de vi. ¶ No. bñ hãc l. nam tota die de facto occurrit. † Nam ille dicitur cõmittere vim priuatã qui facit coadunari gentem: ne aliquis producať ad iudicium. Simile in auť. vt oẽs obe. iudi. prouin. §. arripiat. sed qñ † quis arripit aliquem condẽnatum ad mortẽ, tenetur. l. Iul. maiesta. vt. l. cuiusq;. š. ad. l. Iul. maiest. facit. l. addictos. C. de ap. & l. addictos. C. de episc. audi. An aũt liceat † occidere exbannitũ, qui produciť in ius, Dy. ponit in. l. in laqueum. š. de acquir. re. do. dicam. j. tit. j. l. iij. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Accipiens rem sibi non debitã, qualiter teneatur? remißiuè.*

2 *Decretum de quo hic, ut habeat locũ, requiritur quòd probet, quòd intrauerit poßeßionem, & animo poßidendi.*

3 *Dolus non requiritur, ut habeat locũ decretum, de quo hic.*

Differentia est inter temeritatem, & dolum.

4 *Scientia, an requiratur, ut ius crediti perdatur?*

LEX VII.

i Quid vltimo. Damnati ad mortem efficiuntur serui pœnæ. fallit si appellatum est. Item fallit, si sententia fuerit nulla. Item si per sententiam interlocutoriam sit appellatum, hoc voluit Bal. in. d. l. j. C. ne ex delict. defunct. Et dum ponit Bartol. hîc, quid in bannitis, vide Bald. in. l. fi. suprà si à non compet. iudi. Si damnatus ad mortem euaserit, non poterit testari. facit ad statum

Qui ob inimicitias. Materiam huius. §. habes plenè. C. qui accu. l. data opera. per Cy. dicam in l. qui ædes. ꝟ. de incen. rui. nau.

In exulibus. ¶ De hoc vidistis. ꝟ. eo. ti. l. legati.

SVMMARIVM.

1 *Famosus, latro, vel fur, quis dicatur.*

g **Famosos.** g §. noster intelligit̃ duobus modis. Vno modo intelligit̃, vt latro dicat̃ fur, qui clam furat̃. Alio modo intelligitur de latronibus, hoc est de robatoribus stratarũ, q hoc faciũt publicè. ¶ Secundũ primã lect. op. de. l. fin. ꝟ. de fur. in aut̃. vt nulli iu. §. pe. vbi p furto qs nõ moritur. So. aut est fur famosus, & suspẽdit̃: vt hîc. Aut nõ est famosus, & nõ suspendit̃: sed aliter punit̃: vt in contrario. Ita dicit gl. hîc, & in aut̃. sed nouo iure. C. de seruis fugi. & in corpo. vnde sumitur. ¶ Item opponitur, quòd pro vno furto quinque solidorũ quis indistinctè suspenditur: vt in ti. de pace tenẽda. §. si quis quinq̃ solidos. x. collatione. Solutio, concedo quòd per illam constitutionem sic punitur. & per hoc est recessum à legibus antiquis. Dicũt tamẽ qui dam, quòd per illam constitutionẽ, quæ est in. x. co. de pac. iur. fir. §. iniuria. vbi dicit̃ iniuria, seu furtum legitimè puniat̃. videt̃ redire ad istas. ll. antiquas. licet gl. ibi finaliter contrariũ teneat: tamen quicquid hodie sit, in qualibet ciuitate Italiæ sunt statuta de hoc: sed de iure communi tenerem illam glo. ¶ Secundò op. prout secundo modo legitur. & videtur quòd debeat puniri. l. Iul. de vi publ. & l. iij. in prin. ꝟ. ad. l. Iul. de vi pu. So. ibi quando semel tantum fecit: secus si esset famosus latro: tunc pœna augmentaretur propter illam qualitatem: vt hîc. ¶ † Q uæro,

1 h quis h dicatur famosus latro, vel fur? dicunt quidam, illi qui hoc sæpius fecerunt. Ita dicit gl. in aut̃. sed nouo iure. C. de ser. fugi. quod puto verũ, si contra eos de hoc fama publica laborabat: vt colligitur ex hac litera, dum dicit famosos. Et intellige hoc de his, qui perfecerunt delictũ: aliàs secus: vt. ꝟ. ea. l. §. grassatores. ¶ Vltimò glo. dicit, quòd per Lombardiam aliter punitur furtum. quod dic, vt in glo. & plenius in. d. glo. de pa. iur. fir. §. iniuria.

Maiores. ¶ Opp. contra. §. nostrum. de. l. presbyteri. C. de epi. & cle. dic vt dixi. ꝟ. eo. l. quædam delicta.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ad mortem statim efficitur seruus pœnæ, & testamentum ab eo non ualet.*

2 *Damnatus ad mortem, quòd poßit examinari contra alios ad aliquale indicium.*

3 *Ista lex per auth. si hodie. C. de dona. inter ui. & uxorem, nõ corrigitur in damnato ad mortem.*

4 *Sententia excõmunicationis, quòd trahat secum executionem.*

5 *Sententia corporalis, quòd nõ poßit mandari executioni, de ea, quæ fit ab hoĩe intra. x. dies, qui dãtur ad appellandũ.*

LEX XXIX.

i **Qui vltimo.** i ¶ Ibi statim &c. Not. † quòd ad mortem damnati statim efficiũtur serui pœnę, vt hîc. & vidistis. ꝟ. e. ti. quod ad

id quod no. Bal. in l. ex ea cã. §. de postu. & vide Bar. in l. si is, qui. §. j. de testa. Bar. & Bal. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & quod not. Inno. in c. querenti. de offi. deleg. & no. Bart. in l. cunctos populos. in pe. col. de sum. trini. & Imo. in d. l. si quis filio. §. irritum. de iniusto testa. glo. & doct. §. de don. inter virum & vxor. in auth. sed hodie. & Bald. & Imo. in l. seruo legato. §. fi. de leg. j. & Bal. in l. fin. C. si à non compe. iudi. & ad hoc vide Bar. pulchrè. in l. si eius. §. de testa. & p Ro. in l. j. de re iudic. Adde Bartol. in l. nõ tantùm. de ap.

a ¶ Quod intellige. an damnati ad mortem possint facere testamẽtũ: vide pulchrè Bar. in l. si eius. ff. de testa. & Bar. in l. cũctos populos. C. de sum. trini.

b ¶ Hodie corrigitur. an hodie damnati ad mortem, efficiantur serui pœnæ, vide in l. siquis mihi bona. ff. de acqui. hære.

c ¶ Vltimò quæro. An sententia corporalis possit mãdari executioni intra x. dies. Adde Bar. per illum tex. no. in l. nõ tantum. de appel. vbi vide. adde quod no. Bal. post Bar. i. l. si qs. §. hi, qui. de iniust. test. per Bartol. in l. si qua pœna. ff. de verb. signi. & Bald. in l. final. in vlti. col. si à non compe. iudi. per Ro. in l. j. de re iud. ibi breuiter debetis scire quòd quedã executio. vide quod no. in l. fi. C. si à nõ compe. iud. adde Bar. post Gul. in l. fur. §. j. ff. de fur. Bal. Ang. & d. Io. in l. qui à latronibus. §. j. ff. de testa. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procon. & in l. addictos. C. de episcopa. audi. & no. in c. si quãdo. de offi. delega. Bald. in l. j. C. ex delict. defunct. in vij. colũ. & quod no. Barto. in l. nõ tantùm. j. de app. Inn. in c. quærenti. de offi. delega. Bart. in rubr. de re iudi. iuxta fi.

statum. & sic ista sententia trahit secũ executionẽ: vt not. in l. si qs filio exhæredato. §. irritũ. de iniu. rup. testa. & hac gl. & ideò istorũ dãnatorũ ad mortem
2 a nõ valet testm̃. quod intellige[a] in dãnatis ab eo, qui habuit iurisdictionẽ: vt l. ij. §. fi. §. e. Et puto hoc idẽ esse etiã si euaserit: vt si essent abrepti de manibus familiæ post sententiã latã in pręsenti, nõ dico ita de bãnitis, vt dixi in q. quam disputauit de exbãnitis.
3 ¶ † Vlterius not. ꝙ licet isti sint serui pœnæ, tamẽ possunt examinari ad aliquale iudiciũ contra alios: vt hic in fi. dixi in l. maritus. §. ti. j. ¶ Opp. in auth. de nup. §. quod aũt. posita. C. de don. inter vir. & vxo. auth. sed hodie. † Rñdeo illud, quod hac. l. dicitur, ho
3 b die[b] corrigitur in ingenuo: sec[9] in liberto. Sed illud, quod hîc dicitur, ꝙ corrigitur, est verũ in damnato in metallum: sed in dãnato ad mortẽ, nõ corrigitur ista. l. sed remanet firma: vt not. in auth. sed hodie. fa. cit. l. eius qui. & quod ibi no. per glo. & Dy. §. de te.
4 sta. ¶ † Vlterius. l. ista inducitur per gl. nostrã contra canonistas. qui dicunt, ꝙ sentẽtia excõicationis secũ trahit executionẽ. Et ideò ab ea nõ pt appellari: vt extra de ap. c. pastoralis. §. fi. quod videtur contra hanc. l. cõiuncta. l. si qs & filio exhæredato. §. hi, qui. §. de iniusto rup. testa. & quod no. per glo. C. si à non compe. iudi. l. fi. Sed qcqd gl. dicat, dico ego, ꝙ sentẽtia excõicationis est alterius naturæ, ꝗ̃ ista: qa illa est medicinalis, non mortalis: vt in c. j. extra de sen. excõ. lib. vj. Et ideò circa illam tene opin. cano. vt no. in d. c. pastoralis. & in Spe. de appel. §. in quibus. versicul. xvij. & versiculo sequenti. ¶ Vltimò
5 c † quæro,[c] circa hanc. l. vtrùm sentẽtia corporalis possit mandari executioni intra decem dies, qui dãtur ad appellandũ: videtur, ꝙ non. §. nihil noua. ap. pen. l. j. circa princ. & ibi no. in gl. ¶ In contrarium videtur hic tex. qui dicit statim. & gloss. dicit hoc, super verbo perdunt. Et pro hoc videtur expressum in l. addictos. C. de episcopali audien. per quas. ll. hoc tenet Guli. de cug. non obst. l. j. j. nihil no. ap. pẽ. quia ibi loquitur in ciuilibus. Ratio diuersitatis est secundùm eũ: quia in criminalib[9] põt quilibet appellare pro eo: vt. l. non tantùm. j. de appella. Quod in ciuilibus non est, in quibus non potest appellare, nisi tãtum ille cuius interest: vt. l. à sententia. j. de appella. Spec. videtur tenere contrarium in ti. de execu. senten. §. videndum. versicu. porro. ¶ Breuiter debetis scire, quod quædam est executio, quæ fit à iure: vt ꝙ efficiatur seruus, vel infamis, & similia: & tunc talis executio fit statim lata sentẽtia: vt hîc: & l. quod ad statum. §. eo. & l. furti. in principio, suprà de his, qui not. infam. Quædam executio, quæ debet fieri ab homine: & ista vt puto, debet differri post decẽ dies: vt. d. l. j. & quod ibi not. j. nihil no. appel. pend. Non ob. l. addictos. quia ibi fiebat executio ante: &
d malè faciebat iudex, qui hoc faciebat. Vel fortè renũtiauerat appellationi:[d] ideò permittitur alijs appellare. Et hoc videtur sentire glo. quòd solùm executio iuris fiat intra decem dies. & hoc putarem verius de iure: sed de consuetudine seruatur contrarium: quia illi decem dies non expectantur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia refertur ad libellum.*
Lex mitior in dubio uidetur intentata.
2 *Libellus incertus ex circunstantijs non declaratis, ꝙ procedat in criminalibus: quia poterit in processu declarari.*
Libellus, accuso te, ꝙ percussisti me cum ense: procedit, licet nõ dicatur in qua parte corporis: uel cum sanguine.
3 *Damnatus. l. Iul. de ui priuata, infamatur.*

d ¶ Renuntiauerat appellationi. Istud dictum reputatur multum no. ad limitationem gl. no. in l. pactum. §. de pact. & dic vt dixi in l. non tantùm. de appel. per Bar. in l. custodias. §. de publi. iu.

e ¶ Si præses. not. tamen ad hanc. l. quòd in enormibus, iudex debet vti seueritate, non grauitate. l. diuus. ibi seuerè vindices. §. de re iudi. ita dicit Bal. in l. e i quæ. in fi. C. de condi. inde. tex. in l. respiciendum. §. j. §. eo. Bar. in l. Pedius. §. de incen. rui. naufra.

f ¶ Intelligitur mitior. Adde Inno. in c. dilectus. in verb. iustitia. de or. cog. vbi vide.

LEX XXXII.

c
1 SI præses.[c] ¶ † Not. ꝙ sentẽtia refert̃ ad libellũ. ¶ Secundò not. quòd in dubio videtur intentata lex mitior: vt hic. ¶ Oppo. dicitur hic, si præses ita interlocutus. &c. Cõtra ex interlocutoria quis non infamatur: vt. l. verbum. & l. interlocutio. C. de his qui not. infa. Solut. quod hîc dicitur, interlocutus est, intellige diffinitiuè. ad hoc. C. de senten. l. post sñiam. ¶ Contra hoc extra gl. opp. primò, ꝑut loquit̃ in interdicto, ista sentẽtia nõ potest dici diffinitiua: qa cõtinet incertũ. Non enim dicit circa quã rem, vis sit cõmissa: & ideò nõ declarat̃, quid veniat in restitutione. ergo sententia nulla: vt. C. de sent. quæ sine cer. quanti. per totum. Sol. debes intelligere, ꝙ hîc dicatur, vim fecisti. scilicet vim obiectã in libello: & sic per relationem ad libellum: vt. l. ait prætor. §. j. §. de re iudi. & quod ibi plenè dixi. ¶ Itẽ oppo. ad idem, prout hæc sententia refertur ad accusationem criminalem. Nam vis quædam est licita: quędã illicita: vt probatur in l. creditores. C. de pign. ergo si iudex pronunciat, vim fecisti. nõ sequitur, ergo es puniendus: vt. l. j. §. j. §. ad Turpillia. & ibi dixi. Respon. eodem modo, ꝙ hîc dicitur vim fecisti. s. obiectam in libello: ita quòd ad illam se retulit, vel expressè, vel ex præsumptione istius. l. ¶ Vltimò op. & videtur, quòd ista. l. in fi. sui malè dicat. vbi dicit, vtriusꝗ crimina obiecta sunt. Contra in l. senatus. §. §. de accu. vbi dicitur, ꝙ quis nõ potest accusari diuersis legibus. Solu. quòd hîc dicitur vtriusꝗ. l. crimina sunt obiecta. i. crimẽ, qđ potest vtraꝗ. l. puniri. secundũ diuersas circunstãtias: vt si fuisti accusat[9] ꝙ aliquẽ deiecisti, inferẽdo sibi violentiã: nec dixit cũ armis, vel sine armis. & sic potest vtraꝗ. l. cõprehendi. secundũ diuersas qualitates: tũc intelligit̃ mi-
f tior[f]. ita loquit̃ hîc. ¶ Ex quo no. † ꝙ in criminalib[9]
2 procedit libellus, per circũstãtias nõ declaratus[g]. &
g poterit posteà in processu declarari. Sed si nõ declaret̃, mitior intelliget̃: vt hic. Sed si omitteret̃ aliquid de substãtialibus, quæ requirunt̃ in libello: vt. l. libellorũ. §. de acc. tũc libellus nõ procederet: vt vidistis in l. libellorũ. §. ꝙ si libelli. Ex hoc apparet, ꝙ ꝓce-
h dit talis libellus:[h] accuso te, ꝙ percussisti me cũ ense: etiam si dico, in qua parte corporis: & etiã si non ex primo cum sanguinis effusione, vel sine. ¶ Vltimò.
3 Hugo dicit per hanc † legem, ꝙ damnatus. l. Iu. de vi priuata, non infamatur: sed malè dicit, & reprehenditur hic in glo. vt plenè apparet in gl.

SVMMARIVM.

1 *Pœna, quæ imponitur ad tẽpus, post tẽpus uidetur remitti.*
2 *Legis, & edicti uerbis seruire debemus.*

LEX XXXIII.

i
1 FRatres.[i] ¶ No. tex. ibi. quia temporalia &c. No. ex hac. † l. quòd pœna, quæ imponitur ad tempus: post tempus videt̃ remitti: vt hic & in l. Imperator. §. de postu. ¶ Secundò no. † tex. ibi dum
2 dicit. ratio iuris, & verba constitutionis. Ex quo no. quòd debemus stare verbis legis, & verbis edicti: vt hîc. & l. j. §. si is qui nauem. de exer. & l. prospexit. qui & à qui. §. & l. quod constitutũ. §. de mili. test. & l. constitutionibus. infrà ad municipa. quod facit ad statuta.

LEX XXXIIII.

f SEruus. EOS. ¶ Ad euidentiam scias, ꝙ delator, qui non perficit delationem, punitur: vt deferre. j. de iure fis.

g ¶ Non declaratus. Adde ꝙ in ciuilibus procedit: vt in l. j. §. si quis argent. depositi, & quod ibi no.

h ¶ Procedit talis libellus. Et quòd posteà possit declarari in ꝓcessu: adde in fin Bart. in l. prima. in iij. colũ. j. de appella. Adde Bal. in l. edita. in xx. col. C. de edendo. & allegat Bartol. hic. & in j. consi. & adde qđ habet̃, in l. in delictis. §. si detracta. de noxa. vide text. in l. iij. §. cognoscit. de offic. præfec. vigi. de interlocutoria.

i ¶ Fratres. Iste tex. allegatur pro decisione cuiusdã no. q. per Bald. in rubri. de condi. ob tur. cau. in fi. videlicet, ꝙ si quis erat bannitus tempore quo impulsabatur ad aliquod officiũ & tẽpore, quo extrahitur, est bannitus: quòd tamẽ repellatur. vide in simili Paulum de leaza. in q. incipi. in scrutinio. Item alleg. Bald. in auth. sed omnino. & ibi no. C. ne vxor pro mari. Quid si tempore, quo fuerant cõcesse repręsalię ciuib[9] huius loci, erat bãnitus: licet rebanniatur, non vtitur priuilegio repręsaliarum. qđ no. Facit etiam, ꝙ si statutũ dicit, ꝙ instrumenta notariorum matricilatorum habeant exceptionem: tempore rogationis, quis erat matriculatus, tempore iudicij, nõ: de quo per Baldum in lege secunda. in ij. colũ. de excep. rei iudicat. Prædictis maximè primę. q Adde Bartolum in l. vsusfructus. in fine, de stipula. seruorum. vbi nota. quando sit inseruiendum legis verbis. de quo latè in l. non dubium. C. de legi. & Bart. in l. omnes populi. in ij. q. principali. de institu. & in l. si constante. in ix. quæst. prin. sol. matri. per Bar. in l. cõtra. de legi.

LEX XXXVI.

i IN metallum. Vidiſtis.ſ.eod.l.qui vlti.

LEX XXXVII.

IN dardanarios. ¶ Vidiſtis.ſ.in.l.annonam.ſ.de extraordi.crimi.

LEX XXXVIII.

SI quis aliquid. ¶ Oppon. & ſolue, vt in glo.

a Authores. a¶ De hoc vidiſtis.ſ.eo.l.Capitalium.§.ſolent.

Qui abortionis. ¶ De hoc dic,vt ſ.de ſica.l.iij.§.ſed ex Senatuſconſul.

b Teſtamentum. b¶ Dic de hoc,vt l.ſi qs legatū.de fal.

Inſtrumenta. ¶ No.cōtra aduocatos,& notarios: qui inſtrumenta eis producta,& exhibita,dant alijs.

c Miles. c¶ Not.ꝙ ille,qui percutit ſeipſum venit puniendus.ſic.j.de re mili.l.omne delictum.§.qui ſe.

SVMMARIVM.

1 *Grauius punitur,quod fit per pecuniam,quàm quod fit ſine pecunia.*

LEX XXXIX.

1 CIcero. ¶ Not.ꝙ grauius punitur, quod fit per pecuniā,†quā quod fit ſine pecunia. Quod facit contra

d aſſaſinos, dqui occidunt aliquē propter pecuniam. de quo dicam in.l.non ſolùm.§.ſi mandato.&.§.proculus.ſ.de iniur. De materia huius legis,qualiter puniatur ille,qui facit aliquem abortiri: vidiſtis in.l.diuus.ſ.de extraordi.crimi.

LEX XL.

e MEtrodorum. e¶ Not. hanc.l. contra eos. qui receptant exbannitos. de quo vidiſtis in.l.ij.de recepta.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ſpecialis,ſi reperitur appoſita ſuper crimine,& etiā pœna generalis: quando illa generalis trahatur ad ſpecificata?*

2 *Ratio diuerſitatis,an pœna ſpecialis,& generalis imponitur eadem.l.aut diuerſis.*

3 *Statutis duobus extantibus,quorum uno dicitur,quòd teſtis poßit de falſo accuſari intra menſem: alio,quòd de falſitate poßit intra decem annos accuſari: teſtis non poteſt poſt menſem accuſari.*

4 *Statuto dictante,quòd pro delicto facto de nocte pœna duplicetur. Item in platæa. Item in feſto: ſi delictum committitur de nocte in platæa,& in feſto qualiter duplicabitur pœna.& nu.2.*

Prædicto ſtatuto,& facto ſtante,ſimplū duplicabitur.n.5.

6 *Duplo ineſt ſimplum,niſi aliter appareat.*

7 *Statuto ſtante,quòd ſi nobilis offendat popularem,puniatur pœna quadrupli eius,in quo puniretur popularis, & nobilis offendat populares de nocte in platæa,& in feſto,qualiter punietur?*

8 *Statutum de publicatione pœnarum,an habeat locum in pœnis non limitatis,ſed quæ imponuntur arbitrio iudicis.*

9 *Statutum prædictum quòd habeat ſolùm locum in pœnis exiſtentibus in quantitate,non in ſpecie.*

LEX XLI.

f SAnctio legum. ¶ fHęc eſt.l.mꝑ tum notabilis.gl.intelligit hanc.l.ſi multæ ſunt pœnę limitatę à iure in delictis. Eſt etiā in iure quædā clauſula generalis,quæ dicit, ꝙ vbi pœna nō reperitur limitata,imponitur arbitrio iudicis: vt.l.ij.ſ.de cri.ſtel. certè iſta clauſula nō porrigitur ad ſpecificata. ¶ Ad iſtam lect.op.quia ſecūdùm hūc caſum gl.illa clauſula generalis nō imponit certā pœnā,ſed arbitrio iudicis. Sed text. hîc dicit certā pœnā irrogat.ergo mala eſt poſitio caſus gl.Rñdeo,imò eſt certa: qa illa vr̄ expſſa,quā iudex declarabit.ar.ad hoc.l.vnū ex familia.circa princ.ſ.de lega.ij.&.l.aſſe toto,ſ.de hære.inſti.quod not.& l.inſtitutio.ſ.de cōdi.inſti.qđ no. ¶ Secūdò ad hāc l.oppo.quia in fi.hîc dicitur eadē.l.ſecundum hanc poſitionem caſus.diuerſæ ſunt.ll.quæ loquuntur generaliter,vel ſpecialiter. Huius contrarij timore dicit gl.eadem.l.ſcilicet in genere, non eadē in ſpecie. Iſta le.potſſe ſatis ſuſtineri,tamen facit magnam violentiam literæ: & ideò Dyn.intelligit hanc.l.alio modo ponendo caſum ſic. Pone, ꝙ aliqua lex, vel ſtatutum plura capitula habet, in quibus eſt impoſita certa pœna.poſteà in fine eſt appoſita clauſula generalis? certè illa non porrigitur ad ſpecificata.ita intelligit Dynus hanc.l.quod mihi plus placet. ¶ Tag men ad hanc lecturam oppo.de.l.j.§.j.g.ſ. de oper. noui nun.&.l.j.§.dixerit aliquis.ſ. de publi. Solut. Quandoq; pœna ſpecialis,& pœna generalis imponuntur eadem lege,ſeu eadē conſtitutione habente plura capitula: tunc clauſula generalis, non refertur ad ſpecificata.caſus eſt hic. Quādoq; imponit̄ in diuerſis legibus,& conſtitutionibus pœna generalis, & ſpecialis: tunc vtraq;.l.locū habet. Ita loquūtur cōtraria. Plus quidā dicunt.ſ. ꝙ vtraq; pœna habet locū quo ad originē, & quo ad executionem. hoc ipſi probant per.l.iubemus.de ſacroſan.eccle.C. cōiuncta.l.non dubiū.C.de legi. Nam in.l.nō dubiū.pœna imponit̄ generalis annullationis cōtractus facti contra.l.in.l.iubemus.imponitur ſpecialis pœna alienationis cōtra legē. & tn̄ vtraq; pœna habet locū, etiā quo ad executionē. Horū opi.refert Cy.C.de ſepul.vio.l.q ſepulchra. Iſta opi.videt̄ cōtra caſum.l.ſenatus.ſ.de accu.ſecundū vnā lect.prout loquit̄ de homicidio & parricidio: & tamen ex vna tantū.l.debet fieri executio: vt ibi dicitur. Et ideò Ray.de forli. in quadā ſua diſputatione,dixit vnū bonū verbū: quòd ſi quidē pœna generalis imponit̄ per legē, & ſpecialis per hominē: tunc vtraq; concurrit, etiam quo ad executionē: vt.d.l.non dubiū.coniūcta.l.iubemus. Sed quando vtraq; pœna venit imponenda per hominem: tunc quo ad originē habet locum, non quo ad executionem: vt.l.prætor edixit.§.j.ſ.de iniu.&

1 l.ſenatus.ſ.de accu.cum ſimi. ¶ Et ideò † ex prædictis habes recolligere quatuor verba, quando ſuper

h eodem reperitur pœnah ſpecialis, & pœna generalis: tunc ſi quidē pœna generalis eſt incerta, & arbitraria, nō refert̄ ad ſpecificata, ſiue in eadem lege, ſiue in diuerſis: vt hîc ſecundū lectu.glo. Si verò vtraq; pœna eſt certa: tūc aut vtraq; pœna eſt in eadē conſtitutione: & generalis nō refertur ad ſpecificata: vt hîc,ſecundum lect.Dy. Aut imponitur diuerſis legibus: & tūc aut vna infertur à lege, & alia ab homine,& vtraq; habet locū etiam quo ad executionem, aut vtraq; ab homine: & tunc non habet locum quo ad executionem: ſed quo ad originem ſic: vt ex præ

2 dictis patet. ¶ † Quæro, quæ ſit ratio diuerſitatis, vtrum iſtæ pœnæ imponātur in eadem.l.aut in diuerſis legibus, vel conſtitutionibus? Reſpondeo ratio ponitur hic in fine.ibi,nec ſanè eſt veriſimile delictum vnum &c. Quod declara: quia licet vna lex habeat plura capitula,tamē vnū ius eſt accuſandi ex omnibus capitulis. Nec enim quot capitula habet: tot accuſationes,ſeu tot iura accuſandi naſcuntur. Vna enim eſt accuſatio.l.Cor.de fal.vel de ſicarijs.licet habeat plura capitula. & ſic de ſingulis: vt patet. ſ. de publi.iudi.l.j.& inſti. de pub.iudi.per totū. Et ideò eadem accuſatio,ſeu idem ius accuſandi, non debet habere ita varias,& ita contrarias naturas,circa idem delictū.& ita loquitur hîc. Sed quando ex diuerſis legibus imponuntur: tunc ſunt diuerſæ accuſationes,& & diuerſa iura accuſandi: ideò poſſunt ſe in plus & minus habere. ¶ Circa hoc quæro, duo ſunt hîc ſtatuta: vnum, ꝙ teſtis poſsit de falſo teſtimonio accuſari intra menſem tantū: aliud eſt ſtatutum, ꝙ quis poſsit accuſari de falſitate intra decem annos.

3 ¶ † Quæro vtrumi ex vigore illius ſtatuti genera-

i lis vltimi, quis poſsit de falſo teſtimonio accuſari poſt menſem? & videtur ꝙ ſic: quia cū iſtæ ſint diuerſæ leges, iudex poteſt eligere quam vult, generalem vel ſpecialem: vt dictum eſt. Cōtrarium determinaui: quia prædicta ſunt vera, quando.ll.generales, & ſpeciales ponunt diuerſas accuſationes, ſeu diuerſa iura accuſandi. Sed ſi hoc non faciūt,ſed circa vnum & idem

a ¶ Authores. Adde quod no.Bart. ad iſtū.§.in.l.conſti.j.de appel.

b ¶ Teſtamentum. no.cōtra notarios ſecundùm Bal.in l.fi.in.viij.col. C. de eden.& in.l.fi. de pœn.iudic.qui mal.in.j. col.adde tex.& ibi Bart.in l.j.§.is q.ſ.de fal. & hunc tex.alleg. glo.in.l.ſi quis teſtamētum.ſed & ſi quis.ſ.ad legem Aquil.

c ¶ Miles. Et de hoc dixi in.l.j.de bon.eorum.& in ij.C.de his,qui ſibi mor.conſci. & hoc eſt verū,etiā in bannito,qui poteſt ab alijs offendi ſecundùm Bal. in.l.j.in pe.col.de ſer.fugi.

d ¶ Contra aſſaſinos.not.de aſſaſinis,& alijs,qui faciunt aliquid per pecuniā.vide quę dixi in.l.iij.§.trāſfugas.de ſicar. & Bar.in.d.l.non ſolùm.§ ſi manda.ſ.de iniur.& Bal.in l.nō ideò.in prin. de accuſat.& vide quæ habentur in l.ij.§.final.ſ.de eo per quem factum erit.

e ¶ Metrodorum. Hūc tex.all.Ro. in nota.ſuo.

f ¶ Sanctio legum. not.paria eſſe aliquid eſſe certū,& certificandū. Idē habetur in.l.certi condictio.ff.ſi certum pet.vbi certi cōdictio datur ad certum,vel certificandum.

g ¶ Oppo.de.l.j.§. j.an clauſula generalis trahatur ad ſpecificata. vide quod ſecus eſt in vltimis voluntatibus: vt in.l.libertis,quos.de ali.& cibar.legat.& ibi Barto.& in.l.doli clauſula. de verb. oblig. De hac materia vide bonum text.in.l.quoties. de actio.& oblig. & vide per Bart. in.d.l.j.de ſepul. vio.& per Cy.& Bal.Ang.& Sali. in.l.qui ſepulchra de ſepul.violato. Facit tex.in.l.eū. ſ.de fur.& p Bal. in.l.qd ergo.§.pœna grauior. de infa.per Specu.titu. de accu.circa princi.& vide dominū meum, videlicet Ange.de Areti.in tract.ſuo malefic. in ver. caput à ſpatulis amputetur. vide Bar.in.l.ſenatus.de acc.& in.l. j.§.j.in.iij.colū.de ope.no.nun. & in l. doli clauſula. de verbo.oblig.& in l.j.ſ.vi bono.rapt. & adde Bal.in.l. ſi eccleſiæ venerabilis.de epiſ.& cler. Sed quid ſi per legem impoſita eſt certa pœna ſpecialis, & per ſtatutum imponitur pœna ſpecialis? dic quòd ſtatur pœnæ ſtatuti. Quid ſi ſtatutum imponeret pœnā perpetuā banni ꝓ vulnere: aliud ſtatutum dicit, quòd pro vulnere facto in palatio puniat̄ pœna centū: quis vulnerauit aliquē in platęa: an debeat vtraq; pœna puniri. habeo diſputationem.d. Gui. de ſuza. in quæſt. inci. pœna, de facto quidā fecit inſultum.& quando per diuerſas leges imponit̄ diuerſa, vide per. d. Io. in l.ij.in.j.char.de publi.iud.& omnino Bal.in.l.data opera.in.iij.co.C. qui accu.& in.l.qui ſepulchra.de ſepul. viola.

h ¶ Reperitur pœna. quādo vna ꝓuiſio ſpecialis, deroget alteri minꝰ ſpeciali,& quomodo cognoſcatur: vide Bar.in.l. hac cōſultiſsima.in.j.co. C.qui teſta.facere poſſunt.in princ,

i ¶ Quæro vtrum. Adde quæ dixi in l.ij.in princi.ſ. de ver.ob. poſt Bar.

in.l. quæsitum. §. pen. de fundo instructo. & qđ ibi dixi seqtur Petr. de An. in. c. canonũ statuta. versic. circa hãc cõtrarietatẽ statuti. in versi. quoqꝫ. Quid si aliquẽ percussi in platea de nocte. not. quia si statutũ dicit, ꝙ pœna falsi, duplicetur, si cõmissum fuerit in palatio: & aliqs obrepserit ꝑ falsum iudicium in palatio, an puniat̃ pœna falsi? dic quòd nõ: qa debet intelligi de tali falso, qđ posset cõmitti in palatio, & extra: sed hoc poterit committi extra. ergo &c. Ita consuluit not. Barto. in consi li. Tudertinus quidã. & ibi vide ad nota. per Bartolum hic, an statutum de duplicatione pœnæ inducat necessariã accusationẽ. Adde Barto. in. l. aut facta. §. locus. s. eodem. & de duplicatiõe pœnarũ, vide Baldum in. l. cõtra negantem. ad. l. aqliã. & ibi, quòd duplum nõ simplum esset duplicandũ. & istis adde Bartol. in. l. prima. circa finẽ. s. si fami. furt. fecis. dic. & in. l. Meuius. §. duobus. de leg. ij. & Ang. hic, & Bartol. in l. aut facta. §. j. s. eodem. & in. l. vulgaris. de furtis. & Bartol. in. l. fideicommissi. §. inter dũ. ff. de lega. iij. & Bald. in. l. prima. C. de senten. quę pro eo, quod interest, in vltima col. in versi. restat quærere super. l. interpretatio. in princip.

a ¶ Sed quæro. Adde, quæ dixi post Bar. i. l. hæc actio. s. de calum. & adde Bar. in. l. interpretatione. j. e. & adde doct. in hac materia. secũdùm Bald. in cap. j. §. si duo. de pace tenẽ. quando ex legis dispositione peti

& idem iùs accusandi disponunt: tunc clausula generalis non refertur ad specificata: quia esset iniquum: vt vna, & eadem accusatio, seu ius accusandi esset annale, & perpetuum. Et hoc vult text. hic. Vnde ad hoc debet respicere, vtrum illæ leges diuersæ inducãt diuersum ius accusandi: an circa idem disponãt. hæc est veritas.

4 ¶ † Vltimò quæro, per ciuitates Italiæ sunt plura statuta, quæ inducunt duplicationem pœnarum: vt puta si quis percusserit in platæa, vel de nocte, pœnæ duplicentur. Item si in festo, vel in die fori: pœnæ duplicentur. Quæro, quid si aliquẽ percussi in platæa de nocte, die festo: an ex qualibet qualitate fiat duplicatio? hic videtur casus, quòd non. Nam vt dixi vobis in. l. denuntiasse. §. quid tamen. s. de adulte. ista statuta, quæ inducunt duplicationem, non inducunt nouam accusationem: sed qualificant primam. Modò eadem accusatio non debet quem punire diuersis æstimationibus. & diuersis respectibus. casus est hic: ibi: nec sanè &c. In contrarium videtur casus supra. e. l. aut facta. vbi dicit, in quolibet delicto veniunt consideranda septẽ: ergo omnes istæ qualitates considerantur. Quid dicemus? dicunt quidam qui disputauerunt hanc quęstionẽ ꝙ non debet duplicari pluries: quia senatus censuit, ne quis ad idẽ crimen pluribus legibus fiat reus: vt. d. l. senatus. Sed certè ista. l. senatus. nihil facit ad propositũ: quia hic nõ punit̃ diuersis legibus: sed vna, in qua habetur respectus ad diuersas qualitates. ¶ Dicamus ergo sic. Quãdoqꝫ per istas qualitates pœnæ augẽtur, nõ tamẽ per nomina multiplicatiua: vt dupli, tripli, quadrupli: tũc omnes istæ qualitates cõsiderãtur: vt. d. l. aut facta. Quandoqꝫ pœnæ multiplicantur per ista nomina multiplicatiua. & tunc licet de iure debeat haberi respectus omnium: vt. d. l. aut facta. tamẽ nõnulla potest fieri duplicatio, quę excedat quadruplum: vt insti. de act. §. omnes. vnde vsqꝫ ad quadruplum poterit multiplicari, non vltra. Nec ob. hęc. l. quę dicit, ꝙ eadẽ. l. non debet qs puniri varijs æstimationibus. qa cõcedo, varijs æstimatiõibus. s. eosdẽ respectu: licet diuersis respectibus, & diuersis qualitatibꝰ cõcurrẽtibus bñ potest variè puniri. & nihil est qđ repugnet: vt. d. l. aut facta. & de hoc dixi. in. l. fideicõmissa. §. si quis decem. s. de lega. iij. Itẽ non ob. si dicas, ꝙ tex. insti. de act. §. omnes. loquitur, qñ pœna per ista nomina multiplicatiua imponitur: quia ibi loquit̃ ciuilter: qõ nostra, qñ criminaliter. Nã non recordor aliqua l. istã pœnã criminaliter imponi. vnde illarũ legũ ar. hoc dico ratiõe idẽtitatis rõnis: vt. l. oẽm. & l. tã ex cõtractibus. s. de iudi. Prætereà, cũ statutum sit quædam ciuiũ cõuentio, vt. l. j. s. de leg. & pœna cõuentionalis nõ possit excedere quadruplum: ergo &c. vnde statutum simpliciter loquens, trahitur ad ius cõmune, vt quadruplum non excedat. arg. j. de mune. & ho. l. j. §. j. & C. de noxa. l. ij.

5 ¶ Sed quæro † iuxta prędicta, quid duplicatur? Respondeo, illud quod erat simplandũ: vt. s. quod me. causa. l. si cum exceptione. §. j. & §. quadruplatur. & §. Iulianus.

6 ¶ Sed quæro, † a an in dubio insit simplum? Respondeo, in dubio sic, nisi aliud appareat: vt. l. hoc edicto. §. j. s. de public. vnde in quæstione prædicta aliquis deliquit de nocte, in platæa, in die festo &c. si ponis, ꝙ simplum sit centum: quia de nocte erunt ducenta: quia in platæa erunt trecenta: quia in die festo erunt. cccc. & si esset alia qualitas posset ascendere ad quingenta. Quod enim dixi, ꝙ posset ascẽdere ad quadruplũ ad plus. intellige illud quadruplũ vltra simplum: vt patet in actione furti manifesti. ¶ Sed contra prædicta videtur. d. l. si cum exceptione. §. quadruplatur. vbi dicitur, ꝙ debet quadruplari simplum cum omni sua cã: sic ergo hîc eadem ratio videtur: vt sit simplum centum propter noctẽ. cc. propter locum: quia in platea. cccc. hoc est, vt duplicetur illud simplũ, cũ illa sua causa. s. nocti s. & sic de alijs qualitatibus. Respondeo, omnes istæ qualitates insunt eodem instanti temporis ipsi maleficio: & si bene respicis illa qualitas loci, cùm incipit inesse, non reperit maleficium commissum cũ illa qualitate noctis, vel alia: sed reperit ipsum in actu committẽdi. Nã eodẽ tempore istæ qualitates accidũt, vt dictum est. ¶ Hoc præmisso debes scire, quòd illæ qualitates, quæ habent duplare, nõ possunt operari suum effectum: nisi in eo, quod reperit duplandum. arg. s. de condi. & demon. l. in testamento ita quidam. & de leg. j. l. quidam testamento. §. si tibi. Sed istæ qualitates non reperiuntur, nisi maleficiũ simplex: vt est ostensum. ergo illius pœnam simplicem duplicant: & non vltra. Nec sufficit, si illas qualitates reperit in fieri: imò oportet, ꝙ eas reperiat in facto esse secundùm propriã significationẽ: vt. s. de iuris. om. iu. l. si quis id quod. §. ꝙ si dum proponitur. Prætereà, aut dices, ꝙ qualitas loci duplicat delicti pœnam cum qualitate temporis. & tũc eadem ratione tempus duplicabit propter locũ: cũ vtraqꝫ eodem tempore concurrat: & sic esset repugnãtia, & perplexitas: vt. l. si Titius. s. de conditio. institut. Prætereà, non est dubium, ꝙ prima qualitas solùm inducat duplicationem simpli: sed hîc quęlibet istarum qualitatum est prima: cum eodem tẽpore concurrant: vt dictum est. ergo quodlibet simplum duplicat: vt. l. qui duos. in prin. s. de re. dub. Prætereà, hîc constat saltem, ꝙ nulla istarum qualitatum est posterior altera: ergo nulla inducit duplicationem respectu alterius: vt. l. eũ, qui nouissimus. s. ad Trebel. Facit quod no. in. l. eum actum. s. de nego. gest. in fin. per gloss. sed si poneremus, ꝙ esset quædam qualitas, quæ inesset ipsi maleficio post eum perfectum cum omnibus qualitatibus suis: tunc duplicaretur cum omni sua causa, etiã si excederet quadruplum: vt. j. tangã. Exemplũ: dicit statutũ, quod cõtra negantem pœna duplicetur. vel negatur in quadruplo: certè istud negare venit post maleficium perfectũ cũ omni sua causa: ideò duplicatur illud totũ tãqꝫ illud sit simplum: vt. d. §. quadruplatur. Sed poteris dicere, ergo nec ipsa pœna maleficij simplicis duplicatur, quia ipsum maleficiũ cum ipsa qualitate inesse producitur. Sed respondeo: sicut ignis præcedit calorem quodam ordine naturæ: licet nõ ordine temporis: & sicut obligatio præcedit actionem: vt. l. licet. §. ea obligatio. s. de procurato. quòd est quodam ordine naturæ, seu intellectus: ita maleficium præcedit in natura, & intellectu omnes suas qualitates. Vnde puto, ꝙ si ex verbis apparet, quod aliquo ordine intellectus vna qualitas præcederet aliam: licet in instanti temporis producerentur in esse: tamen tunc vltima qualitas duplicaret pœnam maleficij cũ omnibus illis qualitatibus, quæ in intellectu procedunt: vt ostendam inferius.

7 ¶ Quæro ergo: † pone, dicit statutum huius ciuitatis, quòd si nobilis offenderet popularem, puniatur quadruplici pœna eius, qua puniretur popularis offendẽs popularem. Contingit quòd nobilis offendit popularem de nocte in platæa, & die festo. quæritur, quę sit pœna eius, posito, ꝙ illius offensæ simplicis eẽt pœna centum. Respondeo, tota pœna quæ imponeretur priuato habita ratione omnium illarũ qualitatum est simplum: & illud totum quadruplicabitur. & sic multum poterit ascẽdere. Hoc probo. pone ex significatione verborum, ꝙ habet respectum ad pœnã, quæ imponeretur populari: ꝙ debet intelligi cum omnibus suis qualitatibus. casus videtur. s. si fa. fur. fe. di. l. j. in fin. & l. ij. cum sua gloss. Nam illo edicto sufficit, præstare quantum præstaret: licet hõ, si hoc fecisset: vt. l. j. illius titu. & hoc intelligitur cum omnibus qualitatibus suis: hoc est, pro furto manifesto quadruplum, pro alio duplum. Pro hoc s. de parrici. l. vtrum. vbi pręstans opem tenetur pœna, qua tenetur principalis cum omnibus suis qualitatibus. Prætereà. regula est, quando vna relatio fit ad aliquid, refertur ad illud cum omnibus suis qualitatibus: vt. s. de ali. & cib. le. l. à filio. §. testator. Et intelligo de qualitate circa tempus, circa locũ, & circa modum, & alia similia: vt ibi patet. Prætereà, hoc esse verum apparebit, respõdendo multis, quæ possent dici in contrarium: in quibus determinabo multas quæstiones ad hoc pertinentes. Non obst. quod dictum est. s. videlicet, ꝙ pœna simplicis maleficij duplicatur: quia illud est verum, quando statutũ simpliciter loquitur per hæc verba, pœnæ maleficiorũ duplicẽtur. vel pœnæ duplicẽtur. & simi-

tur principale vna cũ pœna, & ex eadẽ lege & ex eadem actione: tunc in pœna continuetur sors. secus si ex diuersis causis. Primũ probatur in. l. hoc edicto. hîc allegato. Secũdum probatur in l. si pro fure. de cõdictio furti. quæ doctrina est quando sors consistit in specie, & pœna in quantitate: quia nõ grauatur obligatio q̃titatis per obligationem speciei. s. quod met. caus. l. si cum exceptione. §. ꝙ si homo. licet ille tex. posset induci in contrariũ: sed dic, vt per Bal. in d. c. j. Et adde glo. not. quam ibi ipse alleg. & prædicta no. in pœnis, quæ imponuntur per nomina multiplicatiua: sed quãdo imponuntur à lege ꝑ nomina simplicia, nuncꝫ inest simplũ. C. de sent. quæ pro eo. l. j. in fi. & ibi not. & facit insti. de acti. §. tripli. & arg. ff. de verb. ob. l. stipulatio ista. §. alteri. & quod no. C. de ser. fugiti. in. l. pe. per Bal. & vide Bal. in l. contra negantẽ. ad. l. Aquili. & in l. hæredem. §. sed in specie. de calũniatori. & in. l. si cum exceptione. §. si quis non restituat. quod metus caus. Et adde, ꝙ si est incertum simplum, est incertũ quod multiplicatur à simplo. Ita Bal. in. l. arbitrio. s. qui satisda. cog. & vide Bal. in. l. si cum exceptione. §. j. quod me. cau. Bar. j. eo. in pe. q. & adde tex. & ibi Bal. post Bar. in. l. j. in. j. col. de spõ. ADDE quę cõsuluit Bal. consil. cclxix. ij. lib.

a ¶ Imperator. No. gl. in. l. fi. ff. de iniur. & adde domi. Anto. & Bart. Flo. in c. ex literis. de consti.

b ¶ Sententia diffinitiua. Dic ergo, quòd sententia diffinitiua est quæ perpetuò durat: vt condemnatoria. l. j. & ibi nota. C. de postu. Aut est interlocutoria: & tunc aut fertur ratione contumaciæ, & non delicti: & tunc eatenus durat, quatenus contumacia purgatur. c. ex literis. de constitutionibus. l. prima. §. si frater. ff. de colla. bonorum. No. Archi. in c. lapsis. lx. distin. & Bart. in. l. si hi, qui adulterum. C. de adul. In alia interlocutoria dicit Bald. in l. puto. §. j. ff. de postulan. ꝙ non durat in tempus successoris. quod intelligit glo. ibi: quando lata est sine causę cognitione: secus si causa cognita, & via ordinaria. Vide qđ habetur in capitulo cum bonæ. de ętate, & qualitate. & ibi Innocen. dicit, ꝙ suspensio facta ad tempus, finit ipso iure post tempus, sed si est facta vsque quo satisfeceris: tunc nō finitur ipso iure post satisfactionē: sed finietur lata sententia super ea. Et ratio est: qa multa contingere possunt, propter quæ negaretur satisfactio. & alle. d. l. puto. §. j. de quo per Inno. in. c. sicut. aliâs ad fin. de cohabitatione cleric. & mulierum. qui allegat ista iura. vide Innocentium in dicto ca. cùm bonæ. Sed an legatus de latere possit legitimare quem inhabilem perpetuò, ad obtinendū beneficium ecclesiasticum? Guli. Duran. tenet in titul. de legato. §. super est videre. versic. sed nūquid. quòd non. per ista iura. Adde Barto. in. l. v. in principio. de verbo. obligatio. & in. l. prima. in prin. ff. de bonorū possessio. titul. generali. & quod notant Canonistę in capitu. quoniam. in principio. vt lit. non contesta. Et adde quòd statuta, & omnes leges conditæ à magistratu, dicuntur Ius prætorium: & etiam constitutio Episcopi, dicitur Ius prætoriū. Et propterea si est pœnalis, nō potest exigi post annū vtilē. insti. de perpe. & temporali actio. in principi. quod tene mēti. Hoc dicit Baldus in aliquibus lectur. & in. l. ij. §. nouissimè. ff. de origine iuris. dicit se audiuisse à Bartolo viua voce. & adde quòd Cynus in. d. l. prima. suprà quod quisque iuris. in. iij. quæstione. dicit, quòd si magistratus aliquis statuerit statuendo, non dico per modum interlocutorię: quòd dictum statutum erit perpetuum, sicut & sententia diffinitiua lata cum causæ cognitione: scilicet officialis talis. allegat ad hoc capitulum finale. de offici. legati. l. gesta. C. de re iudica. & vide nota. in. d. l. j. de postu. vnde dixit alibi Federic. de senis de statuto capituli facto sede vacante. Nam licet iurisdictio eius sit temporalis & breuis, statutū tamen facere potest & durabit perpetuò. ad hoc vide Petrum de Ancha. in ca. primo. ne sede vacāte. in sexto. & dum Bartol. hîc dicit, hoc not. simpliciter interdixit vti arte sua: vide latè domi. Anto. & domi. Floria. in capitulo ex literis. de constituti. bene facit quod notat. per Bartolum in. l. fundi. de acquirenda possessio. Et istis adde quod habetur in capitulo, si autem. de cohabitat. cleric. & mulierum. & l. distinctione. c. j. j. quæstione. j. reperiuntur.

lia: secus si dicit: puniatur pœna quadrupli eius, quod aliâs puniretur, & similia verba per rationes ff. dictas. Et hoc probo esse verum, si fideiussor intercedit simpliciter, non tenetur in augmento contingente obligatio ex aliqua qualitate: vt. l. j. cū simil. ff. de in litem iur. Sed si fideiussor intercessisset promittendo iudicatū soluere, tenetur in omni eo, quod veniret in sententia: vt. ff. iudi. sol. l. iudicatum solui. Ita in proposito istius statuti, verba referuntur ad sentētiam. hoc est, ad illud in quo puniretur: ergo illud totū pro vno simplo habetur. ¶ Et prædicta intelligo: quādo circa primas qualitates, quas dico computari in simplo: statutum loquitur per verba simplicia, scilicet pœnę maleficiorum duplicentur. &c. & in alio statuto se refert ad id, in quo puniretur. &c. Sed si circa omnes qualitates loqueretur eodem modo, scilicet quòd se refert ad tempus sententiæ, seu punitionis: tunc pœna tātùm simplicis maleficij duplicaretur: vel quadruplicaretur. Ratio: quia nulla dictarum qualitatum respicit maleficium ante aliam, in ordine temporis, vel in ordine intellectus: sed eodem tempore concurrunt: vt dictum est. Sed si poneremus, quod statutum circa aliquas qualitates loqueretur simpliciter: circa alias se referret ad tempus punitionis: tunc illæ primæ qualitates computarētur in simplo per easdē rationes. Item prædictis videtur obstare. l. item veniūt. §. cùm prædiximus. ff. de peti. hære. & quod not. ff. si cer. pe. l. certi condictio. in prin. circa fi. ij. glo. vbi videtur, ꝙ istæ qualitates non considerentur. Respōdeo, quædam sunt qualitates, quę insunt ab ipso initio: & in illis procedit. quod. ff. dixi. ¶ Quædā sunt qualitates, quæ ex postfacto superueniunt: & illæ nō attenduntur: vt in contrarijs. Et ideò si statutum diceret, quòd propter negotium, vel propter contumaciam pœna duplicaretur: vel aliâs augeretur: dico quod adiectio pœnæ, quæ fieret propter illas qualitates superuenientes ex postfacto veniant in illa duplicatione, vel augmentatione per dictas leges, sed qualitates, quæ insunt ab initio bene possunt augeri per eas, quæ superueniunt ex postfacto: vt. ff. dixi. Itē prędictis videt̃ obstare. l. in furti. in princ. ff. de furt. vbi verum pretium duplicatur non ad interesse singulare. Solut. ideò ibi id non duplicatur: quia non venit in petitione: secus in alio interesse, quod in petitione venit regulariter. Et ideò dico, cū statutum dicit, quòd nobilis puniatur pœna quadrupli eius, in quo puniretur popularis. intellige regulariter: secus si in persona aliquorum tale maleficium haberet singularem pœnam. Item contra prædicta facit: quia secundum hoc talis pœna excedit quadruplū. contra. §. omnis. institu. de actio. So. nō est verum: quia totum illud primum accipitur pro simplo. Simile, vsura non parit vsuram: verum est, nisi vsura reducatur ad sortem: vt suprà mandati. l.
8 idemꝗ. §. secundo. ¶ † Quæro, an in pœnis, quæ nō sunt limitatæ, sed imponuntur arbitrio iudicis: habeat locum statutum, quod loquitur de publicatione pœnarum? videtur quòd non: vt. l. Seio. §. medico. ff. de annu. lega. Contrarium dico. & duplicabitur id, ꝙ pro tali maleficio consuetum est imponi. argu. eius, quod no. in. l. quid ergo. §. pœna. ff. de his, qui no. infa. &. ff. eodem. l. hodie. ¶ Vltimò scias, ꝙ
9 † statuta, quæ loquuntur de duplicatione pœnarū, non habent locum in speciebus: sed solùm in quantitatibus. vt. l. Lucius. §. impuberem. suprà de lega. ij. Et ideò si pro maleficio deberet amputari manus: certè si fieret de nocte, nō duplicaretur. Et vide circa hoc, quod dixi in dicto. §. impuberē. & in. l. Meuius. §. duobus. ff. de lega. ij. in vlti. & pe. q. Quid in tempore relegationis, an duplicetur? dic vt dixi. in l. senatus. C. fi. ff. ad Turpil.

SVMMARIVM.

1 *Statuto cauēte, quòd pœnæ duplicentur, in duplo est simplū.*

LEX XLII.

INterpretatione.

¶ In hac. l. potes ponere casum per. l. si p̄ses. ff. e. & j. ti. ij. l. iij. §. si quis. & per. l. em. ff. de suspe. tut.
1 ¶ † Quæro, dicit statutū, ꝙ ex aliqua causa pœna duplicetur: vtrū in duplo insit simplū? Rn̄. quòd sic: quia interpretatione legū &c. & videt̃ tex. in. l. hoc edicto. in fi. de publi. & quod met. cau. l. si cū exceptiōe. §. Labeo aūt. ĩ fi. & §. quatenꝰ. ĩ prĩ.

SVMMARIVM.

1 *Statuta ciuitatis an sint annalia, uel perpetua.*

LEX XLIII.

* a # IMperator. [a] ¶ Opp. C. depostu. l. j. solu. ibi interdicit artē suam solenniter lit. cōte. & causa cognita, & data sententia diffiniti-
b ua[b]: hîc verò simpliciter interloquēdo interdicit alicui artem suā. hæc opi. tenet̃ cōiter per doc. hîc, & in l. cōtra. & Inno. tenet eā in. c. qđ translationē. extra
1 de offi. leg. ¶ Ista. l. inducit† ad. q. per quosdā. vtrū statuta ciuitatis sint annalia, vel perpetua. & videt̃ ꝙ sint annalia. Nā statuta firmātur iuramēto Potestatis, cuius officiū durat anno tantū. Contrariū est dicendū. Nam statutū non dicit̃ ius prætoriū: nec pendet ex Potestate prætoris: sed dicit̃ ius ciuile: vt. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. ergo est perpetuum: vt inst. de perp. & temp. act. circa prin. & §. j. ita dicit Dy. ¶ Mihi videt̃, ꝙ debeamus aduertere adduo. ¶ Primò, an statutū sit perpetuū: & dico ꝙ sic: siue sit factū à populo: quia est ius ciuile. siue sit factū ab aliquo habente potestatē: vt ab episcopo, legato, & præfecto: duce, marchione: & si. casus est extra de officio lega. c. fi. in. ix. co. de sta. contra li. eccle. fa. c. nos Federicus. prout ibi dicit, de Potestatibus & rectoribus, & similibus. facit. l. falso. C. de diuer. rescript. ¶ Secundò potest quæri de actione descendente ex statuto. & tunc aduerte: si quidē fit à populo: & tūc est ius ciuile, & actio erit perpetua: vt instit. de perpe. & tempor. act. Sed si statutū fit ab aliquo præside: vt quotidie fieri videmus à duce, Marchione, & ab episcopis: tūc actiones descēdēts ex eis, si quidē sunt pœnales, durāt anno. Videtur enim ius prætorium, quod est factum à magistratibus. ergo &c. vt in tit. insti. de perpe. & tempo. act.

De bonis damnatorum Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio bonor. an hodie innouationem acceperit, per auth. bona damnatorum. quando fit contra contumaces annotatos.*
Damnati dicuntur ad mortem.
Præscripti dicuntur, quibus uita reseruatur, tamen ciuitas, uel libertas aufertur.
2 *Titulus de requirendis reis, inquantum loquitur de publicatione bonorum, non est correctus, nisi de uiolatore pacis.*
3 *Publicatio bonorum si fiat per sententiam condemnatoriā latam super delicto: quod hodie sit innouatum per auth. bona damnatorum?*
4 *Filiofami uel seruo damnato, an duplicabitur peculium.*
5 *Curiali damnato, quæ bona duplicentur? & quid de matre damnata? remißiuè.*
6 *Libello, uel uasallo damnato, quæ bona publicētur? remißiuè.*
7 *Vxore damnata, an publicetur dos? remißiuè.*
8 *Bona uilia, non publicantur bonis publicatis.*
9 *Bona quæsita post sententiam, quando, & quæ ueniant in publicatione.*
10 *Parte bonorum publicata, quòd ista iura sint correcta.*

* Pro concordia. ¶ Aduerte. nunquid actiones pœnales descendentes ex statutis sint pœnales: an perpetuæ? Bartol. in l. stipulationū. in principi. ff. de verborum obliga. dicit quòd sunt annales. licet statuta sint perpetua. Cōtrarius allegatur in hac. l. finali. Tu dic prima opini. procedit, quando agitur ciuiliter: secus si criminaliter. Ita doctores in dicta. l. stipulationum. Posset enim dari alia solutio, secundum nouam considerationem domi. Ias. in. §. sed istæ. institut. de actionibus.

Supplicij

LEX I.

Supplicii. ¶ Opp. in auť. vt nulli iudi. §.
fin. posita. C. eo. auť. bona damnato-
rum. dicit gloss. ꝙ ista iura in hoc
hodie corriguntur per illam authē.
¶ Pro huius declaratione, quæro
aliquas quæstiones, quæ in gloss. formantur. Primò
quæro, quid iuris de iure antiquo, quando condem-
nabatur aliquis liber homo. glo. dicit, si per damna-
tionem nō perdebat ciuitatem, neqꝫ libertatem, neqꝫ
vitam, quia fortè erat relegatus, vel aliter damnatus
tunc non perdebantur bona sine dubio, vt. j. tit. ij. l.
relegati. sed perdebat vitam, libertatē, vel ciuitatem
a erat distinguendum[a], an habebat liberos annon? & si
habebat liberos: an publicētur omnia bona, an pars
bonorum? & an habebat paucos liberos, an multos?
& ista tanguntur hîc in prima gloss. & in glos. ma-
gna. quas vide. Istud quod erat de iure antiquo est
1 indubitatum. ¶ † Sed quero, quid est innouatum per
iura noua circa istam publicationem. Circa quod
b sciendum est[b], quòd publicatio quandoqꝫ fiebat cō
tra contumaces annotatos per tit. de requirēdis reis.
In hoc an sit immutatum, Cy. dubitat in. l. j. C. de re
quirendis reis. & nihil determinat. Domi. Iaco. but.
dicebat nihil esse immutatum circa hoc, quia aut lo
quitur in bonis damnatorum: seu proscriptorum &
damnati dicuntur ad mortem, sed proscripti dicun-
tur illi, quibus vita reseruatur, tamen ciuitas vel li-
bertas aufertur. sed illi contumaces non sunt damna
ti de crimine. l. j. s. de requirend. reis. ergo &c. Non
enim est nostrum leges extendere, vt. l. si viro. s. so.
c matri. Præterea[c], lex quæ loquitur de vno contuma
ce, puta de cōtumace in in non veniendo, nō habet
locum in alio contumace, puta de non restituendo,
vt. l. creditor. §. iussus. & . j. de appel. hæ sunt rationes
suæ. ¶ Contra dictū suū videť casus. x. colla. de pac.
tenen. §. si verò pacis violator. vbi dicitur, ꝙ contra
contumaces fit publicatio bonorum mobilium, im
mobilia verò hæredibus reseruantur. veruntamen
gloss. in alio titu. de pa. iuramen. fi. §. iniuria. x. col.
in gloss. quæ est super ver. homicidium. videtur di-
cere, quòd ille. §. si verò pacis violator. habeat locū
tantùm in pacis violatore, in aliis seruentur alia iura.
Et hoc pro modo satis placet, per rationem, quam
2 dicā. Dico ergo, † ꝙ titu. de requiren. reis in quātum
loquitur de publicatione bonorum, non est corre-
3 ctus, nisi in violatore pacis. ¶ † Q uandoqꝫ fit publi-
catio bonorum per sententiā condemnatoriam la-
tam super delicto, & in hoc qualiter sit innouatum,
sunt opi. Nam quidam dicunt, ꝙ circa hoc sunt con
sideranda quatuor iura. Primò ius antiquum. in quo
habet locū, quod dixi. s. dixi. Secundò ius auť. secū-
dum quod etiam est locus publicationi bonorum,
vt in auť. de incest. nup. §. j. col. ij. Tertiò ius Auť. in
titu. de man. prin. §. oportet. col. iij. secundum quod
bona non publicantur. Quartò ius Auť. nouissimū.
vt in auť. vt nulli iudi. §. fi. vnde sumitur auť. bona da
mnatorum. per quam legem corrigitur lex illa de
incest. nup. Ita videtur tenere Azo in sum. & glo. j.
j. de iure fisci. l. j. in glo. quę est super versi. aduersus
leges. ¶ Alij vt Alex. dicunt sic: aut per damnationē
quis amittit ciuitatem, vel libertatem: vel vitam, &
tunc iura antiqua sunt correcta. Aut ista non perdit
vt relegatus: & isto casu iura antiqua non corrigun
tur. ita loquitur ti. de incest. nup. §. j. & quod ibi di
xi. In tex. dicitur ex exilio, expone. i. relegatione.
Ratio huius est, quia in primis casibus ipse non po-
test retinere bona. vnde si applicarentur fisco, esset
pœna succedentium abintestato magis, ꝙ ipsius. sed
eo casu bene relegatur, potest retinere bona: & reti
net testamenti factionem: vt. l. relegati. j. titu. ij. Ideo
si auferuntur bona, est pœna sibi: nō venientibus ab
intestato. Tertij, vt Pet. dicunt, aut per. l. auferuntur
expresse bona, & iura antiqua non corriguntur. Ita
loquitur in auť. de incest. nup. Aut auferuntur tacitē
d & tunc iura antiqua corriguntur. Ita loquitur[d] auť.
bona damnatorum. Ista opi. recidit in idem cū opi.
præcedenti. Nam relegato nō auferuntur bona, nisi
expresse dicatur: vt. j. ti. ij. l. relegati. vnde ista opinio
quæ in idem sonat cum præcedenti cōiter teneť. In
illis igitur casibus, in quibus imponitur pœna adē-
ptionis bonorū expresse non in cōsequentiam alte-
rius pœnæ: sed expresse p se: iura antiqua nō corri-
guntur. Et pro hoc facit, ꝙ non sit correctus ti. de re
qui. re. vt. s. dixi Hodiè aūt circa publicationem bo
norum sunt statuta per se: & illa sunt seruanda. quā-
doqꝫ fit publicatio bonorum: qa aliquis interfecit se
ipsum: vt. j. tit. j. l. iij. in princi. & . §. j. an illud ius per
4 auť. sit correctum, dicemus ibi. ¶ † Tertiò quæro,
Appellandi vsus. ¶ Primò Iurisc̄ōsultus in hoc principio commendat tractatum de appellationibus, secundùm Dy. Alij dicunt, quòd in hoc principio ponitur causa, quare introducta est appellatio. Et diuiditur istud principium in duas partes. Nam primò ponit causam inducendæ appellationis. Secundò respondet cuidam tacitę obiectioni. Secunda ibi. licet nonnunꝗ. Et forma casum. quæritur, quare introducta est appellatio? respondetur, quia vsus eius est frequens, & necessarius, & causa necessitatis apparet ex eo quòd per appellationem corrigitur imperitia, vel iniquitas iudicandis. Et hoc primò. sed instatur, sæpe vidi iudicem appellationis peius iudicare, quàm primus iudicauerit: Respondetur. regulariter per iudicē appellationis sententia reformatur in melius, licet nonnunꝗ id est aliquando contrarium contingat. Non est enim semper me-
1 lius pronuntiatum &c. ¶ † Circa istud principium, primò quæro, quid sit
d appellatio? [d] Ad quod respondeo, quòd Placē. in summa sua dicit, Appellare, est iudicis sententiam aduersus se latam iniquam dicere, & de ea querimoniam proponere: vt.ṡ. de mino.l. præfecti. Sed certè non ponit diffinitionem appellationis, sed describit actum appellandi. Ideo Azo in summa huius tituli dixit sic: appellatio est sententia à minori iudice lata, per inuocationem maioris iudicis, prætextu iniquitatis, primæ sententiæ rescissio: vt. d.l. præfecti.ṡ. ad Turpil.l.j.§.fina. Sed hæc diffinitio est contra casum.d.§.fin. Nam ibi dicitur, ꝙ effectus appellationis est rescisio, seu extinctio sententiæ primæ.& sic aliud est appellatio: quia est causa, aliud est rescisio: quia est effect⁹ eius. Differt enim causa à suo causato: sicut mater à filio: vt.l.licet.§.ea obligatio. suprà de procuratori. &.l.& an eandem.§. actiones. de exceptione rei iudicatæ. Malè igitur dicit Azo: cum dicit, quòd appellatio est rescisio: imo ex appellatione rescisio sequitur. Et ideo Gofre. doctor iuris canonici in summa de appella. dixit, quòd legalis diffinitio appellationis est: quòd appellatio est actus per inuocationem maioris iudicis, prætextu iniquitatis, primæ sententiæ rescisionem implorans: vt.d.l.præfecti. Sed hoc non videtur verum. Nam ipso iure sine
2 aliquo alio iudice ad quem appellatur, per interpositionem† appellationis prima sentētia extinguitur secundū verā opinionem: vt.d.l.j. in fi. ad Tur. & ibi dixi. Præterea, dicta diffinitio describit ipsum actū appellandi, non substantiam ipsius appellationis per ipsam appellationem. vnde eodem morbo laborat quo diffinitio Azo. Præterea. per nouationem potest tolli, & suspēdi effectus primę sentētię: vt.l.iiij.§.si ex cōuentione.ṡ.de re iudic. Igitur nouatio est appellatio, quod est absurdum. Gof. etiā dicit, ꝙ secundum canones appellatio aliter diffinit: & sic appellatio est de minori ad maiorē iudicē ꝓuocatio: vt.ij.q.vj.c. omnis oppssus &.c. se maximè in.c. placuit. quę diffinitio esset vera largissimè assumēdo nomē appellatiōis. Nā qñcunꝗ te ad iudicē prouoco: appellatio pōt dici, vt.l.apud labeonē. §.appellare.ṡ. de iniuri.& eodem modo si te vocarem ad cœnam: nam potest dici appellatio: vt ibi patet. ¶ Sed assumendo appellationem strictè,
3 prout hoc tit. accipitur alio modo diffinienda est. Dic ergo.† Appellatio est ius, quo interim prima sententia extinguitur, & interim causę cognitio ad iudicē superiorem deuoluitur. & hoc prout loquimur de appellatione à diffinitiua. De alijs verò generibus appellationum infrà in suis locis dicemus. Dixi appellatio est ius &c. ne videar diffinire ipsum actum appellandi, prout fecerunt alij, quos suprà reprehendi. Item dixi, ꝙ interim sententia extinguitur: hoc dixi vt ostenderem appellationis effectum. no.in.d.l. j.in fi.ṡ.ad Turpill. Item, vt per hoc notetur differentia à iure dicendi nullum quo primus iudex superior quandoꝗ aditur: vt.l. absentem.C.de accusa.tamen per illud ius sententia non extinguitur: quia anteà nulla erat, sed hīc erat aliqua, vt dicetur in.l.si expresim.j. eod. Itē ideò dixi interim: vt per hoc differat à sententia lata in causa appellationis, vel in integrum restitutionis, per quā sententia rescindit, vel confirmatur totaliter: sed ꝑ ipsam appellationem extinguitur interim: & expectatur pronūtiatiōis euētus: vt.d.l.j.in fi.ad Turp. &.l.futti.in prin.ṡ.de his qui no.infa.& de pac.l.tale.§.qui prouocauit. Itē dixi, & ꝑ eā causę cognitio ad superiorem deuol-
e uitur: [e] vt.C.de ap.l.eos.&.l. à procōsulibus.cū infinitis si.&c. Per hoc differt à nouatione, ꝑ q̄ licet sententia posit extingui, vel suspendi: causæ tñ
4 cognitio ad superiorem nō deuoluitur. ¶ † Iuxta predicta quero, dixi.ṡ.ꝙ
f appellatio est ius. Quero quod ius est, vtrū, sit[f] actio vel officiū iudicis, vel exceptio, vel quid? Rñ. non est actio. Nā actio est ius petēdi in iudicio qđ sibi debet. sed per appellationē nihil peto in iudicio: cū ipsam interpono. Nam appellatio interponitur coram iudice à quo, & ab eo nihil petitur: sed posteà petetur coram iure adquē: per ipsum ergo actum appellationis non peto. Item non est officium iudicis: quia absꝗ aliquo iudicis officio, appellatio producit suū effectū, scilicet extinguendi sententiā & deuoluēdi cām ad superiorē. Item nō est exceptio: quia nō extinguit sñiam ope exceptionis, sed ipso iure. dico igitur quòd ipsa appellatio est quoddam ius per se diffinitū, per modum ante dictum, quod vocatur appellatio: vt infrà ꝓximè.§.primo. ¶ Secūdò quero, quotuplex sit appellatio? Respondeo prīcipaliter, triplex. Quędam est appellatio à diffinitiua, quam suprà diffiniui: & istā communiter prosequitur per totum istum tractatū. Quędam est appellatio ad interlocutoria: & istā latè ꝓsequitur infrà de appellatiōibus re.l.ij. Quędam est appellatio ab alijs actibus extraiudicialus: &
5 istam prosequitur infrà quando appellan.l.j.§. solent. ¶ † Tertio quæro, quare introducta est appellatio? Respondeo iurisconsultus in hoc principio determinat, quòd ideo introducta est, vt iniquitas, vel imperitia iudicantis corrigatur, licet quandoꝗ aliud contingat. ¶ Contra hoc oppono. quia si sententia cōtinet iniquitatem, est ipso iure nulla: nec opus est appellatione: vt.l.j.in principio. infrà quæ sentent. sine appellation.re.&.l.ij.C. quando prouo. nō est necesse. Solut. Intelligas hīc errorē nō fuisse expressum in sententia. ¶ Item oppo. quia sententia potest per iudicem appellationis rescindi ex nouis ꝓbationib⁹: vt.l.eos.§.j.C.de app.& sic non detegetur iniquitas, seu imperitia iudicantis. Solut. Iniquitas est re ipsa re-
6 spectu litigantis, q debuit vincere, & succubuit: non autem est iniquitas respectu iudicis: vt no.in.l.eos.C.eodem in gl. magna. ¶ † Vltimò not. glo. hīc positam, quæ dicit, ꝙ vtroꝗ casu iudex facit litem suam: & sic innuit, quòd

a ¶ Duæ negationes. An duæ negationes faciant vnā affirmationē? ad intellectum huius tex. vide quę scripsi post Bar. in.l. fi.ṡ. ad le. Iul. maiest. Et an cadauer & ossa idem sint? dic ꝙ nō. ita dicit Bar. per illū text. in.l. ossa.ṡ. de religio.

b ¶ Si qs in insulā. Ad hūc text. vide no. in.l.j.in.ij.col. C. ex delicto defun. & quæ dixi post Bal. in.l.fi.ṡ. ad le. Iul. maie. & si qs vulnerat, vel spoliat mortuum. an dicatur eum offendere? vide Baldus in.l. sororem. C.de his, quib. vt indi. in fi. & sequit Pe. de Anchar. in c.le.j. de pœ. & remis. Et quid si aliquis sepelit mortuū excōmunicatū: an dicatur cum eo communicare, ita ꝙ cadat in excom. vide glos. ꝙ sic, in.c. ad hoc, de priuile.

c ¶ Ad anatomiā. An quis posit se dare medicis ad anatomiā, nec pōt exhumari à sepultura, prætextu alicuius debiti. text. in.l.fin. de sepul. vio. & vide Inno. in.c. certificari.i. de sepul.

d ¶ Quid sit appellatio. quid est appellatio? per Bal. in rub. in.ij.col.C. eo. vide eum.

e ¶ Deuoluitur. Idē dicas in causa nullitatis: vt dixit singu. Bart. etiam se alibi non dixisse, in.l. proponis. C. quomodo, & qñ iudex. & Bart. in l. si expresim. circa fi.j. eo.

f ¶ Vtrum sit. An appellatio sit actio vel officiū iudicis an autem sit actus iudiciari⁹. vide in d.l. si expresim.

ꝙ licet pars possit appellare:nihilominus habet re-
a gressum[a] contra iudicem malè iudicantem.de quo
dic,vt in. q. quam de hoc disputaui. de qua faciam
mentionem.j.de var.& extraordi.cog.l.fi.

SVMMARIVM.

1 Appellatio, quod sit ius.
2 Appellatio à grauamine, quod infertur ante sententiam, potest per appellationem à diffinitiua reparari, non admittitur.
3 Consultor assumptus, ut consultet de iure, non potest nouas probationes, seu instrumenta recipere.
4 Appellari põt à sententia lata secundũ rescriptũ Principis. Et à pronuntiatione de Principe consulendo, non appellatur. nu.5.
A relatione seu literis, quæ mittuntur principi pro consilio, appellatur cum insertione causæ grauaminis, ibid.
6 Appellari potest à sententia diffinitiua lata secundum rescriptum, & consilium Principis. Et a sententia lata secundum consilium datum per consulentem, de partium consensu electum: appellari potest. nu.7.

Quæsitum est. ¶ A sententia lata secundum rescriptum
principis potest appellari, non ab ipso rescripto, vel
pronuntiatione facta, de Principe consulendo. hoc
dicit. Primò ponit quæstionem. Secundò ponit re-
scriptum, ex quo colligitur decisio quæstionis. Ter
tiò ponit decisionem cuiusdam quæstionis, quæ ta-
citè colligitur ex rescripto. Secunda ibi: de qua re.
1 Tertia ibi: hinc consequenter. ¶ † Nota ex prima
parte tex. ibi, dum dicit ius appellandi &c. & sic ap-
2 pellatio est ius, vt dixi. s. prox. ¶ † Secũdò no. ex fi.
text. ibi, dum dicit, post rescriptum prouocare. Ex
quo apparet, ꝙ qñque grauamen est tale, qđ infert
ante sententiam, quòd per appellationem diffiniti-
uã potest reparari, tũc ab illo grauamine non potest
appellari. ¶ Oppon. quòd Princeps non sit consu-
lendus, vt. l. eum, quem. §. j. s. de iud. Sol. gl. quòd hic
Princeps consulitur de iure, non de facto, & subdit
glos. ꝙ isto casu Princeps non dat dilationem, vt. C.
3 de dila. l. cum à nobis. quod not. † Ad hoc, ꝙ cõsul-
b tor assumptus, vt cõsulat de iure, non potest[b] nouas
probationes, seu noua instrumenta recipere: sed de
bet cõsulere super his, quæ à iudice transmittũtur:
c vt. l. cum à nobis. C. de dilati. ¶ Opp.[c] ꝙ non possit
appellari. Aut enim dicis appellari ab ipsa relatio-
ne, & hoc videtur falsum, quia relatio non fit, nisi
cum iam literæ sunt à partibus approbatæ, quo ca-
su non appellatur, vt infra. quando app. sit. l. fi. Aut
dicis appellari ab ipso rescripto Principis, non ab
ipso rescripto, & tunc videtur cõtra. l. j. in princ. j. à
4 quibus appella. non licet. Solut. † dicit gloss. intelli
gas hic appellari à sententia lata secũdũ rescriptum
Principis: & secundũ hoc, tex. qui infra dicit ab enũ
tiatione debet exponi. i. à sententi. lata secundũ for
mam rescripti. tamen gloss. posita super illo verbo,
enuntiatione, aliter intelligit: vt dicam infra: tamen
prædicta solu. est vera in se, vt statim dicam. ¶ Op-
po. in autẽ. in medio li. §. j. gloss. ponit tres solu. tene
primam, quam sequitur Dy. Iacob. de Areti. & Ol-
dra. ¶ Opponĩ. dicitur hic in fine: ꝙ ab interlocuto-
ria, qua pronuntiatur principem consulendum, non
appellatur. contra. j. quando appel. sit. l. j. in princi.
C. de relatio. l. j. in fine. Sol. Ioã. & Azo. dicunt, quòd
hic dicitur non esse appellandum: scilicet de neces-
sitate: bene autem potest appellari: vt in contrarijs.
Sed hoc non placet: quia contra hunc tex. Vnde alij
dicunt, ꝙ in illa. l. j. j. quando app. sit. Princeps con-
sulebatẽ post sententiam: hic ante. & in illa. l. j. C. de
rela. non dicit, quod appellatur, sed dicit refutato-
rias preces: hoc est, contra pronuntiationem, quæ fit
contra consultationem. Et hanc sequitur Pet. & qui
dam alij Mod. quod non placet: quia in. d. l. j. j. quan-
do ap. sit non dicitur, ꝙ esset lata sententia diffiniti-
ua: sed etiam intelligi potest, quòd non erat lata: vt
ibi not. vnde glo. ponit tertiam solu. quæ continet i-
psam veritatem. ¶ Pro cuius declaratione sciendum
5 est, † quòd tria sunt consideranda. Primò pronun-
tiatio de Principe consulendo, & ab ipso non appel
latur: quia per eam nemo grauatẽ: vt hic. Secũdò est
ipsa relatio, seu literæ, quæ mittuntur principi pro
consilio: & ab istis potest appellari: si quis senserit
se grauatum, si iudex in eis mendacia inseruerit: vel
veritatem tacuerit. & ita loquitur hic. Et secundùm
hoc procedit illa gloss. posita, super ver. ab enuntia-
tione. quæ exponit: id est à mendaci relatione prin-
cipi facta. sic loquitur. l. prima. j. quando appella. sit.
Et est aduertendum, ꝙ cum ab ista relatione appel-
latur, debet rationem grauaminis exprimere: scili-
cet, quod falsum sit insertum, & verum sit omissum
vt ibi. si enim docuerit, vel falso &c. vt. d. l. j. j. quãdo
appel. sit: sicut in qualibet appellatione ab interlocu
toria: vt plenè dicam. j. de appel. reci. l. ij. Tertiò, est
6 † appellatio à diffinitiua sententia lata, secundum re
scriptum, & cõsilium principis, & ab ista etiam po-
test appellari: vt hic, secundùm alium intellectum:
quem. s. posui in secundo contrario, & in. l. j. in prin
cip. j. qñ appel. sit. C. eo. tit. l. ij. ¶ Sed contra hoc in-
statur, si à rescripto principis non potest appellari:
ergo nec à sñia secundùm rescriptum principis, lata.
Non enim potest pars cõqueri de facto: quia consul
tationem approbauit: vt. l. j. quando appellandũ sit.
nec de iure, ꝙ princeps sic cõsuluit: quod est ius. Re
spondeo, si dicis partem non consensisse relationi:
planum est. Idem si dicerem partem consensisse: tñ

a ¶ Habet regressum. Ang. in. l. fi. j. de var. & extraordi. cogni. tenet ꝙ possit iudex cõueniri etiam si semel, vel bis fuerat appellatũ, vel renuntiatũ. allegat Inno. in. c. pastoralis. de offi. deleg. & in clemen. sæpe. in gl. peremptoriè. de appel. Quando autẽ pars potest appellare, an habeat regressum cõtra iudicem litẽ suam facientẽ? vide omnino Barto. in. l. si nũmos. s. de admini. tuto. vbi de hoc & p Bar. in. l. si reos. s. de alie. iudi. mu. cau. fac. & eodem titul. in. l. iij. §. ex quibus. sed quid si pars appellauit & posteà est deserta appellatio? vide Innoc. in. c. sæpe. eodem titu. sed vtrum appellatiõe pendente possit agi contra iudicem, vide Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. pcõsul. Et ad id quod no. Bart. adde eũdem in. l. iiij. §. si tam vicinũ. de dã. infec. Et adde qđ tenet Ang. in. d. l. iiij. §. fi. e. tit. de damno infec. vbi tenet, ꝙ posset conueniri iudex tẽpore syndicatus rõne iniquæ sentẽtiæ, per eũ latæ: si ab ea nõ fuit appellatũ: & appellatio est deserta. Vel etiã si sententia fuit confirmata, & hoc ipse tenuit per no. per Innoc. in. c. pastoralis. ad fin. de offi. delega. & in ca. sæpe. de appella. ita singu. trãsit Ioã. de Imo. in. §. fi. & ibi ẽt Ang. tenet, ꝙ licet ille, cõtra quẽ latæ sunt tres sñię nõ audiatur per viam iniquitatis vel nullitatis, vt in cle. j. de re iu. tñ contra ipsum iudicẽ potest conqueri secundum ipsum. quod no. Adde Bal. in. l. fi. C. de pœna iudi. & dixi post Bar. in. l. iiij. §. cõdemnatum. de re iudi. & ibi formaliter scripsi verba Ange. & idem videtur voluisse Bal. & Cyn. in. l. j. s. quod quisq; iuris. Idem sequitur Bal. in. c. j. §. iudices. de pa. iur. fir. Idem dicit Innocen. in. c. sacrosanctæ ecclesiæ. de sen. excom. videlicet, ꝙ quando à sententia non fuit appellatum: ꝙ iudex nihilominus potest conueniri. Adde tamen, quod qñ appellans in appellatione obtinuit: quod tunc videtur, ꝙ iudex solùm possit conueniri quo ad expensas lit. argu. l. si vendidero. §. si Titius. de fur. quod hic latè prosequitur do. Io. de Imo. Idem no. Bar. in. l. iij. §. ex quibus. de alie. iudic. mu. cau. fa. Adde ad prædicta Bald. in. c. sancimus. in titu. quo tempore miles. Adde quod Bald. in. c. j. §. iudices. de pa. iur. fir. quæsiuit, quid si sententia sit ipso iure nulla: vtrum iudex faciat litem suã. & dicit, ꝙ sic, in eo in quo partem damnificauit: quod grauat partem prætextu officij: & sic respondit iuxta æstimationem interesse, de quo ibi latius per eum: & ibi etiam dicit Baldus, quòd vbi habet arbitrium, facit litem suam, si non seruauerit consuetudinem: vt not. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. s. de infa. quod dictum corroborat per ea, quæ ibi dixi: & dixit Bald. in. q. Bart. hic quòd si pars non appellauit, tamen iudex potest conueniri: de quo etiam ibi latius per eum. vbi etiam dicit, ꝙ si appellatum esset, & sententia esset confirmata contra ipsum non potest agi. Sed dubium est: pone secundũ eum: iudex primus tulit sententiam, à qua fuit appellatum: sententia fuit confirmata: ab ista secunda non fuit appellatum: quis facit litem suam: an primus, an secundus? & tenet ꝙ secundus. Ibi etiã quærit, ad quid poterit cõueniri iudex appellatione pendente? & dic quòd disputauit hoc Bald. ibi, dic, ꝙ videtur, ꝙ hoc pendeat ex futuro euentu. subdit Bal. ꝙ per desertionem appellationis purgatur iniustitia pronuntiationis factæ inter partes: sed non futuræ inter partem & iudicem. & nihil allegat. Adde ꝙ idem Bal. de pa. cõstan. in versi. idonei. dicit, ꝙ iudex nõ facit litem suã, si eligit arbitros, q malè iudicauerunt. argu. illius literæ. est arg. l. idemq. §. si tutores. s. mã. sed ibi mandatori imminebat explicatio negotij. hic sola electio personarum: quia nihil faciebãt nomine eligentis. Itẽ: quia q̃ bona sunt, bene fieri censent ar. l. q̃uis. de cõdi. & demõ. & quod no. de iureiur. l. eũ qui. §. in popularibus. Prędictis etiã adde, ꝙ vbi à sñia non poterit appellari: tñ iudex facit litem suam. vt. s. dixi in. l. peñ. & ibi nota. C. de pactis. etiam si est nulla: vt etiam dixi. s. & not. Bald. in. d. l. si vt pponis. in. iij. colũ. C. quõ & qñ iudex. p Ang. hic & Imo. & Ange. in. d. l. j. §. hęc verba, quod quisq; iuris. s. Et ad limitationem clemen. j. de re iudica. vide q̃ dixi in. l. à diuo Pio. in. §. si sup rebº. circa fi. de re iudi. Et ad eiº materiã vide q̃ dixi i. l. de pupillo. in. §. q̃ opº. s. de ope. no. nu. & l. iiij. §. condẽnatum. vbi per moder. s. de re iudicata. Sed an iudex, qui condemnatur in syndicatu, & soluit expensas litis, in quibus negligenter omisit condemnare partem victam calumniosè litigantem: possit eas repetere ab eo quem debuisset condemnare: dictum fuit singu. Spec. quòd sic in titu. de expen. §. postremò. versicu. illud. per. l. missi opinatores. C. de exac. tribu. lib. x. quod est not. quod tamen Imol. impugnat, & bene in. l. si tertius. §. Celsus. de aqua pluuia arcen. tenens contrarium. & fuit originalis sententia Bal. in. l. sancimus. ad finem. C. de iud. Posset tñ opi. Specu. saluari in vno casu secundùm Roma. in. d. l. Celsus. quando expensæ lit. essent promissæ in contractu: quia tunc etiam post iudicium finitum iure actionis peti possent secundùm glossam in. l. non solùm. s. de rei vendi. & l. iij. §. si rem. ff. de lega. ij. meritò iudex illas repetere posset. quod no. quia latius super hoc locutus sum: vide quæ dixi in. d. l. missi opinatores. quod not. per Bal. in. l. mancipia. C. de seruis fugiti.

b ¶ Non potest. Adde Bart. in. l. j. C. de rela. per Moder. in. l. fin. ff. de ser. & in. l. ex illo. j. eo. & in. l. j. nil no. appel. pendente. & habes textum in. c. licet. de offi. delega. in. vj. & Bal. in. d. l. fi. in finem. de ferijs. & ad materiam Bar. & alios in. l. ad principem. infi à eodem.

c ¶ Oppono. Adde Baldum in. l. fina. C. de relation. vbi tractat quando habet fieri relatio, an ab eo possit appellari? & de pluribus alijs quæstionibus. iuxta finem.

fuit decepta in tenore ipsius relatiõis. argumentum C. plus vale. quod agitur. l. si. sed si consenserit non decepta: tunc etiam potest appellare, vt causa reparetur ex nouis probationibus. & allega. vt. l. eos. §. j. C. eodem. ¶ Item contra prædicta instatur, si grauamen, quod infertur per mendacem relationem, potest reparari per appellationem à diffinitiua: vt dictum est. ergo ab ipsa relatione non potest appellari: vt hoc. §. in fine. cuius contrarium suprà dixi. Solu. per appellationem[a] à diffinitiua, istud grauamẽ non potest reparari sine magno præiudicio patris. Nam post consilium Principis datũ, durior est causa nostra: quia iudices fauent cõsilio Principis vt argumento. l. iij. §. j. s. de ali. iudic. mut. cau. fa. Propter quod præiudicium debet admitti appel. argu. j. eo. l. à sententia. & dicam in. d. l. ij. j. de appel. re. ¶ Vltimò nota.[b] quod licet † causa consulenda de consensu partium, sit commissa, tamen à sententia secundùm dictum consilium potest appellari: vt hic, cum simi. facit. j. eo. l. ex consensu. in princip.

b 3

a ¶ Appellationẽ. Idem tenet Bal. in l. ij. j. de appe. reci.

b ¶ Vlti. not. Et ad ista adde tex. ij. q. vj. ante. cum, sc. & c. cãm quæ. de re iud. & ibi doc. vide. j. qñ app. sit in l. si. gl. no. de ap. c. intimasti. & ibi do. Ant. & Bal. in l. nonũ. & in. l. j. C. de rela. & dicit do. Anto. in. c. intimasti. q licet sit cã cõmissa consulenda de cõsensu partiũ poterit nihilominus appellari. ad Bar. hic vide not. per Bal. in. l. tale. §. q prouocauit. in ix. col. s. de pac. & oino Barto. in. l. si conuenerit. de re iudic. & quod ibi dixi. alleg. tex. cõtrariũ. in. l. generaliter. §. si quidẽ. C. de re. cre. & de iu reiur. & quod ibi dixi. Sed cõcor. q in. d. §. qui ꝓuoc. fuit spãlis consensus: hic simplex. & ad hoc tibi allego distinctionẽ Io. an. id. c. pen. & ibi in gl. in simili. de offi. dele. & in simili adde Bald. in. l. ij. C. eod.

SVMMARIVM.

1 *Error in appellando iudicem appellationis minorem, uitiat appellationem.*

2 *Error iuris, quando inducitur ad conseruationem rigoris, uitiat.*

3 *Consul est maior præfecto quo ad dignitatem, non quo ad administrationem.*

4 *Cardinales non habent maiorem dignitatem, quàm habeant Episcopi: sed maius officium.*

5 *Ratio, quare in appellando ad minorem, uitiatur appellatio: secus si appelletur ad maiorem.*

6 *Appellatio ad principem omissis medijs de iure ciuili, quando ualeat?*

7 *De iure canonico appellatur ad Papam, omissis medijs.*

Error in appellando ad maiorẽ, quod uitiat in hoc: quia uirtute talis appellationis non proceditur.

8 *Appellatio, quòd ualeat, licet quis dicat simpliciter appello: uel appello ad iudicem cõpetentem, uel ad superiorẽ.*

9 *Appellatio quando emittitur ad superiorem, quis ordo seruetur.*

10 *Ciuitas quæ superiorem nõ recognoscit: quòd erit superior in causa appellationis interpositæ à sententia lata per eius rectorem.*

11 *Sententia lata per Rectorem alicuius collegij, appellatur ad istũ, qui est iudex ipsius collegij, ut est rector ciuitatis.*

12 *Superior proximus ad quem debet appellari, quando haberi non potest, an & quando ad alium superiorem appellari poßit?*

13 *Iudex ecclesiasticus, & secularis si ex causa iudicauerunt simul, appellatur ad ecclesiasticum.*

14 *Episcopus, uel clericus: si non ut episcopus: sed ut Comes alicuius comitatus iudicat, ad quem appellabitur?*

15 *Rex si iudicat in aliquo comitatu, quem ab alio recognoscit ad superiorem appellatur.*

POMATES.

c ¶ Si quis in ap. vide pro ampliatione huius tex. Roma. consil. ij.

d ¶ Si quis in appellatione. quia consul. & an cõsul habeat iurisdictionẽ contentiosam, dixi in. l. j. s. de offi. consu.

e ¶ Simile videm⁹. Adde gl. in. l. episcopale. C. de epis. audiẽ. & in. l. j. C. de offi. præfe. prætο. vbi dixi.

f ¶ Omissis medijs. De iure ciuili non põt appellari omisso medio: secus de iure canonico. adde. c. dilecti filij. extra eo. & ca. referente. de præben. Adde, q idem est in legato sedis apostolicæ, quod ibi no. Prædicta tamen limi-

Si quis in appellatione.[c]

c

1 Seipsum summat in fine. Error † in appellando iudicem maiorem, vel parem appellationem, non vitiat: secus si minorem appellauerit. h. d. ¶ Primò ponit quæstionem. Secundò solutionem. Tertiò eam approbat per rescriptum. Secũda ibi: & si quidem. Tertia ibi: deniq;. ¶ Oppo. q error iuris non nocet in damnatis: vt. l. error. s. de iur. & fac. igno. Sol. † dicit glo. hic speciale: quia ad iuris rigorem conseruandum hoc inducitur, ad quod facit. in. l. qui exceptionem. s. de condi. indebi. & l. Iulia. eo. titu. in princi. ¶ Oppo. hic dicitur, q si minor iudex appellatur, non valet appellatio: sed præfectus minor est consule: quia consul[d] est super illustris, & præfectus illustris: vt in aut. vt ab illustr. & qui. suprà eos sunt. §. j. & in aut. consti. quæ de digni. §. j. Sol. dicunt quidã, maior est quo ad dignitatem, nõ quo ad administrationem: quia non habet, nisi voluntariam: vt. l. j. s. de offic. consu. quod glo. reprobat: quia habet etiã contentiosam: vt. s. de arbi. l. iij. in fin. & seq. Alij dicunt, q hic loquitur de illis, qui habent dignitatem non administrationẽ: quam dicunt quidam Dynum tenuisse. sed non placet: quia si non haberent consules administrationem, non possent delegare: vt. C. qui pro sua iurisdictione. l. j. vnde quidam soluunt tertio modo, quòd hic loquatur de iudice minore eo, qui iudicauit: sed præfectus est minor eo, qui iudicaturus est: scilicet consule: non minor eo, qui iudicauit. Sed hæc non est vera: quia cum hic fuerit iudicatum per iudicem delegatum à consulibus, si cõsules dicerentur maiores præfecto, & eius delegatus diceretur maior: quia eius iurisdictione vtitur: vt. s. de officio eius cui manda. est iurisdic. l. j. §. qui mandatam. Et ideo dicendum est, quod hic text. debet intelligi de maiore vel minore, eo qui iudicaturus est in causa appellationis. quod tenet gloss. in principio nostri. §. ¶ Ad contrarium respondetur secundum primam solutionem. s. positam. † videlicet, q consul est maior quoad dignitatem: minor verò quo ad administrationem. Nam præfectus habet cognitionem omnium quæ in vrbe occurrunt: vt. l. j. §. cum vrbem. s. de officio præfecti vrbis. & C. de officio præfecti vrbis. lege prima. & est illustris. consul autem superillustris: & sic habet maiorem dignitatem: nõ autem maiorem administrationem. Simile † videmus[e] in Cardinalibus, qui non habent maiorem dignitatem, quàm habeant episcopi, sed maius officium. Quod autem dicebatur in prima solutione: quòd consul habebat solum voluntariam: non est verum, quia imo habet etiam merum Imperium, vt. l. secunda. in principio. suprà de in ius voc. ¶ Oppo. quod error vitiet iudicium. l. si per errorẽ. s. de iurisdict. omnium iudicum. Gloss non soluit. Dynus dicit quod ibi loquitur de errore, qui habuit originem ex actu præcedente iudicium. Istud non placet, quia non videtur habere rationem. Dic ergo, quòd ibi loquitur de actu, qui debet habere robur ab ipso iudice coram quo fit, in quo si est erratum, vitiatur actus propter defectum iudicis. Vnde etiam dicerem hic, quod si quis prosequeretur appellationem coram iudice incompetẽti, prosecutio esset nulla. Sed hic loquitur de ipsa appellatione, quæ robur assumit ex legis potestate, non autem ex aliquo facto iudicis ad quem appellatur, cum non appelletur coram eo. Ideò si in eius persona erratur, & ad maiorem appelletur, dictus error per leg. corrigitur. ¶ Oppono. s. de aqua pluuia. arcend. l. e. sed hoc ita. Solutio dicit Dynus. ibi loquitur de errore extra iudicium, hic in iudicio. Tu dic, ibi error impedit voluntatem, & consensum, hic verò fuit talis error, qui non impedit voluntatem appellantis, imo ostenditur eius voluntas, quòd à iudice à quo appellat, vult recedere. In eo verò, in quo errat, scilicet in iudice ad quem, in illo impedimentum est. Non enim ad ipsum per appellationem causa deuoluitur: sed ad eum, ad quem in veritate debuit appellari.

2

d

3

4

e

5 ¶ † Quæro, quę est ratio, q error in appellando, minorem, vitiat appellationẽ: secus si appellatur ad maiorem? respondet gl. quòd plus est, vtiq; tantũ est, vt. l. cũ furti. de iur. om. iud. & s. queãdmo. ser. amit. l. si is cui. in princi. vnde appellando ad maiorem dignitatem, videtur appellari etiam ad medium, secus si ad minorem appellat. ¶ † Quæro, quid si fuit appellatum ad principem omissis medijs?[f] Respondeo, idẽ vt ad proximum superiorem causa deuoluatur, vt. j. eodem. l. Imperatores. in principio. sed sed summ⁹ pontifex quantum ad se contrarium statuit, vt ad eũ solum appellari possit[g] omissis medijs, vt extra eo. c. si duobus. quod fortè factum est, vt maiorem curã habeat, de quo non curauit Imperator. ¶ Quæro, dicitur hic, † quòd si appellauit ad minorẽ, error ei nocet.[h] sed in quo? Respondeo, quia ex virtute eius appellationis non procedit, ac si appellatum non esset, fateor tamen quòd si est intra tempora appellationis q interim poterit appellare. argu. s. de accu. l. libellorum. §. q si libelli. & de exec. tuto. l. cum ex oratione. & s. vt ex legi. & senatuscon. bonorum possessio detur. l. prima. & hoc tenet Dy. & omnes. ¶ † Quæro, quid[i] si aliquis appellauit simpliciter, dicendo, appello? vel dixit appello, ad iudicem competẽtem vel ad superiorem, & similia, an appellatio valeat? Respondeo, sic argument. huius text. & j. l. proxima. & s. de verbo. obligatio. l. qui Romæ. §. penulti.

6

f

g

7

h

8

i

9

¶ Quæro,

ta in scholaribus, qui in quolibet grauamine omisso medio possunt appellare, etiã de iure ciuili. authen. habita. C. ne fi. ꝓ patre. & ibi Bald. in. vj. Et an omisso medio possit appellari ad prĩcipẽ, corã quo nullus ordo seruatur: tractat Inno. in. c. in causis. de re iudi. not. Bal. in. l. fi. C. de leg. & in. l. rescripta. C. de pci. impe. offe. & vide per Bart. j. ea. l. §. quid si post.

g ¶ Appellari possit. Intellige ad Papã. potest appellari omisso medio qñ appellat à iudice laico, q tũc erat subditus in tẽporalibus Papæ: ita loquit. d. c. si duobus. vel si nõ erat subditus, appellabat à tali, qui non recognoscebat superiorem, quo casu in subsidiũ põt appellari ad Papã. Ita refert dñs Abbas. post Host. in c. cũ Io. de fide instru. Adde an appellari possit ad superiorem omisso medio, vel ad iudicem competentem. Bal. cõsil. cclxxxvij. li. j.

h ¶ Ei nocet. Et q̃ sit ratio, quare si appellat ad minorem, talis error nocet. & an ipso iure fiat remissio ad cõpetentẽ: & an gesta corã superiore incompetente teneant, vide Mod. hic, & in. l. Imperatores. j. eo. & an interim possit appellare ad competentem intra tempus: tradunt hic.

i ¶ Quæro qd. Qñ appellatio est facta simpliciter, an valeat? vide p glo. de offic. deleg. c. is cui. in. vj. An sufficiat dicere appello: si non dicat ad quem: vel si dicatur ad quemlibet iudicem cõpetentem: vide Bald. in

9 ¶ † Quæro: dicitur[a] hic, quòd debet appellari ad superiorem? quis est ordo inter istos iudices? textus videtur hoc ponere. C. eodem. l. præcipimus. sed certè ibi loquit̃ de appellatione, quæ interponit̃ ad principem. quis sit ordo cognoscendi in curia principis: cum alibi interponitur appellatio, quis sit iste ordo dic vt per Speculatorem in titulo de appellationibus. §. nunc tractemus. sed quia hoc est limitatum secundum diuersas constitutiones curiarum: ideò ꝑse

10 qui omitto. ¶ Quæro tamen de quibusdam, † de quibus posset dubitari. pone, quòd est ciuitas quæ non recognoscit superiorem, eligit ipsa sibi rectorem, nec habet alium officialem: quis erit iudex appellationis? Respondeo: ipse populus, seu ordo, qui ipsum officialem facit: quia solus reperitur superior ipsi populo, & sibi Princeps est: vt not. in. l. hostes. infrà de captiuis. & hoc colligitur ex. l. secunda. §. exactis. suprà de origine iuris. vbi populus Romanus liber faciebat officiales: & ab eis erat ius appellandi, nisi expresse esset inhibitum. ¶ † Quæro, in aliqua[b] ciuitate est aliquod collegium, quod facit sibi aliquem rectorem, cui dat iurisdictionem: quod potest in lege finali. C. de iurisdictione omnium iudicum. quis erit proximus superior ad quem appellabit? Respondeo, ille qui est iudex ipsius vniuersitatis: vt rector ciuitatis. argumentum huius. §. & extra eodem. capitulo dilecti filij, prior & conuentus. Prædicta vera, quando ciuitas propriam legem habebat, secundum quam aliud iudicatur.

11 ¶ † Quæro, quid[c] si proximus superior non possit haberi? Respondeo: si quidem impedimentum est diutius duraturum, ad alium superiorem appellabit. argumen. l. si longius. in princi. s. de iudi. & j. de va. mu. l. penulti. in fi. & hoc cum sit impedimentū iuris, siue facti. vt extra de offi. dele. in. c. is cui. li. vj. Et ideò si poneremus ex casu, de eadem quæstione cognouisse iudicem inferiorem, & superiorē: & simul pronuntiasse, appellaret ad superiorē omisso medio: quo ad alium primum iudicantē minorem: quia proximus eū precedens, impedit eo, secundū

13 iudicauit: vt. l. eos. C. de appella. ¶ † Quæro, pone,[d] ex causa iudicauerunt simul iudex secularis & ecclesiasticus: ad quem appellabitur? Respondeo: ad superiorem iudicem ecclesiasticum. Non enim potest appellari ad superiorem iudicem laicum: quia ei non potest subijcere se, etiam si vellet clericus: vt in c. si diligenti. extra de foro compet. nec esset æquū, q vtriusque superior appellaretur: quia fortè in locis distantibus, & separatis sunt: nec possunt simul conuenire. appellabatur ergo ad superiorem iudicem ecclesiasticū, cui potest se subijcere iudex laic': vt per ipsum tota causa decidatur: ne causæ continentia diuidatur: vt. l. ij. s. de qui. reb. ad eum iudicē ea. & l. nulli. C. de re iudi. & arg. l. si cōmunem. s. quē

14 admo. serui. amit. ¶ † Quæro, pone q aliquis[e] episcopus, vel alius clericus non cognoscit, vt episcopus: sed vt Comes alicuius comitatus, qui erit superior: an inspiciemus superiorē respectu clericat', vel episcopatus. Canonistæ tangunt hoc extra eo. c. Romana. §. debet aūt. li. vj. vbi videt̃ tex. q ad supiorem iudicem ecclesiasticum. Inn. tangit extra de maio. & obe. c. solitæ. Spe. in d. §. nunc tractemus. ver. penulti. Veritas est ista: q si quidem illa dignitas comitatus est incorporata in patrimonium ecclesiæ liberæ: nec pro illa dignitate recognoscit dominum temporalem: quod appellatur ad forum ecclesiasticum? vt. d. c. romana. Si verò recognoscit dominum temporalem: vt quia haberet in feudum: tunc ad alium appellaretur, secundum decretum. s. alleg. §. Sed si poneremus, q clericus factus esset Rector alicui' ciuitatis, tunc appellaret ad superiorem illius ciuitatis. Non enim iudicat, vt episcopus seu vt clericus:

15 sed vt Rector talis ciuitatis. Et idem dicerem, † si vn' Rex haberet comitatum: & in illo iudicaret, vt Comes: appellaretur ad superiorem ipsius, inquantum Comes[f] non ad superiorem inquantum Rex: vt est casus. C. eo. l. si quando Duciano. & hoc quando appellatur ab ordinario. Quando verò appellatur à de legato. dicetur in. l. j. §. j. quis & à quo app.

SVMMARIVM.

1 *Duplex est libellus appellationis: vnus est ipsa appellatio: alius, qui datur iudici ad quem.*

2 *Appellatio, quæ fit viua voce, sufficit si ita fiat appello à te: vel à sententia.*

3 *Appellatio, que fit viua voce, potest fieri iudice sedente. Et si non appellatur viua voce, de necessitate appellatur in scriptis, & talis libellus dicitur appellatorius: & debet continere personam appellantis iudicis à quo, & sententiam, & contra quem. nu. 4.*

5 *Procurator contra quem lata est sentētia, ipse debet appellare procuratorio nomine. & in dubio dicitur appellare procuratorio nomine.*

6 *Appellanti in appella. sufficit exprimere nomen officij: licet nomen proprium iudicis non apponatur.*

7 *Sententia à qua appellatur, debet certa in appellatione demonstrari.*

8 *Apostoli necessario non petuntur in ipso libello appellatorio: licet consuetudo communiter obseruet, quòd instanter petantur. Et in libello appellatorio potest dicere quis, dico sententiam nullā: & si qua est, appello. nu. 9.*

10 *Iniquitas sententiæ necessario non requiritur meritò in libello appellatorio: licet consuetudo contrariū obseruet.*

11 *Libelli appellatorij debent dari iudici à quo, si haberi pōt aliàs iudici ad quem.*

Quando appellans timet iudicem à quo, sufficit appellare coram honestis personis.

12 *Libellus appellationis sufficit, si offeratur iudici absq; eo, quòd legatur.*

13 *Libelli appellatorij, qui datur iudici ad quem, forma.*

14 *Sententia per appellationem extinguitur, non tamen irreuocabiliter.*

Libelli.

¶ Libellus appellatorius, debet continere personam appellantis iu-

l. apertissimi. C. de iudi. & glo. & Bald. in. l. cum proponas. in fi. C. de bon. author. iudi. possi. & idem quod vult hîc Barto. tenet Spec. in ti. de appel. §. nunc tractem'. ver. sed & si quis. & hoc est verū de iure ciuili, secūdū do. quo casu appellatio qualitercunq; facta, reuertitur ad iudicem debitum. j. eod. in. l. Imperatores. secus de iure canonico. c. is cui. de offi. delega. in. vj.

Quid si dicat̃ appello ad iudicē incompetentē: an valeat? vide gloss. in d. l. cū proponas. C. de bo. autho. iu. pos. & ibi Bald. & in. d. l. apertissimi licet Pau. de ca. in l. qui Romæ. §. penul. s. de verb. obligati. hoc verum dicat de iure ciuili: quo iure iudex cōpetens est semper certus: qa semper debet appellari ad proximū immediatū. l. Imperatores. j. eo. & hic pro hoc facit: quia in generali sermone videtur inclusus ordo iuris. l. gall'. §. j. cum ibi no. de libe. & posthu. l. talem. in prin. de hę re. institu. dixi in d. §. penul. de iure autē canonico secus: quia debet appellari ad mediatū superiorem. ij. q. vj. §. ad Romanā. & d. c. dilecti. l ultimo. de app. Et est verum, q si intra decem dies datos ad appellandū, iste appellans declaret ad quē iudicē valet appellare: valet appellatio etiā de iure canonico, per id, q voluit elegās glo. in c. is cui. de offi. dele. in vj. Domi. Ioā. An. in c. in alternatiuis. de reg. iuris. in mercu. & q imò indistinctè valeat appellatio ista: appello ad cōpetētem iudicē tenet Imo. hîc: qa de iure cano. gradatim debet appellari præterquā in duobus. quorū vnus est sedes apostolica, & alter legatus sedis apostolicæ: vt in. c. j. de offi. dele. verū in dubio videtur in alijs. scilicet in iure cōi, & nō speciali. l. quanq;. & l. testamento. de test. mi. &c. & circa hāc materiā vide Spe. & Io. An. in ti. de appel. in. §. nunc tractemus. ver. sed si qs. cū se. & p Bal. in. l. iiij. C. e. & in. d. l. cum proponas. & ad hęc dicta adde omnino Pau. de cast. in. d. l. qui Romę. §. penul. s. de ver. ob. & quod ibi scripsi. Adde, an valeat appellatio ad sacrum consilium, vel ad summum Pontificem? Roma. consilio. cccxj.

a ¶ Quæro dicitur. Et no. q ad hoc, vt ad iudicem quis possit appellare? opus est, quòd ille iudex habeat mistum imperium: alias non potest ad eū appellari. Ita dicit Barto. in. d. l. j. §. solent. j. quando appel. sit. Et not. quòd non potest appellari ab eodem iudice ad eundem: vt in. c. cum sit Romana extra eod. lib. vj. tamen valeret consuetudo ad hoc inducta in appellando. c. ij. de consuetu. eodem lib. Et ad materiam vide Bar. in. l. ab executore. in prin. in. ij. co. j. c. & aliqua multum no. per eundē, in hac materia. in. l. §. solent. j. quando appel. non est neces. quòd iudex ad quem habeat merū, vel mistrum imperium: vt dixi. s. Et adde q nunq; potest esse iudex appellationis ille, qui semel fuit in cā recusatus, secundū Bal. in aut. habita. in. vj. c. C. ne fil. ꝓ pa. in ver. sed dubitatur. & an si ille, q iudicauit, successit iudici appellationis, possit ad eum appellari. &c. vide gl. & Bar. in. l. filius. in fi. s. de inoffic. testa. & dum dixi. s. de consuetudine. Adde secūdū do. An. in. c. dilecti. de appel. q valet consuetudo, q possit appellari omisso medio: secundū eundē in. d. c. dilecti. licet aptius Host. tenuerit cōtrariū in. c. sup quęstionū. in. §. intentionis. de offi. deleg. sed an possit appellari ad duos alternatiuè, vl' copulatiuè: vt hîc per Anto. & Moder. & Bal. in. l. appel. in. vj. co. C. eo. sed quid si vult pœnitere: vide in. l. si qs libellos. eo. ti. maximè per Bal.

b ¶ Quæro in aliqua. A quo appellādum sit, qn̄ sententia est lata à rectore alicuius collegij: vide p Bart. in. d. l. j. §. solent. Sed quid si ille actor interuenit in collegio, tanq̄ de collegio an poterit ad eū appellari tex. est q in. d. §. solēt. & in. c. à collatione. de appel. in. vj.

c ¶ Quæro quid. Quid si proxim' superior non potest haberi? vide in. l. vbi absunt. s. de tutor. & cura. da. ab his. & Barr. in. l. ij. ff. de offi. procon. & in. l. ij. quando fiscus vel priuat. cum quo Bal. transit Rom. in. l. si verò. §. de viro. in. iiij. fallentia. §. sol. mat.

d ¶ Quæro. pone. Quid si iudex ecclesiasticus iudicat de vna & eadē causa, ad quem appellabit: faciūt ea quæ habes. in. l. præcipimus. §. eodem obseruando. C. de app. & ibi Bal. & Sali. & ibi Bar. q ponit not. dictum. & ibi habes post eum & adde in simili dictum Barto. in. l. Iurisperitos. §. cum ostendimus. de excusa. tu. Adde ad quem appellari debeat: an ad iudicem ecclesiasticum an ad laicū. Alex. consi. clxxxiij. & Ro. consi. ccxlv.

d POMATES. ¶ Quæro pone. Vide Alex. consi. clxxxiij. in. ij. volu. & consi. clxvij. in eod. volu. vbi comprobat bene istud dictum Barto. & Feli. latè in. c. primo. col. iij. & seq. de præscript. in. c. cum ex officij. col. x. ad fin. eod. titu. & tenet & non ab regu. in rubrica de appellat. colum. v. & sequen.

e ¶ Aliquis. Quid si episcopus non cognoscit, vt episcopus: sed vt canonicus ad quem appellabitur? vide Bar. in. d. l. si quando. C. e. Dicūt tamen docto. in. c. inter dilectos de fi. instru. q si aliquis est eps & comes: & facit aliquid vt comes, debet sigillare, vt epus vide Ro. in. l. idēq. in. ij. charta. de ver. obl.

f POMATES. ¶ Inquantum comes. Vide Ro. consil. cccxxij. vbi sequitur pulchro casu, & confirmat aliquibus similibus.

¶ Oppon. & ſic non ſufficit produ cere appellationẽ loco libelli: idem dixit per illũ tex. Bal. in. l. ſi quis filio. §. hi autem. de iniu. teſta. & Bal. in. l. ſi qs libellos. C. de appel. dixit autem Im. in. d. §. hi autẽ. ꝙ tutiꝰ eſt libellũ formare: quia ꝑ appellationem nihil videt̃ petitũ à ſuperiore, ad quẽ appellatur: vt ex ſerie verborum appellationis apparet: & iudex debet impartiri officium ſuũ ad petitũ: & ad non petitum: ſed in ſummarijs & in quibꝰ ſufficit qualiſqualis petitio: hoc eſt clarum. In his etiã videt̃, ꝙ reſcriptũ poſſet produci loco libelli. & ſic intelligitur dictum In. c. dudũ. de cle. facit quod habet̃ in cle. ſępe. de ver. ſig. & illud dictũ Inn. etiã retulit in l. j. §. fi. ff. de va. & extra or. cog. qđ dictum limita, vt per Bal. ĩ. l. j. C. de ꝓci. imp. offe. quo ad iudicẽ: ſed non quo ad partem. qa imo requirit̃ libellus alius. & Bal. in l. j. & ibi textꝰ. C. quãdo libel. prin. da. ſit. vbi nota. Et quæ ſit cauſa appellationis facta viua voce. & qd ſi appellauit viua voce & poſteà in ſcriptis, quæ appellatio teneat? vide ꝑ Bar. in. l. litigatoribus. C. e. & ad Bar. hic vide. l. cũ ꝓcu. §. dominus. de ope. no. nun. Bal. in d. l. litigatoribus. Bal. in. l. eos. §. fin autẽ. & in. d. l. litigatoribus. C. eod. Adde quæ appellatio valeat, ſi primò viua voce appellat̃, ſecundò in ſcriptis. Bal. cõſi. cviij. iiij. lib. & per pau. deca. pulchrè conſi. xxv. & Ro. conſi. xlj.

dicis, à quo appellatur: ſententiam à qua appella-
tur: perſonam verò eius contra quem appellatur, de
neceſsitate non debet continere: ſed tempore ſenten
tiæ poteſt vno verbo appellari, dicẽdo, appello. hoc
a dicit cum. l. ſequen. & in princi. ſequen. ¶ Oppo[a].
de princ. l. Seio. Gloſſ. ſolu. duobus modis, tene pri-
mum. Quæro de quibus libellis hîc loquatur? Pro
1 cuius euidentia ſciendum eſt: quòd vnus eſt libel-
lus appellationis hoc eſt ipſa appellatio: alius eſt
libellus, qui datur iudici ad quem eſt appellatum: vt
ſuper appellatione procedatur. & iſtos duos mo-
dos proſequitur Specula. in titu. de appellationi. in
quarta parte. §. nunc dicendum reſtat. & in. §. præce
denti. ſed licet ſic de conſuetudine admittatur: tamẽ
non eſt neceſſe. ſufficit enim quòd coram iudice ap
pellationis producatur appellatio facta coram iudi-
ce, à quo appellatur, & petatur ſuper ea procedi ab-
ſque nouo libello. hoc videtur velle tex. in authent.
de his, qui ingre. ad appel. §. volumus. & Innocent.
videtur tenere de officio delega. capitu. cum contin-
gat. circa finem magnæ gloſſæ. tamen circa formas
2 prædictas aliquid videamus. ¶ †Et primò circa ap
pellationem, quæ fit viua voce, apparet formã eſſe
vulgatem. Sufficit enim dicere appello: vt hîc. & ſub
intelligas appel. à te: à ſententia, quam ſtatim pro-
tuliſti inter me, & aduerſarium meum, in tali cauſa.
hoc probatur hîc: & in. l. litigatoribus. C. eodem.
3 ¶ †Sed quæro, quanto tempore duret iſta facultas
appellandi viua voce? dicunt quidam tota illa die. ar
gumen. huius text. dum dicit ipſo die. & j. eo. l. à ſen
tentia. in fine. Nam cum ipſa die liceat: ergo in qua-
libet parte diei debet licere. In contrarium videtur:
quòd poſsit facere ſtatim, antequàm iudex ad alia
facienda diuertat: vt. l. litigatoribus. C. eodẽ. Alij di-
b cunt, ꝙ hoc poteſt facere iudice ſedente[b] pro tribu-
nali. arg. l. diuus. ſ. de in integ. reſtitu. & illud cõmu-
4 niter obſeruatur. ¶ †Secundò quæro, quando appel
latio non fuit interpoſita viua voce, quando poſsit
appellari. Reſpondeo: tunc de neceſsitate eſt appel-
landum in ſcriptis: vt hîc. & j. eod. l. à ſententia. in fi.
& l. litigatoribus. C. eo. Et iſti dicuntur libelli appel
latorij: & debet iſte libellus appellatorius continere
ea, quæ hic dicuntur. ſcilicet perſonam appellantis,
5 iudicis à quo, & ſententiam, contra quem. ¶ †Sed
dubitatur circa primum, quid ſi procurator eſt con
demnatus, & appellat: an debeat appellare proprio
nomine: an ꝓcuratorio nomine domini: nam cũ ipſe
ꝓcurator ſit dominus litis effectus, & in eum ferat̃
ſentẽtia: vt. l. j. C. de ſentẽ. & interlo. omniũ iudi. vi-
detur quòd ipſe debeat appellare. Veritas eſt, ꝙ de
beat ꝓcuratorio nomine appellare: vt. j. quãdo ap-
pellã. ſit. l. j. §. in ꝓpria. Puto etiam, ꝙ poſsit ꝓprio
nomine appellare. vt. j. eod. l. ab executore. §. j. & ibi
no. ꝙ ſi ſimpliciter diceret appello: nec adijceret cu-
c ius noĩe, intelligeretur[c] ꝓcuratorio nomine dñi: vt. l.
fi. ſ. de inſti. & l. penulti. ſ. ſi qs cau. ¶ Quæro, quid
de his, qui appellant pro alijs, cũ nullũ habeant man
6 datum, dicam. j. eo. l. non tantũ. ¶ †Super ſecundo,
ſcilicet de perſona iudicis à quo: puto ꝙ ſufficiat, ſi
ponatur nomẽ iuriſdictionis, vel tribunalis: licet no
men ꝓpriũ non exprimatur. Nam non debet appel
lare aduerſus eum, vt aduerſus priuatã perſonã: ſed
tanꝗ à tali dignitate. igitur ſufficit ſi nomen digni-
tatis exprimatur: vt. l. ſi cõmunis ſeruus ita. ſ. de ſti-
pul. ſeruo. ¶ Sup tertio. ſcilicet, ſup ſententia à qua
7 appellatur. dicit gloſſ. ꝙ †debet inſeri res, ſuper qua
eſt lata ſententia. Puto tamen, ꝙ ſufficiat ſi expri-
matur tantum, ꝙ ſententia certa demonſtratur: vn-
de cum dico: appello à ſententia lata tali die per vos
non eſt neceſſe, ꝙ inſeratur res: ſuper qua eſt lata,
& ſi dico rem, non eſt neceſſe, ꝙ dicam diem. Quod
enim vna demonſtratione demonſtratur, amplius
demonſtrari nõ eſt neceſſe: vt. l. j. in fi. ſuprà de dote
præle. vnde quocunꝗ modo appareat, quòd certa,
d ſententia eſt, ſatis eſt.[d] ¶ †Quærit gloſſa, vtrum in
8 ipſo libello appellatorio debeant peti apoſtoli.[e]
e Quidam dicunt, quòd ſic. Veritas eſt, ꝙ non eſt
neceſſe: ſecundum Dyn. & alios quod. apparet. quia
tempora ſunt diſtincta: nam aliud eſt tempus ap-
pellationis. & aliud eſt tempus petendorum apo-
ſtolorum: qđ eſt triginta dierum: vt. C. eod. l. iudici-
bus. & j. de lib. dimiſſ. l. j. cõiter tamen obſeruatur:
ꝙ in ipſa appellatione apoſtoli inſtanter petantur:
vt extra de appel. c. ij. in cle. in princip. tamen ſi ſepa
9 ratim fieret valeret: per ea, quæ dicta ſunt. ¶ †Quæ
ritur, vtrum in ipſo libello appellatorio poſsit quis
dicere dico ſententiam nullam: & ſi qua eſt appello.
Glo. ꝙ ſic: in. l. j. C. quando prouo. non eſt neceſ. di-
10 cam in. l. ſi expreſsim. j. eodem. ¶ †Quæro, vtrum
in libello appellatorio debeat fieri mentio[f] de ini-
f quitate ſententiæ? videtur ꝙ ſic: vt hac. l. in princip.
& l. præfecti. ſ. de mino. & ita communiter obſer-
uatur. Puto tamen, ꝙ etiam ſi hoc non exprima-
tur, procederet appellatio: vt hîc. cum non dicatur,
ꝙ debeat hoc exprimi. Preterea dicendo appello, vi
11 deor dicere iniquam. ¶ †Quæro,[g] cui debeant dari
g iſti libelli appellatorij? Glo. dicit & bene: ꝙ debent
dari iudici à quo appellatur: ſi haberi poteſt: aliâs iu
dici ad quem: vt ſuprà quando appella. ſit. l. j. §. dies.
& §. ſi quis. Item ſi aliquis timeret iudicem à quo
appellatur: ſufficeret ſi interponeret̃ appellatio co-
ram perſonis honeſtis: vt. l. ſecũda. C. de his, qui per
metum iudic. non appella. Iſte autem metus quali-
ter probetur: dixi. in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi præ
12 tori. ſ. de no. ope. nunc. ¶ †Quæro, vtrum ſufficiat
iudici offerre libellum appellatorium: an debeat co
ram ipſo legi? Text. eſt: quòd non requiritur legi. ex
tra eod. c. appellatio. libro. vj. Prædicta verò in ap-
pellatione à diffinitiua. Appellatio verò ab interlo-
cutoria: an debeat in ſcriptis fieri? gloſ. tangit hîc. di
cam in. l. ij. j. de appella. re. ¶ Tertiò, eſt videndum
13 de libellis, qui dantur iudici † ad quem eſt appella-
tum. Et ſi quidem teneremus id, quod ſuprà dixi:
quòd hoc caſu libellus non ſit neceſſarius: tunc hoc
non eſſet videndum vlterius. ſed quia communis
practica ſe habet in contrarium: ideo iſtorum libel-
lorum videamus formas. Et in iſtis libellis debent
inſeri omnia, quę dicta ſunt in libello appellatorio.
debet etiam inſeri tenor appellationis iam interpo-
ſitæ. & in eo debet eſſe concluſio talis: Quare peto
per vos pronuntiari, per me bene, & iuſtè appella-
tum eſſe: & malè & iniquè iudicatum eſſe: vt præal-
le. l. eos. in princip. C. eo. Alij verò addunt dicentes:
peto dictã ſententiam tanquã iniquam remedio ap
pellationis caſſari, & irritari. & iſtam formam vide-
14 tur ponere Spe. & cõſuetudo obſeruat. ¶ †Sed huic
h oppon.[h] ſententi. per ſolam appellationem eſt caſ-
ſata, & irrita: vt. ſ. ad Turpil. l. j. in fine. & dixi. ſ. eo-
dem. l. prima. in princip. quomodo ergo petitur à
iudice caſſari iterum: contra. l. quæ ſub conditione,
in fine. ſuprà de conditio. inſtitu. Reſpõdeo, per ap-
pellationem ſententia extinguitur: non tamen irre
uocabiliter. Quòd autem in libello petatur caſſari,
& irritari, intelligitur irreuocabiliter. Poſſet etiam
dicta concluſio aliter formari. ſecundum diuerſita-
tem caſuum, ſuper quibus formatur appellatio.
Quid enim, ſi reus abſolutus eſt: & actor appellet,
certè rectè poterit actor concludere ſic: peto pronũ
tiari bene & iuſtè appellatum: & iniquè iudicatum
& reum peto mihi cõdemnari in quantitate petita.
Hoc enim caſu iudex appellationis etiam condem-
nem appellationis posteà factam:vt est tex.in.d.c.licet.Secus esset si pro-
cessus fieret per desertionem per iudicẽ à quo est appellatum:quia tũc va
leret,etiam si appellans nunq̃ fuisset citatus:imo quod plus est,ipse vt ve
rus contumax non posset appellare ab interlocutoria , vel diffinitiua lata
contra eum absentem.c.personas.&.c.sequen.de appel.& not.eod.titu.c.
dilecti.vbi verò quis appellasset ab interlocutoria iniustè, vel non ritè :vt
quia non appellasset in scriptis,vel nõ expresisset causam grauaminis spe
cialiter :tũc clarum est quia dicit verus cõtumax:ꝙ iudex à quo pôt pro-
cedere ad vlteriora,eo amplius non citato.c.ij.de dolo & contu. in. vj. &
cle.j.eo.titu.& ad hîc dicta per Barto.vide doc.in.c.super eo.l.ij.de appel.
f ¶ Videatur recusare. Qui non appellauit amplius non est citandus: quia
est verus contumax:vt nota.Innocen .in.c.ex ratione.de appellatio.quod
not.ad ea,quæ dixit Bald.in.l.ab executore.C.quo.appel.& adde Barto.in
l.qui Romæ. §.Seia.de verborum obliga.& Bartol.in.d.l.fin.in princip.
vlti.col.in.l.intra vtile.de mino.
g ¶ Tertiò quæro . vtrum in causa appellationis ab interlocutoria debeat
lis contestari.Et adde ad Bartol.hîc, quòd Bald.in auc.si omnes.C.si vt se
ab hæredi.absti.firmat,quòd in terlocutoria nullo modo litis contestatio
requiratur.Idem in auc.hoc sacramentum hodie.C.de iura.cal.& idem Spe
cu.in titu.de lib.concep.§.nunc dicendum.& domini de Rota deci.viij.&
do.Abba.sicul.in.c.Raynaldus.de test.licet Ioan.And.in.c. Raynaldus.di
cat in interlocutoria requiri:in diffinitiua non.

quæ habe-

quæ habemus,in.l.eos.§.j.C.de appel.& de tempo. appel.l.per hãc. Sed in appellatione ab interlocutoria determinatũ est,ita ꝙ solũ ex primis actis iustificari,vel impugnari debeat:vt extra de appel.c.appellanti.[a] in cle.& hoc verum est de iure ciuili:vt.l. ait prætor.§.permittitur.s̈.de mino.vbi tex.ita demum appellari permittit occasione minoris ætatis: si illa minor ætas allegata fuit in priori iudicio. hoc declarat̃ per rationem. Appellatio ab interlocutoria fit ratione grauaminis illati à iudice:quia aliquid facit contra.l.vt.s̈.dictum est:licet si aliquis vellet iustificare appellationem suã ex aliqua causa, quæ nõ fuisset iudici nota, non probaret, iudicem intulisse sibi grauamen:& ideo appellationem non iustificaret. Oportet ergo, quòd hoc faciat ex primis actis, quod non est intelligendum simpliciter, vt corã iudice appellationis nihil sit probandum:sed est recurrendum ad distinctionem positam in tex.in.c.interposita.extra de app.quia aut ille,qui allegauit cãm corã iudice,obtulit se probaturũ:& iudex nõ admisit.& statim apparet grauamen, etiam si cã nõ esset vera. Aut non obtulit se probaturũ:& tunc corã iudice appellatiõis debet probari de veritate causæ:vt ibi dicitur.Itẽ si iudex à quo appellatur, non fuisset passus acta facta corã se scribi,vel appellãti copiam dari:poterit pars appellans per testes coram iudice appellationis hoc probare.argu.C.vt lite pendẽ.l.ij.

9 ¶ Quintò,†quæro[b] qualiter sit sentẽtiandum,cum appellatur ab interlocutoria,videlicet, vtrum in scriptis,vel sine scriptis? Et videt̃ ꝙ sine scriptis:qa ista sñia vr̃ interlocutoria,sicut prima arg.eius,quod no. in.c.fi.extra de re iudi.in cle. Et contra vr̃, ꝙ debeat sententiari in scriptis,sicut appellat̃ in scriptis,& cõtestatur lis,qñ agit̃ parte præsente:vt dictũ est.& sic videt̃ lis ordinaria,& sic obseruatur. Nã in cã appellationis vertitur plus cognitiõis,ꝙ̃ interlocutoriæ: quia per hoc tota cã deuoluit̃ ad superiorem :vt statim dicam.

10 ¶ Sextò † quæro,si pronunciatur bene appellatum,an tota causa deuoluatur ad iudicem appellationis?de iure canonico non est dubiũ:vt extra de appellationibus.c.cordi.lib.vj.de iure verò ciuili potest dubitari. Cyn.C.de tempo.app.l.per hanc.in vij.q.videtur tenere idem de iure ciuili.& nihil allega.ad hoc. Tamen hoc puto verum, [c]quia casus est in.l.si quis prouocatione.C.de appel.secundũ lectu. Pla.vbi ab iniuria facti,vel dicti potest appellari,& tota causa transfertur ad superiorem. Not. quod dicit de iniuria dicti. Si enim apparet, quòd iudex grauauerit partem:apparet ꝙ ei fecit iniuriam dicto.ergo &c. Si verò pronuntiaretur malè appellatũ:tunc reuerteretur causa ad primum iudicẽ:vt.l.intra vtile.s̈.de mino. Quod est verum,si appellatus voluerit:aliâs secus:vt.d.c.cordi.quod satis potest dici verum de iure ciuili. Cum enim appellãdo ab eo dixerit se grauatum,& corã superiore est per consequẽs litigandum:nec põt recusare illum iudicem, quem ipse elegit:vt.C.de lit.contest.aut̃. offeratur.&.l.cũ Papi.C.de senten.

LEX V.

Si cuius. ¶ Appellatione interposita siue sit recepta,siue non, debet officium iudicis cõquiescere,& attentata reuocant̃ per superiorẽ.h.d.vsq; ad versic .planè.

1 ¶ †No.ꝙ facta appellatiõe pendente,reuocant̃ p officiũ iudicis ad quẽ:de quo.s̈.de admini.tut.l.chirographis.§.j.& p Ioan.And.de ap.c.non solũ.lib.vj, & dicam.j.tit.ij.l.j.ver.planè.videte per vos,

Intra constituta.

¶ De isto tempore, & de alijs dicã j.titu.j.l.j.

LEX VI.

Sciendum. ¶ Etiam appellatione non recepta nihil innouari debet. Itẽ apostoli etiã refutatorij ita debẽt dari,ꝙ partes,quid in eis contineat̃ intelligãt.h.d. ¶ Op.C.quo.app.non reci.l.ij.& tertia & fi.Sol.hoc intellige .nisi in casibus,[d] in qbus est notoriũ de iure appellationẽ non debere recipi:vt in contrarijs: sed hîc quando erat

2 certum, ꝙ debebat recipi,vel erat dubium. Item†de hoc,an appellatio debebat recipi,cognoscit superior vt.j.tit.ij.l.j.quæ cognitio fit summatim:vt.C.quo. appel.non reci.l.j.& licet glo.ibi dicat, ꝙ requiritur plena [e] probatio:intellige quo ad probationẽ summariam,non quo ad ordinem:quia fiet fortè parte absente,secundũ Inn.& Hosti.vt ipsi dicunt extra de offi.deleg.c.pastoralis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio,quòd non admittitur in causa alimentorũ,quando petuntur officio iudicis:secus si iure actionis.*
2 *Appellatio semper cum causa,admittitur etiam in omnibus casibus,in quibus non admittitur.*
3 *Appellari ab iniquitate legis,uel statuti,quando poßit?*
4 *Appellari quando poßit ab actibus extraiudicialibus?*
5 *Appellationis ab actu extraiudiciali,debet inseri causa,& probari:ut attentata interim reuocentur.*
6 *Appellari ab arbitramento lato per arbitratorẽ potest ex iusta causa:& attentata interim reuocantur, & tenetur tempora appellationis obseruare.*
Arbitramentum est transactio.
7 *Appellationis tempora,qui petit reductionem ad arbitriũ boni uiri ab arbitramento,nõ tenetur obseruare.*
Appellare ab actu extraiudiciali,qui litem non finit,quando quis poßit?
8 *Sentẽtiæ maioris partis creditorum statur,nisi minor pars euidenter ostenderet opinionem illorum manifestam continere iniquitatem.*
9 *Appellari ad superiorem potest,cum consanguinei in puella maritanda plures inter se discordant.*
10 *Appellari à uenditione pignoris fienda per creditorẽ,quando poßit?*

LEX IIII.

Si res. ¶ Primò ponit regulam, ꝙ si res dilationem non recipit,non potest appellari. Secundò hanc regulam declarat per tria exempla. Tertiò ponit duos casus.in quibus non licet appellari : qui non ponuntur in dicta regula. Secunda,ibi;veluti. Tertia ibi:item si ex perpetuo. ¶ Ad primum.s̈.circa regulam gloss.ponit exemplum de.l.constitutiones .s̈. de appel.& bene.

1 Dy.ponit †aliud exemplum.s̈.in causa alimentorum,[f] cui congruit quod.j.sequitur in textu de annona in vsum militum destinãda. Pro hoc facit ĩ aut̃,vt lic.mat,& auiæ.§.illud.& hoc verũ si alimẽta petuntur officio iudicis,& sic propter inopiam,argu.s̈.de re iudic.l.ij.& de fer,l.ij.secus si iure actionis,vt.C.de ap.l. & in maioribus.ita dicit Gul. de cug.s̈.de his,q sunt sui,vel alie.iur.l.ij .& fuit opi. Mar.de fano:vt refert Specu.in titu.de appella.§.in quibus.ver,sed nunquid quando. Et idẽ in alijs causis,quæ dilationem non recipiunt:vt,d.§,in quibus. versi.viij.dic,vt ibi.

2 ¶ Sequitur †ne testamentũ aperiatur:vt.j.ne hæres scriptus in possessionem mittatur.cui concordat.C.quo app.non re.l. quisquis.Io. an.extra de offi.deleg.c.j.intelligit,ꝙ nõ põt appellari,nisi adiecta causa.[g] Et sic debet inseri causa,sicut

a ¶ C.appellanti. Limita, nisi esset lata contra contumacem vel absentem, secundũ Bar.in.d.§.permittitur.quod est valde no.& istis adde Inn.in.c. penul.de ope.no.nun.& Bal.in .l.inuitus.C.de procur.referentem Dy.& Bal.in.l.ij.in vltima char.de rescindenda vendi.& limita.in hoc.d.clemen. appellanti.vt per Baldum in.l.generaliter.§.j.C.de reb.cred.& Innocẽ.in c.quo ad consultationem.de re iud. vbi voluit,ꝙ si lata interlocutoria nõ appellaui,post eã à diffinitiua potero ex nouis & ex antiquis actis, seu causis reparare grauamẽ interlocutoriè , quod no.& vide Barto. in.l.eos.§.sin autẽ. C.de appel . & ibi doct.& vide Bar. in.d.l.generaliter. §.j. & dicit nota. Bal.in.d.l.inuitus in vlti.colũ.ꝙ ista regula fallit, nisi probatiões de nouo emergant. Et multis modis limitat.d.clemẽ.appellanti .Bal. in.l. per hanc. in vltima colum.de tempo. appel.& vno modo limitat per Imol.in.l.recusare.§.si quis alio.s̈. ad Trebelli.& est dictum do.Anto. aliâs doct.in.c.ex parte.de appella. el.j. pluribus etiã modis limitatur d.clemen . appellanti.vt per Bald. in repet.l.ij. circa vltimam colũ .de rescin.vend.& ad d.clemen . appellanti.vide Bald.in l.arbitro. qui satisda.cogan.

b ¶ Quintò quero. Adde quòd text. in.c.ĩterposita hîc allega.dicit, ꝙ appellatio iustificat̃, si appellans offerat se ꝓbaturum causas expressas. Sed quid si nihi ille dicat?dic quòd idẽ:quia illud subintelligitur. text. est multum not . in, c.exhibita. de iudic.quo casu sufficit se probare ad iustificationẽ appellãtis, ꝙ ipse obtulit se incõtinenti probaturũ. Nõ autem requiritur, ꝙ probet iustè vel iniustè appellatũ; vt.d.c,interposita.quod tene menti. Et ad prædicta adde Bal.in.l.ante sententiæ,in fi.j.colum.C.quo.appel.& not.per gloss.mag.in fin.in.c.romana.de appel.in.vj.

c ¶ Puto verũ. Adde, ꝙ hoc est verum etiã quo ad iudicem delegatum sine noua cõmisiõe,secundũ Inn.Hosti.& Io.an.in.c.vt debitus. de ap.& no. Salic.in.l.j.C.quãdo prouo.& in.l.si vt ꝓponis.& in.l.si pses.C.quo & qñ iud.& ad Bart.hîc adde Bal.in.l.intra vtile.in fi.de mi.& in.l. eos.in principi.C.de appel .Et adde prædictis Imo.in.l.iudex postꝗ̃.de re iudicata. in.viij.colum.qui sequitur Hostien.in loco præallega.& vide quæ ibi dixi per Pau.de leaza.in cle.sæpe.ad fi.in.j.colum.de appel.& in.c.vt debitus.in.iij.colum.eod.titulo.& ibi per domi.Anto.in vlti.char.Sed quid si aliqs ap. ab interlocutoria , posteà appellat à diffinitiua,vtrũ vna absorbeat aliã? Bal.in l.generaliter.§.j. C.de re.cre.tenet, ꝙ non:sed bñ cogitur eligere,quã velit ꝓsequi. Idẽ Inn.in .c,dilecto. de appel.

d ¶ Nisi in casibus istis. Adde Bar.in l.j.C. quo.ap .Eo autẽ casu,quo iudex nõ defert,tenet̃ parti lęsę secũdũ Bald.in rub.in fi.C.de pœ.iud.& per istũ tex. dicit Bald.in.l.iij.in.ij. col.C.de ap.ꝙ vbi iudex à quo detulit appellationem iudici ad quem,tenet̃ admittere. Et qñ iudex à quo vult recipe appellationẽ, qd debet facere?vide Baldus ibi in vltima columna.

e ¶ Requiritur plena. Adde Bart.in l.iiij.§.hoc autem. in fi.de dam.infec. licet contrariũ teneat in.l.j.C.quorum appel.

f ¶ Causa alimentorum à sñia lata. in causa alimentorũ non appellatur. Adde Barto.in.l. Mela.& quod ibi dixi de ali.lega.& in.l.solent eod.titu.& Guid.de suza.in.l,de alimentis.de transacti.& Bald.in.l.nemini. C.de summa trinita. Adde ꝙ Guido de suza. in.l.si iudex . ff.de his, q sunt sui vel alieni iuris, vt refert Ioan. Andræas in addit. ad Speculi. in loco allega .per Barto.tenet quòd potest appellari à sententia lata super alimentis præstandis , maximè si habeat vnde se alat,& si non habeat ,appellans teneatur interim præstare alimenta appellato:tamen Ioan.Andræ.de hoc se remittit ad.c.super elect.de causa pos.

g ¶ Adiecta causa, nota,quòd in casibus , in quibus est prohibita appellatio.intelligitur sine causa;secus cum causa. Idem tenet Baldus in lege quisquis.C.quo appellatio.& in lege prima.in secunda columna.C.si de modo posidendi.

in appellatione ab interlocutoria. dixi. s. eodē. l. ij. ¶ Sequitur in tex. si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, non licet appellare glo. allega. s. de appella. l. ex consensu. §. fin. Ex quo intelligitur hic, quòd si contra contumacem peremptorio edicto citatum, aliquid decernatur, non licet appellare. Alij intelligunt perpetuo edicto. i. l. perpetua. Et sic dicunt hic

3 † casum, quòd ab iniquitate legis, vel statuti, non potest appellari.[a] Facit. j. de verborum significationi.

a l. si qua pœna, secundùm Dyn. Istam quæstionem. posui in. l. omnes populi. s. de iustitia & iure. & ibi dixi sic: si statutum sit generale, non potest appellari vt hic, secundum Dyn. & l. si qua. & l. ij. §. exactis. supra de origine iuris. vbi videtur casus. Sed si fieret contra certam personam, tunc posset appellari: vt suprà qui & à quibus. l. si priuatus. & de pollici. l. toties. in fine. & s. de appellatio. l. si constat. Dico etiã, si statutum prima facie est factum generale: sed in veritate contra vnam personam factum est: vt sæpe

b accidit:[b] potest per superiorem corrigi. argum. s. de doli excep. l. j. in fi. prout ponit de dolo, qui cōmittitur in legibus cōdendis. Verumtamen Dynus dicit. C. quæ sit longa consue. l. j. in. iiij. quæ. principali circa finē. quòd si ille, qui ex tali statuto læditur con

c tradicit, non nocebit sibi.[c] Quod limita secundũ ea quæ no. Innocen. in. c. cum accessissent. extra de cōstitutio. ¶ Sequitur in text. Item quominus pignus vendere liceat, appellari non potest. Duobus modis intelligit glos. Vno, quòd à sententia iudicis, in qua continetur, quòd factæ sunt denuntiationes debitori à creditore, non potest appellari. Quod intellige, sine causa. Si em̃ iudex grauaret ex causa, potest appellari: sicut si excederet modũ in exequendo: vt. C. quo. appellati. non recip. l. ab executione. Alio modo intelligit, quòd ab ipsa venditione non potest appellari, cum nulla præcessit sentētia. & sic non est

4 actus iudiciarius. ¶ † Et sic secundum hoc habes casum, quòd ab actibus extraiudicialibus non potest appellari. Cuius rei gratia istud examinemus. vtrũ sit verum, quòd de iure ciuili ab actibus extraiudicialibus non potest appellari. textus videtur, quòd sic. s. de appellationi. l. à sententia. §. item que rescripsit. vbi dicit, quòd à transactione appellatur. licet glossa, ibi destruat illum textum, & dicat quòd legatarij non appellant: sed actione ex testamento petunt legata. ¶ Sed antequam procedam vlterius, quæro, quid releuat: vtrum ibi legatarius appellet, vel agat actione ex testamento? Respondeo. si dicimus posse appellari, à die appellationis interpositæ omnia attentata reuocabuntur per officium iudicis ad quem appellatur. etiam antequam vincat in causa appellationis: vt. s. eodem. l. si cuius. & j. titu. ij. l. j. & ibi dicam. Si non posset appellari, hoc non contingeret. Quid ergo dicemus? de iure canonico, non est dubium, quòd ab actibus extraiudicialibus, ex quibus qs grauatur: vel dubitat ex causis verisimilibus, ne grauaretur, potest appellari: vt extra dè appellat. c. bone. & talis appellatio nonest propriè appellatio

d sed prouocatio[d] ad causam: vt extra de appellatio. ni. capitulo. cum sit Romana. versiculo si vero. Hoc præmisso arguo sic. Solùm in nuntiatione noui operis reperitur, quòd facta nuntiatione extra iudiciũ, si quid attentetur, contra destruatur solùm, ex hoc quod attentatum est post nuntiationem: vt. l. j. s. de nouis operis nuntiatione. ergo in contrarium est ius commune. Et pro hoc videtur hîc casus. Solutio. dic quidam sunt actus, qui fiunt extra iudicium per modum cuiusdam iurisdictionis: vt electionis ad officia. & in istis sine dubio potest appellari, cum distinctione, vt dixi suprà, quando appellan. sit. l. prima. §. solent. Et idem de alijs, quæ fiunt inter plures, ad quos spectat aliquid facere, vt ad vniuersos: vt extra de his, quæ fiunt à maior. parti. capituli. c. j. & ibi de hoc. & C. de appella. l. si ad scribatum. & l. ciues, cũ simi. Quidam sunt actus, qui exercentur aliter, quã per modum iurisdictionis: nec spectant ad plures: vt vniuersos: sed vt singulos. & tunc aut sunt actus, qui imponunt finem litibus, vt transactio, vel iusiurandum. & tunc sine dubio non possunt appellare partes, quorum consensu factum est. Sed alij, qui læderentur appellare possunt: vt. d. l. à sententia. §. j. idemq; rescripsit. non faciendo vim literæ. ¶ Et est

5 † aduertendum, quòd in tali appellatione oportet, quòd inferatur causa legitima, & probabilis: vt si dicant in fraudem eorum factum: vt expresse dicit textus in dicto. §. idemq; rescripsit. Sic ergo ille text. cum iure canonico concordat, necest, qui repugnet. Quare illum text. glossando destruimus: & sic inducimus discordiam inter ius canonicum, & ciuile.

6 ¶ Eadem ratione dico, quòd † cum arbitramentum arbitratoris assumpti super aliqua lite, finiat litem: & sit transactio: quòd ille, contra quem fertur, ex iu

e sta causa poterit appellare:[e] & habebit prædictum effectum, vt attentata interim reuocētur: vt dictum est per dictum. §. idemque rescripsit. & debebit obseruare tempora appellationis: vt in capitulo. sicut appellationem. de appellatio. in clementi. si tamen nolit appellare: sed aliàs iure actionis, vel officio iudicis petere, ad arbitrium boni viri reduci, non tenetur obseruare illa tempora. sed seruatur id, quod dixi in lege si societatem. §. arbitrorum. suprà pro socio.

7 ¶ Si verò non † est actus, qui litem finiat: tunc aliquando est actus factus, cœptus & perfectus: aliquando cœptus tantùm, nondum perfectus. aliquando nec cœptus, nec perfectus: sed comminatus. Primo casu, nescio de iure ciuili, quòd possit appellari. sunt tamen alia prodita remedia: vt quod indebitè factum est, tollatur: vt: interdictum quod vi, aut clam. & actio aquæ pluuiæ arcendæ, & multa similia: & omnia interdicta restitutoria. ¶ Secundo casu, habemus nuntiationem noui operis: tamen in illa hoc est speciale, quòd talis nunciatio, vel prouocatio ad causam, non requiritur: vt. l. prima. in principio. & ibi nota. suprà de noui operis nunciatione. In alijs verò, hoc non reperio. sed pro eo, quod timemus persici, possumus dicere idem, quod statim dicam. ¶ Tertio casu, quando actus non est cœptus, nec perfectus, sed comminatus: vel de eo verisimiliter dubitatur ex iustis causis: tunc dico, quòd in omnibus casibus, in quibus iudex potest adiri, & eius officium implorari ne fiat: in illis extra iudiciũ

f potest appellari:[f] hoc est, supponere se protectioni talis iudicis, & protestari ex eius parte: vt nulla fiat nouitas. Tunc si posteà iuerit ad iudicem, reuocabuntur attentata interim: vt. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. s. de nouis operis nuntiatione. & dicto capitulo. bonæ memoriæ. extra de appella. Sed isto casu debebit talis appellatio, seu protestatio fieri in

g serta, iusta, & verisimili causa:[g] vt. d. c. bonæ. & argumen. C. de his, qui ad statu. confug. l. prima. Pone aliqua exempla: timeo, ne quis me offendat in persona. vt. C. de his, qui ad eccle. confugi. l. de nuntiamus. vel timeo, ne res meæ indebitè occupentur: vt

8 l. iij. C. qui bonis ced. pos. Vel † pone in casibus, in quibus statur sententiæ plurium creditorum, vel maioris partis: vt. s. de pact. l. maiorem. & l. si plures. Quod intelligo, nisi pars minor ostenderet euidenter, quòd opinio illorum manifestam contineret iniquitatem. argumento. s. de inofficioso testamento. l. si pars. Isto casu pars minor poterit appellare à sententia, inserta illa causa manifestè iniquitatis. Et per hoc maior pars prohibetur vltra aliquid attentare: & si quid fecerit, reuocabitur. ¶ Item exēplum est

9 in pluribus consanguineis, cum discordant † de ma-

h ritanda puella:[h] quia appellabitur ad superiorem. argum. C. de nup. l. j. & l. viduæ. & l. in coniunctione.

10 Nunc † in proposito in casu huius legis à venditione pignoris non potest appellari: scilicet simpliciter, &

a ¶ Appellari. vide Bal. in. l. à iudicibus. C. de ap. & in. l. quisquis. C. quo. ap. & in. l. j. §. de leg. Et ideo dicit Bal. in. l. j. in. vj. colũ. C. ne ex delic. de fun. q̃ à pœna nō pōt appellari, cũ sit à lege imposita. & vide ad prędicta, Bald. omnino. in. l. j. §. similiq; modo. el. j. C. de lat. lib. tol. ab extra. Iste tex. facit, quòd in causa damni infecti nō possit appellari. de quo vide Spe. in tit. de offi. iudi. §. iudicis officiũ in ver. sed an eidē. & in tit. de ap. §. in qbus. ĩ ver. sed mō q̃ro, iudex. Sed dubiũ facit. l. placet, vt iudicibus. C. de peda. iudi. iũctis his quę no. in. §. duas. in. l. iij. s. de dã. ĩfe. Et pōt dici, q̃ vbi causa non recipit dilationē nō possit appellari: vt hic p Bar. & i. l. iiij. §. hoc autē. de dã. ĩfe. Sed an à sententia lata, q̃ faber recedat, nec stet iuxta scholas. iuxta ea, q̃ notã. p Bart. j. l. j. sol. matri. ĩ fi. possit appellari? Bal. multũ no. i. l. j. in fi. C. si de mo. pos. tenet q̃ nō. p hãc. l. qđ not. Et adde, q̃ à sentētia lata sup excusione nō pōt appellari, secũdũ Bal. in l. ij. ĩ vlt. col. C. qñ fisc. vel pri. Bar. videt tenere contrariũ i. l. à Diuo. §. ĩ exec. & ibi vide q̃ dixi de re iudi. & qđ dixi. j. e. l. fi.

b ¶ Sæpe accidit. qñ dicit dol⁹ esse in. l. vel nō. & idē quod dicit hic Barto. tenet Bald. in. l. qsqs. C. quorũ ap.

c ¶ Nō nocebit sibi. Adde Ang. i. l. ij. s. qđ qsq; iur. & in. j. cōsti. C. §. qb⁹ ĩ fi. Et qđ dixi i. l. fi. s. de iust. & iur.

d ¶ Sed prouocatio. Adde quod notat Bar. in. l. j. in principi. in. viij. q. de operis no. nũ. & vide quod no. Inno. in c. quintaualis. de iureiurã. vbi videtur dicere quòd in istis iudex non tenetur seruare iudiciariũ ordinē. &c. POMATES.

e ¶ Poterit appellare. Idem tenet Roma. in. d. l. arbitro. & in. d. cōsi. cclxj. & in rubric. de arbit. sed contrariũ tenet Bal. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de ap. & in rubri. C. de appel. & Abba. in consil. xxxviij. inci. casus in effectu talis est. duo ciues. in vlti. colum. volum. j. & vide Aret. consi. cvj. col. v. volu. iij.

e ¶ Poterit appellare. An ab arbitramento possit appellari? dic vt hic. Ad. de q̃ contrariũ tenet Bald. in. l. hi, qui ad ciuilia. C. de appel. & aliquid per Roma. in rubr. de arbi. in. xiij. char. & quod dixi post Bar. in. l. non dist. §. cum quidã. dearbit. & Bar. in. l. societatem. §. arbitrorũ. in. iiij. col. s. p soc. in ver. quęro, qs erit iudex. Et q̃ nō appellet ab arbitramento, videtur tenere expresse Ioan. an. in ti. de ap. §. in qb⁹. in ver. quid si cōuenit, in verbo priuatorũ retuli. in. d. §. arbitrorũ. & vide p Mod. in. l. à sñia. §. si hæredes. & §. sequens. s. de app. & per Bal. in rub. C. de app. vbi tenet q̃ non appelletur. & qđ si de facto appellaretur &c. Adde q̃ ab arbitramento possit appellari ex iusta causa. sequit simpliciter Bald. consilio. cccxliij. j. libro.

f ¶ Potest appellari, & tene mēti, q̃ in extraiudicialib⁹ non sufficit cōtradicere, nisi appelletur expresse, & specialr, qñ quis grauatur: vt singularisimè dicit Inno. & ibi est text. in. c. quo ad consultationem. de re iudi. & voluit Ange. & Imo. in. l. ille, à quo. §. si de testamēto. s. ad Trebellia. quod no. in practica.

g ¶ Verisimili cã. not. q̃ appellatio ab extraiudicialibus requirit verã, & iustam causam. & quod probetur nec sufficeret offerre se probaturũ: secus qñ appellatur in iudicio, vt in. c. interposita. de ap. & tenet Inno. in. c. cum inter canonicos. de elec. & videtur tex. in c. j. de ap. i. vj. quē alleg. ad hoc Bart. in. l. j. in. ix. qõ. in princi. s. de no. oper. nun. & vide Barto. s. eadē. l. in princip.

h ¶ De maritanda puella si discordãt

agnati, de maritanda puella, appellatur ad superiorem. vide quod in simili
not. dixit Barto. in. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. solut. matri. Et
istud refert Bal. in. l. in coniunctione. hîc alleg.
a ¶ Post appellationẽ. Et in materia no. ꝙ si reperit̃ in actis, ꝙ iudex dedit
apostolos: nec apparet de q̃bus: dic, ꝙ intelligit̃ de reuerẽtialibus. verbũ est
sing. Ab. in. c. dile
ctis filijs. de ap. &
ibi refert do. Ant.
& Bal. in. l. iij. in. j.
col. C. de ap. & ibi
de istis apostolis
vide. ij. q. vj. in. c.
post appellationẽ
vbi per Archi. vbi
etiã dicit: ꝙ si nõ
petantur apostoli
non valet appella
tio: vt legitur &
not. in. d. c. ab eo.
in. c. cordi. de ap-
pel. in. vj. Et ꝙ iu-
dex qui non dat
apostolos, instan-
ter petenti, punit̃
arbitrio superio-
ris: q̃a non est pœ
na statuta. c. de cau
sis. de offi. de leg.
in simili Archi. se
cũdũ do. Abb. de
quo. s. refert Ro.
cõsi. xv. Adde an
& qñ apostoli vi-
deant̃ rectè peti,
Bal. cõsi. ccccl xv.
ij. li. Et an iudex,
qui recusauit dare
apostolos parti,
possit de causa vl-
terius se intromit
tere? Feliñ. consil.
clxxxvij.
b ¶ Quod tempus.
& circa ista t̃pa vi
de ꝙ dixi in. l. præ
ses. C. de ap. ꝑ doc.
in. l. hi qui ad ciui.
eo. tit. Adde Bart.
in aut̃. ei, qui. C. de
tempo. app. & ad
intellectũ & limi-
tationẽ cle. si app.
vide do. Ant. post
doct. in. c. ex lite-
ris. de rescrip. sup
glos. in verbo, nisi
forsan.
c ¶ Eundem termi
num. ad. l. qñ non
nulli. C. de appel.
ꝙ sit speciale fauo
re fisci, videt̃ velle
Bald. in. l. ij. C. qñ
fisc. vel priuat. in
prin. Sed pro pri-
ma opi. facit. l. iu-
dicibus. C. de ap-
pella.
d ¶ Nil nouari. Ista
ꝑmitte ad eius ma
teriam. no. ꝑ Bal.
in. l. ap. in. j. & in
ij. col. C. de ap. Et
adde, ꝙ penden.
cã ap. impediunt̃
ea fieri, quæ pos-
sunt fieri pẽdẽ. cã
prĩcipali. Ita Bar.
in. l. post ꝗ̃. §. nup
s. vt lega. no. ca. &

citer, & sine causa. Sed si creditor vellet pro modica
quantitate vendere rem magni precij: vel cum debi
tor esset paratus soluere, noluit recipere: & iudex ad
hibitus ꝑmittit vẽditionẽ fieri: nisi dicto mõ appel-
letur, vẽditio inhibet̃, & si fiat rescindet̃: vt. C. de di-
stra. pig. l. si residuum &. l. quandiu. & quod ibi no.
& suprà de rescinden. vẽdi. l. penul. quæ. l. hoc satis
apertè probat. Ad ꝑdicta optimè facit. C. si qua. præ
di. po. l. j. vbi fit simul protestatio, & supponit quis
se iurisdictioni alterius iudicis: vt ibi per Cy. Et si di
ces illa facit cõtra: quia si ibi est speciale: ergo in con
trarium est ius commune. Sed ibi est speciale in hoc
quod ex iusta causa appellatur ab omni grauamine
futuro, etiam per viam ordinis iudiciarij: & suspen-
ditur iurisdictio ordinaria. prædicta autem quæ di-
xi loquuntur in actibus extraiudicialibus.

De libellis dimissorijs Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli quando petuntur non satis est dicere: peto aposto los, & iterum peto: sed consuetudo hoc approbat.*
2 *Apostolos qui non petit uel non protestatur: uidetur appel lationem deserere.*
3 *Pars cui statutum est tempus ad accipiendum apostolos, si non uadit, cadit ab appellatione.*
4 *Tempus appellandi hodie est decem dierum, & licet tem pus petendorum apostolorum non sit immutatum, tamen intra eundem terminum debent peti.*
5 *Tempus, quod datur ad proponendam querelam de iudice qui appellationi non detulit, uel apostolos denegauit: item quod statuitur ad comparendum coram iudice ad quem, non est immutatum.*
6 *Tempora, quæ statuebantur ad producendam appellationẽ coram iudice ad quem inchoandi processum: item exercendæ, & finiendæ appellationis, hodie sunt immutata: quia datur annus, & ex causa biennium.*
7 *Tempus non currit, quando causa examinatur in auditorio Principis.*
8 *Tempus appellationis interponendæ à munerum nominatione, quod sit? remißiuè: & quòd sunt duo menses ad prosequendum.*
9 *Causa legitima dandi biennium, est: si appellans in ultimo mense primi anni comparuerit: & per eum non steterit.*

LEX I.

POst appellatio-
nem.[a] ¶ Quæro, quod sit istud tẽ
pus? dicit gloss. ꝙ. xxx. dierum: vt
l. iudicibus. C. eo. & glos. malè dicit
in. l. j. in fin. s. de appella. ¶ † Quæ
1 ro, an sufficiat si dico, peto: & iterum peto: certè nõ,
argumento eius, quod nota. l. iiij. s. de pigno. actio.
sed consuetudine est hodie approbatum: vt extra,
de appellationibus. c. ij. in clementi. ¶ Quæro, † di-
2 citur hîc, quòd debet protestari: sed intra quod tem-
pus[b]? habuistis no. in. l. eius, qui. in fin. s. titu. proxi-
mo. ꝙ si non protestor hoc modo, vel si nõ petã apo
stolos: tũc videor appellationẽ deferere. ¶ Quæro,
3 † quid si iudex statuit terminum ad accipiendum
apostolos & pars non vadit? dic, ꝙ tunc cadit ab ap-
pellatione: vt. d. c. ij. extra de appella. in cle. ¶ Cuius
4 gratia videamus † generaliter de tẽporibus, quæ sta-
tuta sunt circa appellationẽ: & dic, ꝙ est quoddam
tẽpus appellationis interponẽdæ, quod olim erat bi
duũ, vel triduũ: hodie decem dierũ; vt. C. de ap. aut̃.
hodie. Item est tempus petendorum apostolorum.
& istud non est immutatum. s. xxx. dierũ, vt hîc, sed
videtur: ꝙ intra eundem terminum[c] appellator de-
beat petere copiam sententiæ, & actorum: aliâs ap-
pellatio videt̃ deserta: vt. C. de ap. l. qñ nonnulli. for-
tè est speciale ibi in debitore fisci condẽnato. Nam

Bar. in. l. furti. in prin. s. de his, qui no. infa. Et adde quæ habes post Barto. in
l. in duobus. §. vbi duo. circa princi. s. de duobus reis. Adde qualiter intelli-
gatur, nil nouari. Fed. de sen. consil. ccxxiiij.
e ¶ Appellatione. & limita hanc materiam de qua in hac gloss. vt dixi post
Bar. in. l. j. C. de bo. pos. secundũ tab. & habet locum etiã iste titulus quoad
agendum, contra
ipm iudicẽ à quo
est appellatũ. glo.
est valde no. ĩ cle.
mẽ. ij. de ap. & vl-
tra prædicta ad li-
mitationem hui⁹
regulæ, vide in. c.
cũ ex cã. de app.
vbi tex. no. ĩ. c. di-
lect⁹. de exce. & in
c. pastoralis. de of
fi. deleg. & in. c. q̃a
ꝓpter. de elect. &
Bald. in. l. furti. in
prin. s. de infa. vbi
dicit, ꝙ ista regu-
la debet intelligi
per iudicem: pars
tamen potest sua
iura appellatione
non obstãte prose
qui. de hoc plenè
in tit. de appel. §.
§. nouissimè. in. j.
col. in Spe. & not.
Bal. in. l. gñaliter.
in fin. C. de re. cre.
vbi vide. Põt tñ
possessor vti pos-
sessione sua, appel
latiõe pẽdẽte secũ
dũ glo. in. c. nõ so
lũ. in glos. mag. de
appel. in. vj. & in
l. Imperatores. §.
si magistratum. in
glos. aduersario. s.
de ap. Adde an ap
pellatiõe penden
te possit fieri exe-
cutio? Bald. consi.
cccxvij.
f ¶ Opp. in aut̃. ꝑ
Bal. in. l. fi. in vlti.
col. C. de fideic. li.
& in ꝓposito hu
ius. l. quærit̃. an in
tra. x. dies datos
ad appellandum,
possit execu. fieri
& quid in sñia cri
minali? vide in. l. j. q
vlti. s. de pœnis:
& in. l. addictos.
C. de appel. & quę
no. Bar. & Ange.
& Imo. in. l. qui à
latronibus. §. j. s.
de testa. & ad Bar.
hîc vide, qđ not.
Bal. in. l. ita demũ.
C. de procu. & ibi
vtrum intra tẽpus
app. iudex potest
procedere.
¶ Quid si quis est
condemnatus dua
bus sententijs, aut
plurib⁹, appellat.
ab vna: an super-
sedeatur sup alia?
vide Bald. in. l. ab
executiõe. C. quo
rum ap. Et iudex

5 illa. l. generaliter nõ obseruatur. Item † est aliud t̃ps
proponẽdi querelam de iudice, qui appellationem
non recipit: vel apostolos denegat: vt. s. titu. j. l. scien
dũ. in fin. ꝙ si non fit, videt̃ appellatio deserta. Item
est aliud tempus, qñ appellatio à iudice recipit̃. Po-
test enim parti statuere certũ tẽpus arbitrio suo ad
cõparẽdum corã iudice ad quẽ: vt. C. de ap. l. præses.
extra eod. tit. c. personas. & c. seq. & c. oblatæ. & in
6 istis nihil est immutatũ. ¶ Erant olim † alia tempora
quia qñq; statuebatur à. l. tempus ad producendam
appellationem coram iudice ad quem. C. de ap. l. in
offerendis. & de tempo. ap. l. fi. §. in his. Statuebatur
etiam tempus inchoandi processum sup appellatio
ne: vt. C. de tempo. app. l. ij. & l. fi. in prin. Item erat
tempus appellationis exercendæ, & finiẽdæ: vt eo.
titu. l. fin. §. illud. Sed ista sunt hodie immutata: & ad
oĩa datur annus, & ex causa bienniũ: vt in aut̃. ei qui.
Sed ex causa dant̃ maiora tempora: vt in aut̃. si tñ. &
7 aut̃. si appellatione. ¶ Item † non currit tempus, si
causa debet examinari in consistorio Principis: vt in
8 aut̃. sed & lis. eo. tit. ¶ Item prædicta, † qñ appella-
tur à sententijs: sed si à nominatiõe ad munera, tunc
ad appellationem interponẽdam est idem tempus
quòd suprà: vt. s. qñ app. sit. l. j. §. quod in sententijs.
sed ad prosequẽdũ, sunt duo mẽses: vt. C. de tempo.
9 ap. l. j. Itẽ quod dixi, † ꝙ datur annus: & ex cã bien-
nium: dico ꝙ legitima causa est, si appellans in vlti-
mo termino, hoc est in vltimo mense primi anni cõ
paruerit: & ꝑ eũ non stetit: vt. C. de tempo. ap. aut̃. si
appellatione. & not. per Inn. extra de ap. c. ex rõne:
& ibi plenè hoc per Ioan. an. quem vide, si expedit.

d *Nil nouari[d] appel. pendente Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil nouari, qualiter intelligatur?*
2 *Executio facti, non potest fieri intra terminum datum ad appellandum: iuris tamen sic.*
3 *Iudex superior cognoscit, an appellatio recipiatur?*
4 *Appellatione pendente facta reuocantur per iudicem superiorem, eius officio implorato: & reuocabuntur, etiam ante, quàm uincat appellans.*
5 *Cautela, quãdo in libello dicitur, peto pronunciari, bene appellatum, & reuocari attentata: quòd appellator non contestetur litem super libello.*
6 *Appellatio, quando est dubium. an sit recipienda, potest tamen recipi.*
7 *Bannitus qui appellauit, an appellatione pendente poßit offendi? remißiuè.*
8 *Causa cum est commissa consulenda, an ualeant quæ interim fiunt?*
9 *Iudex à quo elapso termino ad appellandum, nõ potest sententiam à se latam exequi, nisi prima parte citata.*

LEX I.

e APpellatione.[e] ¶ Op-
po. de. l.
post ꝗ̃. §. Imperator. suprà vt leg.
1 no. cap. Dic † ꝙ omnia, quæ pendẽ
te principali iudicio poterant peti,
pendente appellatione possunt pe
ti. & quod dicitur nil nouari &c. verũ est in his, quę
principali iudicio pendente fieri non poterant. Itẽ
quod dicitur, nihil nouari &c. intelligo scilicet, per
iudicẽ à quo est appellatum, cuius officium conqui-
escit: sed per iudicem ad quẽ est appellatum, multa
possunt innouari. Item lege multa innouãtur, & ces-
sant oĩa cõtraria, quæ ponunt̃. C. de ap. l. iij. ¶ Opp.
f in aut̃.[f] vt spon. lar. §. aliud. Sol. vt gl. ¶ Item op. q̃a
videtur, quòd fiat de reo actor in causa appellatio-
nis, si prius erat reus, dic: vt. l. hi, qui ad ciuilia. C. eo.
& dicam. j. si tuto. vel cu. l. j. Item prædicta in muta-
2 tione quæ fit à. l. ¶ Quæro, † an ante appellationẽ

ad quē, an poſsit inhibere, ne quid-quā moueatur? vide Bald. in l. app. in .j. co. & ibi etiā in vlti. colū. ponit quomodo debet inhiberi iudici à quo. C. de appel.
a ¶ Quæro quid. De iſta materia dixit idem Bar. ſ. in l. j. §. j. de appel. in l. j. C. de rela. & in l. ex illo. C. de ap. & ibi Bal. & Bart. in l. ad princip. ſ. de app.
b ¶ Quęro elapſo In hac. q. maximus eſt cōflictus doc. in l. eos. C. e. & ideo vide per Mo. in l. ſi expreſſim. circa fi. ſ. de app. & Bar. in l. à Diuo Pio. iiij. co. vbi plenè. ſ. de re iudi. & Innoc. de offi. delega. prudentiam. latius per Bal. in repe. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ſ. de pac. Et adde Bal. in authē. ſi quis. C. de epiſ. au. & Bald. in l. ij. in fin. C. de tēpo. ap. & an iudex appell. poſsit pronūciare? tenet Fran. tigri, quod ſic. in l. properādū. § illo. C. de iudi. & vide Bal. in l. ſi cōtra. de app. & in l. eos. in ij. col. e. tit. Adde, vt pulchrè per Fede. in conſilio. cxxxiij.

intra biduum, vel triduum. vel hodie, x. dies, poſsit fieri executio. glo. dicit quòd non. arg. l. fina. §. ſin autem. C. communia de lega. Sed hoc ītelligo, quod non poteſt fieri executio facti, ſed iuris ſic: vt. l. furti. in princip. ſ. de his, qui no. infa. Sed dices tu, truſſa eſt quęrere: quia habet tempus quadrimeſtre ad ſolutionem faciendam: vt. l. fina. C. de executione rei iud. dicam intelligendo iſtam, vt procedat in realibus, vbi habet locum officium iudicis, vt inſtitu. de offi. iud. §. j. & penultimo. & ex cauſa abbreuiat iudex tempus. ¶ Quæro, † quis iudex cognoſcit, an
3 debuerit recipi? dic vt in glo. & dicit iudex ſuperior
4 & bene. ¶ Sed † quęro, facta interim per quem reuocabuntur? Reſponde per eundem iudicem, ſcilicet ſuperiorem, & eius officio implorato, vt ſupra de adminiſtratione tutorū. l. chirographis. §. j. Sed an reuocabuntur ante, quàm vincat appellās in cauſa principali? videtur quòd non, vt. ſ. de appellationib. lege cum ex cauſa. & dicta lege chirographis. §. j. In contrarium eſt caſus extra de appellationi. c. non ſolum. libro. vj. & hoc ſatis poteſt tolerari ex hac lege. quæ vult, quod interim nullam pœnā ſuſtineat. Nec obſtant dictæ leges. quia licet permittant reuocari poſt victoriam, non tamen prohibent quin ante reuocet. & ita dicit Innocentius extra de excepti. c. dilecte.
5 † ¶ Sed ſi in libello appellatiōis peto pronuntiari bene appellatū. & reuocari attentata, caueat appellator ne conteſtetur lis ſuper libello. & not. Spec. in titu. de appel. §. nouiſsimè. circa finem. de quo per Ioannem andręam in dicto cap. non ſolum. ¶ Quæro, quod ſi appellat in cauſa manifeſta, quę non debet recipi & nihilominus poteſt procedi. dic, vt in gloſſ. Et in fine eiuſdem glo. dic quòd continuatur cum iſta. gl.
6 quę incipit. vt Imperator. j. eo. ¶ Sed op. † aut quod non recipiatur eſt expreſſum & tunc non recipitur. Aut non eſt expreſſum, quod recipitur. gloſſ. dicit quod ſit dubium negatiōe: & dico, quòd negatione iuris non ſit res dubia, cum non debeat interrogari in articulo iuris: vt. l. ornamentorum. ſ. de auro & argent. legat. Dat gloſſ. aliud exemplum per. l. ſi quis in tantam. quod eſt dubium. Vult dicere in cauſa momētaneę poſſeſsionis: ſed non eſt dubium, quòd poteſt appellari in conſtitutione ſi quis in tantam. non in momētanea poſſeſsio. vt determinatur. C. ſi de momenta. poſſeſ. ſue. ap. l. j. & bene. quia in. l. ſi quis in tantā. eſt. q. etiā de proprietate. Quod eſt ergo exemplū: dic quod in facto, vt quia eſt dubium, an ſit verus contumax, vt. l. ex conſenſu. §. fi. ſ. de appella. Item poteſt eſſe dubium propter caſus, in quibus ſunt opi. propter opin. docto. vt dixi. ſ. titu. ij. l. fi. & in iſtis caſibus, in quibus eſt dubium, credo quod poſsit appellari.
7 ¶ Querit † Dy. an exbannitus, qui appellauit, poſsit interim offendi. de quo dic, vt dixi. ſ. de acquirend.
8 poſſeſsio. l. iij. §. ſi ſeruus. ¶ † Quero, quid[a] ſi cauſa
a eſt commiſſa conſulenda, an valeant, quę interim fiunt? Reſpondeo ſi commiſsio fiat neceſsitate, interim nihil debet fieri. ſed ſi fiat, valet: ſed reuocatur per appellationem: vt. C. de rela. l. j. ſed ſi fieret volūtate: ſecus puto, quia cū iudex non teneatur ſtare cōſilio: ergo nec expectare tenet. Cōmittit tñ qñq; de neceſsitate, ex forma ſtatutorū. ¶ Quæro † elapſo[b]
9 termino ad appellationē proſequēdā, quod habet facere
b iudex à quo? dicunt quidam, quòd mandat ſententiam executioni, ſine alia citatione. Alij dicūt, quòd debet citari appellans: vt opponat quicquid vult, quare non debeat fieri executio. & ſi non oſtenderit de proſecutione, & impedimento, mandabitur ſententia executioni: vt probatur. C. de temp. app. l. fi. §. illud. Quod placet. & eſt expreſſum. C. de ap. l. ſi contra maiorem. vbi dicitur, quòd prætori debet conſtare de negligentia in proſequendo appellationem: ſed nō poteſt liquere, niſi parte citata: ergo &c. Item, quod dixi de tempore elapſo, intelligitur ſcilicet biennij. Non enim ſufficeret primum annū elapſum: vt. C. de temp. app. authen. ei, qui. licet docto. iuris canonici innuant contrarium, in capitu. ex ratione. extra de appel.

Si quis. ¶ Declara plene ſecūdum ea, quæ dixi in l. ij. ſ. de cuſto. reo. §. fi.

Quæ ſenten. ſine appel. reſcin. Rub.

SVMMARIVM.

1 Sententia eſt nulla, quando error apparet ex actis.
2 Sententia poteſt peti nulla principaliter agendo, & quando petitur executio excipiendo.
3 Sententia lata per errorem, an ſit in totum nulla, uel in eo, quod eſt erratum? remiſsiuè.
4 Sententia confirmatoria eſt nulla, ſicut prima, quādo error eſt expreſſus in ea.

LEX I.

c Illud. [c] ¶ Op. C. de error. calcu. l. j. Sol. vt in glo. ve
1 runtamen Iac. de Aret. † & Pet. dicunt aliter, quod ſi error apparet ex
d actis [d] ſnīa eſt nulla: quia ſnīa debet diffiniri, ſeu declarari ſecūdū acta: vt. l. ait prætor. §. j. ſ. de re iud. ſi bñ inſpicias illam. l. ¶ Opp. de. l. relegatorum. §. ad tps. ſ. de inter. & rele. Sol. vt ibi dixi. ¶ Opp. de. l. præſes. & de. l. cum prolatis. de re iudicata. dic vt in qualibet earum dixi. c
2 ¶ Quæro, volo dicere, † ſnīam nullam, quo iure petam? gl. dicit, quod poſſum petere principaliter petēdo vel cum petitur executio incidenter excipiendo. & vide iſtam glo. quę incipit, qua petebatur &c. quod
3 plenè examinaui. ſ. de app. l. ſi expreſsim. ¶ † Quæro, an iſta ſententia ſit nulla in totū: vel in eo, quod d eſt erratum? & eſt glo. in. l. fi. ſ. de iuriſdi. om. iud. & eſt contra gl. in. l. res iudicatæ. C. de re iud. dic, vt ibi
e dixi: & ibi per Cy. ¶ † Vltimò [e] no. † quod ſnīa confir-
4 matoria eſt nulla, ſicut prima, qñ expreſſus eſt error dixi in. d. l. ſi expreſsim.

Item cum, ex edicto. ¶ Iſtud quod dicit in notitiam. dic vt in glo.

Si apud. ¶ De hoc, quod habes hîc gloſſ. in aut. & cōſequenter. C. de ſent. & interlo. om. iudic. & in. l. qui prior. ſ. de iudic. dicit, quod e quando ſunt mutuæ petitiōes: debent terminari eodem tempore: aliter per appellationem reſcindunt. Cano. habent titu. extra de mu. pe. In appellatione neſcio tex. alibi, qui melius dicat: quàm hic.

LEX II.

f Paulus. [f] ¶ Vide glo. quæ incipit no. non valere &c. & limita glo. ſi eo viuo non cœperit defendere: aliàs valere: vt ar. l. ſi defunctus. ſ. de procura. & l. nulla. C. de procur.

LEX III.

Paulus. ¶ Quero: aliqua res petitur, quæ nō extat, in quo debet fieri condēnatio? & dic, vt in glo. quā vide. & incipit vt. ſ. q ſatiſ. cog. & de eo quod dicit gl. tutius &c. eſt tex. in. l. Iul. ſ. de cōſeſ.

An per alium cauſæ ap. &c. Rub.

¶ Dictum eſt. ſ. de ap. & à qbus. & qñ ſit appellandum. Sequitur videre per quos appellationis cauſæ debeant exerceri.

LEX I.

Quæri ſolet. ¶ Iſta lex eſt declarata in. §. ad crimen. in. l. pe. ſ. de pub. iu. & illa eſt declaratio iſtius. l. & ideo f non legemus modò, niſi tex. & vide in. d. § . ad crimen. vbi declaratur hæc lex.

SVMMARIVM.

1 Inſtantiam cœptam per procuratorem, an dominus proſequi poſsit.

LEX II.

SI procurator. ¶ No. quod ſi procurator ratiões reddiderit: nihilominus in cauſa habet proſequi. & qñ cām cœptā procurator habet proſequi, expediui in. l. ſi aū. ſ. iud. ſol. ¶ Opp. C. de procu. l. inuitus. gl. quæ eſt hîc dat tres ſol. Vna eſt, quod hîc in procuratore habente gñale mandatū: ibi in habēte ſpeciale: & iſta eſt not. Alia ſol. eſt etiā bona. Tertia ſolu. eſt, quod exponas debet. i. pōt ſi vult. & intellige ſecundū gl. in. l. ſi actor. C. de appella. quod pōt, vt quilibet, nō vt procurator. & dixi in. l. ſi procurator. ſ. quādo appel. ſit.

c ¶ Illud. de intellectu huius text. vide Bar. & Bald. in. l. j. de iur. ca. & bal. in. l. ij. C. de re. iu. maximè in ver. quæro, quod ſi tutor cum verſi.
d ¶ Apparet ex actis. Adde Inn. in c. pſenti. de reſcri. & quod voluit glo. no. in. c. j. de of. ordi. in. vj. ad finem. Et quot modis, & quibus ex cauſis ſnīæ retractent. vide. xxxv. q. viij. in ſumma.
e ¶ Vltimò no. Vide quod pro hoc dicunt doc. & maximè Imol. in. l. ex diuerſis. §. ſi ſolut. matri. & ego ſcripſi in. l. cū prolatis. in fi. de re iudi. Et adde quod Bal. in. l. legata inutiliter. de lega. j. pea, quæ ibi not. Bart. dixit, quod ſi prima ſnīa eſt nulla propter verba inepta poterit confirmari per ſnīam confirmatiuā. Quod intellige, ſi verba inutilia, ſeu inepta poſſent ſeparari ab ipſa ſubſtantia primæ ſententiæ. ſecundū Bald. per illum tex. ibi quē ſequitur Imo.
f ¶ Paulus. No. nō valere ſnīam. ſi alter litigantiū mortuus eſt. cōcordat. j. q. vlti. c. fin. niſi decretum in perſonam mortui ſit fauorabile. l. cum quaſi. ſ. de fideicō. lib. & vide Bar. in l. in ſumma. poſt glo. §. fin. de re iudi. & omnino Bal. in. l. j. §. j. in princ. circa vlti. colū. de cad. tol.

pel.sit.¶ Opp.de.l.tutor.ff.de appel.Solut.aliud in tutore:vt ibi:aliud in procuratore,vt hîc.Vltimò nota, ꝙ instantiam cœptam potest dñs prosequi: †vt l.procuratoribus.C.de procura.&.l.dominus.de appella.plenè dixi in.l.si ante.ff.iudi.solui.

Si tutor, uel curat. appellauerit Rub.

SVMMARIVM.

1 *Appellans an debeat causam appellationis probare?*

LEX I.

HI qui. ¶ Hîc dicitur, nec causas probauerint.& sic videtur, ꝙ qui appellat debeat cām
a appellationis probare.[a] sic.C.de appel.l.hi qui ad ciuilia. Sed gl.dicit ibi.ꝙ probat eo ipso,ꝙ nō probat contrarium.quod nō placet:cum de iure quilibet debeat munera subire,nisi habeat specialē causam immunitatis:vt.j.de iure immu.l.j.ad munici.l. incola. De hoc dicit contra glo.nostrā extrà de renun.c.in præsentia.¶ Dic ergo,aut tractat de probando hoc
b ſ.quod sit rectè[b] appellatū.ſ.intra.x.dies, & petiti apostoli,& similia.& hoc debet probare appellator. hoc enim sibi incūbit:vt.C.de tēp.ap.l.fi.§.antepe. Aut quærit quis debeat probare de iustitia, & iniustitia:& tunc aut vnus prosequitur tm̄:& tūc si vult obtinere debet ipse probare:vt aut.de his,qui ingredi.ad ap.§.illud.&.C.de app.l.ampliorē.in prin.Aut vtraq; pars prosequitur,& tunc dico, ꝙ quædam est probatio per modum abnegatiuum: vt dico videas acta,in quibus apparet nihil esse probatum propter quod debuerim condemnari. Vel dicit actor victus cū intentio mea sit fundata,nihil est probatū,ꝓpter quod reus debuerit absolui.inspiciant acta, quibus non continetur.Ista probatio incūbit appellanti.& ideo petit copiam snīæ,& actorum oīm:vt.C.de appel.l.qm̄ nonnulli.& per inspectionē probatur ista negatiua:vt.C.de reb.cre.l.fi.¶ Quædā est ꝓbatio per inductionē testium,& instrumentorū super nouis,vel antiquis articulis:& tunc ille habet ꝓbare in causa appellatiōis,qui debebat probare in prima:vt C.de tem.ap.l.per hanc.Ita intelligitur gl.in.d.l.hi, qui ad ciuilia.& hoc qñ appellatur à snīa.sed si appellatur à nominatione ad munera, tunc non est reperire causam primam,& secundam: sed ille debet
1 probare qui appellat,†vt hîc. Et prædicta sunt vera, qñ snīa per appellationem suspenditur. Si verò snīa taciturnitate firmatur, tunc non potest ei opponi, quasi causa non sit iusta: nec hoc potest quæri:vt.l.si prætor.in prin.ff.de iud.sed si opponatur de nullitate,dixi.ff.de re iudi.l.si cum nulla.

a ¶ Probare. An appellans vel appellatus teneatur iustificare,& probare in causa app. vide in Spe.in ti. de senten.§.fi.& ibi an eo ipso, ꝙ seruus producit, condemnatus, videat probasse grauamen.& vide eum de proba.§.probare autem. ver. sed quis ꝓbabit. Adde quis debeat exhibere acta coram iudice appellationis, an appellans, vel appellatus, Fede.consil.ccij.

LEX II.

TVtor. ¶ Si ergo eius appellatio reprobatur,tenet pro anteriori tpe.¶ Cōtra dicit glo.C.de temp.ap.l.fi.§.illud.in gl.super verbo appellatum.& malè :nec.ll.quas allegat faciunt pro ea.

b ¶ Sit rectè. Vide Baldū in lege. hi qui ad ciuilia.C.de appella.

Apud eum, à quo appellatur, illam causam agere compellendum Rubrica.

LEX I.

SI quis. ¶ Dicunt quidam, ꝙ hoc est de iure ciuili: sed de iure canonico vr̄ secus.extrà eo.c.ad hęc.&.c.proposuit sed Io.an.j.d.c.ad hoc intelligit illud,si cā suspicionis proponit,& probatur corā arbitris,corā quibus debebit se probare grauatum à iudice,ꝓpter quod appellauit. Et ꝙ iudex illud grauamē intulerit scienter; certè istud facit eum suspectum; sed si simpliciter probet appellatū:non sufficit.& ista opin.placet. Nā hoc probato,probat iniuria verbalis.propter quam pōt appellari secundùm opi.Pla.de.appel.l.si quis prouocatione., quæ appellatio propter iniuriam habet impedire iurisdictionem iudicis in alia causa:vt.C.si qua predi.pote.l.j.& ita sentit Guli.de cu.in.l.si ab arbitro.ff.qui satisda.cogantur.

Si pendente app. mors inuene. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Expreßio eorum, quæ tacitè insunt, an aliquid operetur?*

LEX I.

APpellatore. ¶ Oppo.de.l.si seruus.§.bonæ.ff.de cōdi.furti. Huius contrarij timore gl.dat vnā distinctionem facilem,& sine scrupulo. Ista lex videt fortiter cōtra Pet.& Cyn.qui in.l.iij.C.eo. quærunt,pone ꝙ erat casus in quo tacitè veniebat ademptio bonorum.Iudex exprimit ademptionem bonorum in snīa:an hæres te-
1 neatur prosequi?& dicunt ꝙ non.qa †expressio eorum,quæ tacitè insunt nihil operatur:vt.l.ij.ff.de lega.j.&.l.non rectè.C.de fideiuss. Quid dicēdum? dominus Bartolucius de Petris,qui Bononiæ disputauit hā c.q.tenuit idem,rñdendo ad.l.istam:ꝙ hoc fecit expressè,causa cognita volens pœnā augere.Sed ista sua determinatio continet diuinationem ad istā l.licet vera sit. Sed respōdeo sic:Expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operat.verū est si per eū modum exprimitur, per quem insunt:vt.l.iij.in princ.ff.de liber.& posthu.&.l,si quis Sempronium.ff.de hæred.insti.Modò ad propositum,ademptio bonorum omnium venit tacitè in deportatione,per quan
c dam consequentiam.[c] Vnde,si iudex dixit condēno eum in deportatione,cum publicatione omniū bonorum suorum.tunc ista expressio nihil operatur: quia hæc dictio cum: coniungit per consequentiam & sic nihil operatur:vt.l.j.&.ij.ff.de pe.le.& instit. de leg.§.si quis ancillas.Sed qñ principaliter condēnauit:vt quia iudex in deportatiōe dixit,& eius bona publicamus.Tunc exprimit per alium modū, q̄ prius inerat:vt.l.ij.&.iij.ff.de pec.leg.& sic potest intelligi hîc.Et licet litera ad vtrunq; posset adaptari, tñ ad istud melius,& ideo vel vultis respondere, vt dñs Bartolucius de Bononia, potestis:vel vt modò dixi,quod magis applaudit literæ.

c ¶ Quandam cōsequētiam. an pœna publicationis bonorum veniat principaliter, vel in cōsequentiam. vide Bal.aliter loquentem in.l.j.C. ex delic. defun.in iij.colū.in.l.qui à latronib⁹.in fi. de test.& in.l.iij.eo.titu.& ibi Bar.& Iaco.but.& Ang.& Imol.in.l.defuncto.ff.de publ.iudi.& Barto.Salic. in.l.si quis.C.si reus.vel accu. Dicas ergo,condēnamus ad mortem, & eius bona publicamus.quia &, copulat æquè principaliter,secundùm glo. in rubrica de iur.& fac. ign.& vide ad prædicta Barto.in.l.iij.de legatis.j.

De Iure fisci Rubrica.

¶ Glo.continuat rubricam istam duobus modis:vt in ea habetis.

SVMMARIVM.

nec tali insinuationi possunt partes renuntiare:vt per Bartol.in.d.l.modestinus.s.de dona. Certè not. debet stari assertioni partium donationē esse remuneratoriā: cū videatur fieri in fraudē.l. reqrētis insinuationē. Et pro hoc videtur facere tex.in.l.Aquilius.iunctis dictis.d.Alexan.post Bal.& Sal.in.l.si donatione.in.ij.col.ad fi.C.de colla.Nā intelligitur.d.l.Aqlius. in psonis nō prohibitis. Item quando expresse constat de meritis.& tex.ibi dubitat,an opus fuerit insinuatione,& decidit q propter bñ merita nō fuerit opus, & q valeat donatio:ergo à contrario sensu volunt docto. q nisi expressè constitisset de meritis. & si fuissent personæ aliâs non prohibitę,quòd tñ non valuisset donatio.& opus fuerit insinuatione:licet ibi fuisset dictum, q donabat ob merita.& ibi ita do. Alex.tenet in. d.iij. colū.in fine. dum respōdet, & īpugnat sol.Salic.ad l.Aquilius. circa istā causam, vide Bal.in capi.edoceri.columna.iij.de rescrip.& aliquid per Barb. in.c.iij. colum.iij.de reb. eccle.non alie. Itē alius effectus, q talis donatio nō posit sub prętextu ingratitudinis reuocari: vt est text.in.l.si pater. §.finali.cum glos. s.de donatiōibus. videtur hoc modo posse,cum ingratitudini non posit renuntiare: quia dat occasionem delinquēdi. l.si vnus.§. illud. ff. de pactis.l. conuenire.s. de pact. do. ergo non debet stari assertiōi. Et q talis donatio nō reuocet̄ prętextu liberorū superueniētium: vt voluit Roma.cōsilio.xxvj. Item, q non reuocetur prętextu metus. l.metū magna.§. sed l3.ff. qd' me. cau. Itē q posit exigere donationē insolidū: vt p Ro.in.d.consi.xxvj.licet aliâs sit secus.l. qui id quod.in prin.ff.de donat. Item statutum loquens de donatione,non comprehendit remuneratoriā, quæ non est propriè donatio.per Abb.in rubrica,extra de don.& apostillauit bene Alex.in.l.j.in prin.ff.de dona. Possent certè clarius procedere circa hæc dicta Bar. q non stetur assertioni &c.vide Are.in.l.hæredes palàm.col.v.& seq.s.ver.testa.& Anch.consi.xxvj.ad fi.vide etiam ad dicta per Bar.hîc Soci.consi.ccxcv.vbi plenè tangit.

bona patris,licet persona defecerit.

LEX X.

Ex nota. ¶Hanc legem declara: vt in.l.si seruus cōmunis Meuij.in prin.s.de stipu.seruo.

LEX XI.

c Astrense. ¶Hāc legē intellige: vt dixi.s.eod.l.si fortè.

LEX XVI.

Dotem. ¶Opp. q hæreditas vxoris, non sit in castrēsi peculio:vt s.eo.l.si militi.Sol.intellige,q hic instituit virum cōtemplatione militię.& hoc constat. vt ibi dictum est.&.l.si fortè.s.e. ¶Quæro,quid vult dicere text.hic, ac liberis cōmunibus, qui sunt in aui familia, confertur. glos.ponit.iij. lect. Prima q per filiā,cui data est dos, cōfertur fratribus, & fratrum filijs:vt.s.de coll.do.l.j.&.§.j.&.§.filiam. Ista lect. non habet dubium. Prætereà, non bene adaptaretur ad text. qui non loquitur de collatione facienda fratribus mulieris:sed de collatione facienda fratribus viri. Et ideo dicunt alij, q hæc vxor decesserat viuo patre viri. vnde cum dos debeat restitui, tam ab ipso filio, pro quo habita fuit dos, quàm etiam ab alijs fratribus: debet alijs fratribus dos conferri. Et loquitur ista lec. quando ex dote nihil est lucrādum ex pacto: vel ex lege. cōmodū ergo, quod est apud alios fratres,quibus confertur, vt lucretur, interusuriū medij tēporis: vel si hæredes vxoris non poterant remanere apud eos. qd' n ot. quia est not. a lec. ¶Tertia lect.est,quādo a ex dote debebat aliqd lucrari ex pacto, vel ex.l. Puta ex forma statutorū Italiæ, vir lucratur tertiā, vel quartā:an istud lucrū debeat esse præcipuū illius filij, cuius fuit vxor? an debeat conferri fratribus? Certè glos.distinguit, aut vxor decessit viuo patre viri: & confertur fratribus omnibus:vt hic. Aut decessit post mortem patris viri.& tunc erit præcipuum illius filij, qui est vir:nec tenetur alijs communicare.vt.l.ij.C.fami. ercisc. ita dicit glos.& hoc idem tenet Dy.s. solu.mat.l.si cum dotē.§.transgrediamur.& per Cyn.in.d.l.ij.C.fa.ercis. Istud dictum Dy.& Cy. nō videtur verū. Nam quicquid lucratur ex dote etiam viuo patre, est aduentitiū:vt.C.de bo.quæ lib.l.j.& aduentitia nō cōferūtur:vt.l.fi.de col.ergo lucra ista nō cōferūtur.& hoc puto verū,si statuta dicerēt muliere prędecedēte,vir lucretur tertiā.& sic circa psonā viri disponerēt:sed si statuta dicerēt, lucret̄ tertiā ille,q dotē recepit.& sic cōprehēderēt psonā aui,seu soceri recipiētis:tunc putarē distinctionē Dyn.& Cy.veram. ¶Quarta lect.est, q hîc nō loquit̄ de tali collatiōe. sed dicamus cōfert̄.i. ad vsum dat̄. & ista est magis propria. sed pcedētes sustineri possunt: vt.s. dixi.

SVMMARIVM.

1 Filiusfamilias hodie quòd habet hæredem, siue decedat ex testamento, siue ab intestato.

2 Pater ex contractu filij filio uiuo, non tenetur de castrensi peculio, sed olim de aduētitio, & profectitio tenebatur hodie de aduētitio tenetur, ut legitimus administrator.

3 Pater filio mortuo, qualiter teneatur de peculio?

4 Pater succedens filio in peculio, quando poßit petere restitutionem in integrum.

LEX XVII.

Pater qui castrense. Ista est multum nota.l. tam in princip. q in.§.j. ¶Opp.in authen.de hære.ab intesta.veni.§.j.solu.fateor, 1 † q hodie indistinctè filiusfami.habet herędē.& sic pater tenetur, vt hæres:siue filius decederet intestatus,siue testatus:vt dixi.s.eod.l.j.&.ij.

2 ¶†Pro declaratione legis,in glo.ponuntur aliqua. b Primò,quæritur b:cùm dicatur q pater ex contractu filij teneatur de pecu.vt.s.in ti.de pecu.de quo pecu.debet intelligi?hæc glossa mirabiliter respondet:de iure antiquo pater tenetur de peculio,scilicet de profectitio,quod ipse cōcessit filio,& passus est eum habere. Item de peculio aduentitio:quia de iure antiquo non distinguebatur peculium aduentitium à profectitio:cùm quicquid quęrebat filius, quærebat patri. de castrensi verò peculio,non tenetur pater filio viuo:sed ipse filius conuenitur:vt.s. c eo.l.iiij.§.j. Item hodie c in aduentitio peculio,pater non tenetur in actione de peculio:sed potest cōueniri,vt legitimus administrator filij:vt.l.j.C.de bo.ma.quod no. quia per hoc habes intellectum to 3 tius tit.de pecu.& hæc vera viuo filio. ¶†Secundò quæro qualiter filio mortuo pater teneatur de peculio?& hîc respondendum est:de iure antiquo de peculio aduentitio & profectitio,tenebatur intra annum,per titulum, quando actio de pecu.est anna. de peculio verò castrensi, si quidem pater occupat iure peculij,incipit assumere vires peculij profectitij,post mortem.& ideò tenetur de pecul.intra annum:secus si occuparet vt hæres:vt hac.l.ij.respōs. hodie verò cùm indistinctè occupet,vt hęres in aduentitijs,& castrensibus,vel quasi.non tenetur de peculio,sed ciuili & perpetua. ¶Contrà ista oppo. si pater succedat filio,quomodò potest de peculio teneri?nam pater,qui tenetur de peculio,habetur vt fideiussor:vt.l.cùm filius.in prin.s.de ver.obl.& & si fideiussor succedat principali,extinguit̄ obligatio.& si fideiussor succedat principali,extinguitur obligatio fideiussoria:vt.l.hæres à debitore.§. 4 q si hîc.s.de fideiusso.sol.vt in gl. ¶†Vltimò quęrit gl.an pater qui succedit filio in pecu.posit petere restitutionem in integrum, sicut ipse filius. glos. multum se inuoluit. Veritas est, vt dicamus:aut pater succedit filio, vt hæres,& potest impetrare restitutionem ex persona filij:vt.l.iij.§.Pomponius.s. de mino. Aut occupauit pater iure peculij:& non pōt petere restitutionē:vt.l.iij.§.sed vtrum.eo.tit.

SVMMARIVM.

1 Interesse, quod est in tēpore iure actiōis, nō est inspiciēdū.

d Pater a filio. ¶No. q istud interesse, d quod est in tempore,iure 1 actionis,non est inspiciendum. † De hoc habes gl. no.in.l.qui bis.s.de verb.ob.& ibi alleg.hunc text. qui est valde no.& hunc.§.didici à Pe.de bel.Pert. in quadam disputatione.

SVMMARIVM.

1 Statutum, quòd filiusfa.non poßit obligari sine patris consensu:habet locū in contractu facto extra locum statuti.

LEX XVIII.

c Ex castrensi. e ¶In princip. dicit statutum hîc:quòd filiusfamilias non posit obligari sine consensu patris:vtrùm istud 1 habeat locum in contractu facto † à filio extra ciuitatem Perusij. Et dico, quòd sic:sicut quādo interdicitur alicui administratio in certo actu à iudice: illa interdictio porrigit effectum suum ad omnem

a ¶Dotem. Tertia lectura est, quando ex forma statuti, vir lucratur certam partem dotis:an teneatur eam communicare fratribus? Bal.aliter loquitur in authenti.ex testamento.in.vij.colum.de col.& vide not.in.l.si cum dotem.§.transgrediamur.s.soluto matrimonio.& per Moder.instit.de acti. §.fuerat.versicu.quæro, de quæstione quotidiana.per Bal.in.l.ij.C.famil. ercifcund. & Bal. in tractat.de duo. fratri.quod retuli post Baldum in.l. si patruus.C.communia vtri.iudic. & vide per Paul. de castro in dicto §.trāsgrediamur. & ibi scriben. & Salicet.in dicta.l. secunda. & mihi placet opini.Bart. hîc,& Bartolus & Ange.in.l.prima. C.de bonis quæ liber. Adde, an lucrum,quod capit alter ex fratribus ex vxore mortua sit communicandum, Roma.consi.ccccvj.

b ¶Pater qui castrēse. Primò quęritur.not.qualiter pater teneatur de peculio & contractu filij,tam viuo filio, quàm mortuo. Adde omnino Barto.in.l.si finita.§.si de vecti. in vltima colum. s.de damno inse. & quod not.Bal. in.l.fina.C.de vsu. rei iudic. Et adde Bartol.in.l.si quis in tantam. in.iij. columna.C. vnde vi. Et adde, quòd vbi pater tenetur de peculio profectitio : tenebitur etiam de vsufruc. peculij aduentitij, secundùm Baldū in.l. prima. C. de exerci.in.vij. col. Adde Bartolum in.l.prima.in principio.in penulti. columna.suprà de pecu.& Bal.post Bartolum in.l.prima. in penultima columna. C. qui bo.cedere poss.& ibi dicit post gl. quòd filius nō potest dare insolutum bona profectitia.

c ¶Itē hodie. Hoc sequitur Bald. in l.frater à fratre.in iij. col. de condi. indebi.allegando hîc nota.

d ¶Pater à filio. Interesse. interesse quod est in tempore iure actionis, non est inspiciendum.& istum textum inducit Bartol.in.l.sed si post tres.si quis cautio.

e ¶Ex castrēsi. Si statutū prohibet filium obligari, sine consensu patris, habet locum etiam in cōtractu facto extra territorium per ipsum filiū. vide Bar.in.l.cunctos populos.vbi dixi,vbi alle.hanc.l.C.de sum.tri.& fide ca.

locum:vt.s̈.de verbo.oblig.l.is cui bonis.ita arguit
hîc Iurisconsultus.& ita dixi in repetitione.l.cun-
ctos populos.quam feci per hanc legem.

LEX XIX.

HAEreditate.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas patris ratione suitatis,etiam non adita,transmittitur ad extraneum.*

Filiusfa. ¶ Not.casum,ꝙ hæreditas patris
non adita,transmittitur ad quem-
1 cunq; extraneum† successorem:& hoc operatur exi
stentia sui hæredis.de hoc dixi in.l.si filius,qui pa-
tri.s̈.de vulga.& pupil.&.l.ex militia.in fin.cum.l.
seq.s̈.de mili.testa.

SVMMARIVM.

1 *Res una non potest esse plurium insolidum.*
2 *Res quædam possunt esse in pendenti.*
3 *Libertas data seruo,confirmatur ex dominio posteà superuenienti*

Pater peculii. ¶ Hunc.§.vsque ad fi.
tituli diuide in tres par
tes.Primò,quando pater manumisit in testamento
seruum filij,& filius intestatus decessit.Secundò,
qñ instituit extraneum,qui non adiuit.Tertiò,qñ
pater fuit institutus.Secũda ibi:non tamen,si vt hę
res &c.Tertia in.l.final.quæ continuatur cum ista.
1 ¶ †No.quòd vna res non potest esse plurium inso
lidum:vt hîc,& in.l.si vt certo.§.si duobus.s̈.com-
2 mo.¶ †Secundò not.ꝙ quædam sunt res,quæ sunt
in pendenti.quod dic,vt.l.qui res.s̈.de sol.&.l.vsus
3 fructus.s̈.de stipu.ser.¶ †Tertiò no.ꝙ libertas da-
ta seruo confirmatur ex dominio posteà superue-
nienti.¶ Ad hoc oppo.glos.de.l.si seruo.s̈.qui & à
qui.glo.non sol.Tu dic,quòd hîc est aliquid,quod
retro fingitur:secus in.l.contraria.& hæc sol.colligi
tur.j.proxi.& plenè dixi in.l.cum vir.s̈.de vsuc.

De priuilegijs ueteranorum Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium habens per unum actum contrarium,non uidetur renuntiare.*

LEX II.

HOneste. ¶ Tene mẽti hãc
l.Nota,quòd ille,
qui habet priuigeliũ, vnũ actũ
contrarium non videtur renuntia
1 re priuilegio.†Dicam de hoc vo-
bis.j.de decu.l.ij.in fine.

SVMMARIVM.

1 *Vectigal dicitur munus patrimoniale.*

Vectigalia. ¶ Not.tex.ꝙ vectigalia di
cuntur munera patrimo-
1 nialia.Dic†vt hîc.de hoc.C.de vete.l.j.lib.xij.

LEX V.

VEteranos. ¶ Iste text.ibi.sed
veterani &c.est con
tra.l.ij.s̈.eo.Nam videtur,quòd per vnũ
actum quis perdat priuilegium suum.
gl.ibi soluit.Aliud est quando quis patitur se eligi
in decurionem:aliud quando ad aliud munus.dicã
in.l.ij.in fin.j.de decurio.

Ad municipalem, & de incolis Rub.

¶ Glos.non continuat rub.Tu continua.Quatuor
sunt cognitiones.s.de re pecuniaria:aut de æstima
tione:aut de crimine capitali:aut de muneribus &
honoribus:vt.l.cognitionum.in princi.j.de vari.&
extraor.cog.de tribus primis est dictum.s̈.sequi-
tur videre de quarta,scilicet de muneribus & hono
ribus.verùm,quia predicta indicuntur ciuibus,&
incolis::ideò præmittit titulum ad municipalem &
de incolis.

* Pro concordia. Aduerte,ꝙ appellatione ciuiũ comprehẽditur comitatẽsis.per Bar.in l.iij.C.de natu.lib. & in.l.ij.j.de ver.sig.Sed cõtrarius allegaẽ in suo cõs.clxxij.inci.dubia occurrẽtia.vbi dicit vidisse multos errasse in hac materia.Idẽ vr̃ tenere hîc in.l.j.& in l.fi.j.hoc tit.in illa q.an mulier comitatẽsi nupta ciuitatensi efficiatur ciuis?& cõsuluit ꝙ nõ.Et sentit tã in qõne,q̃ in decisione,ꝙ non sit ciuis ciuitatis:& ꝑ cõsequẽs nõ cõprehẽdatur.Sol.istã difficultatem valde discutiunt Ange.& Io.de Imo.do.Alexã.d.Chri.de nicellis,in rub.ff.so.ma.cõcludẽtes ꝙ in materia stricta,vbi debet fieri stricta interpretatio,vt in priuilegijs,& statutis cõtra ius cõe:& tũc nõ cõprehẽdãtur comitatẽses:& ꝓcedat secunda opinio Bar.& sequaciũ.Aut verò loqtur in materia,vbi lata fit interpretatio,& cõprehẽdãtur,& ita procedat prĩa opi.Bart.in.l.iij.& in.d.l.ij.& ista fuit concordia Bart.in.d.l.ij.Posset accõmodari alia rñsio secundùm.d.Ale.in.d.rub.so.ma.q al.cõcor.& rñdet cõtrarijs:qa si fiat mentio de ciuitate,nõ cõprehẽdatur comitatẽsis.& procedat secũda opi.Aut non,& procedat prima opi.& istã so.sentit Bar.in.d.l.ij.

a ¶ Municeps est nomen gñis.Ad.de Bar.in.l.ciues.C.de inco.libr.x.

SVMMARIVM.

1 *Municeps,ꝙ sit nomen generis:ciuis & incola,est nomen speciei.*
Oriundus de castro Pontremuli,non dicitur ciuis,nec incola illius castri:sed municeps,uel originarius.
2 *Natiuitate propria,uel paterna, quis efficitur ciuis.*
3 *Comitatẽsis natus in ciuitate,an sit ciuis?uel ciuis natus in comitatu, an sit comitaten.*
Differentia inter comitatensem,& ciuem,de iure communi est: quia comitatensis ad maiora onera tenetur,quàm ciuis.nu.4.
5 *Natus in castro existenti in Tuscia,subdito ciuitati Perusij, licet sit ciuis Perusinus: an erit Tuscus,an Perusinus?ubi quòd quantum an munera ciuitatis erit Perusinus: quantum ad munera prouincialia,erit Tuscus.*
6 *Natus in aliqua parochia,uel porta ciuitatis,quando distinguitur per portas: dicitur de illa porta ratione originis.*
Quis dicitur esse illius capellæ uel portæ,ubi munera subit:uel ubi habitat:uel ubi cõuersatur.
7 *Manumissus sequitur originem manumittentis,non eius,qui iußit manumitti.*
8 *Ciuilitas quantum ad temporalia non contrahitur per baptismum:sed an ad spiritualia,ad canonistas remittit.*
9 *Adoptatus sequitur originem adoptantis:nec per hoc quis perdit suam originem:& durat,donec adoptio durat.*
10 *Forensis factus monachus,uel canonicus in ecclesia sancti Laurentij huius ciuitatis:an efficiatur ciuis huius ciuitatis?& nu.14.ubi quòd sic.& durat ciuis,donec ibi stat.*
11 *Ciuis huius ciuitatis effectus monachus,uel religiosus,non desinit esse ciuis.*
12 *Capitulum ecclesiæ ciuitatis,si habuit originem in ciuitate, erit ciuis: & si non habet originem,habet domicilium ratione incolatus.*
13 *Forensis effectus Abbas in ista ciuitate,est ciuis huius ciuitatis.*
14 *Forensis effectus Rector ecclesiæ,efficitur ciuis in illa ciuitate.*
Miles positus ad exercendam militiam in aliqua ciuitate,efficitur ibi ciuis.
15 *Municeps quasi munerum particeps.*
Propria significatio assumitur ex Etymologia uocabuli.
16 *Ciuilitas contrahitur ex receptione.*
17 *Statutum loquens de ciuilibus,quòd habeat locum, etiam in ciuibus non subeuntibus munera.*
18 *Ciuis non subiens in loco munera,non dicitur propriè municeps.*
19 *Natus ex matre comitatensi,an sit comiiatensis?remißiuè.*
Idem est dicere Perusinus:& ciuis Perusinus,& municeps Perusinus,si assumatur,ut nomen appellatiuum:secus si ut proprium.
Idem est dicere de Perusio:& Perusinus.
Aliquem esse de Perusio,uel ciuem Perusinum,non importat necessariò ipsum habitare in Perusio.
20 *Priuilegio potest concedi aliquibus ciuitatibus,ut nati sequantur originem matris.*
21 *Infans expositus,cuius origo ignoratur,efficitur ciuis illius ciuitatis, ubi est expositus & nutritus.*
22 *Bastardus legitimatus sequitur originem patris.*
13 *Frustra à principe impetratur,quod à iure communi conceditur.*
Verba debent intelligi,ut aliquid operentur.

LEX I.

* **MVnicipem.** ¶ Primò ponit qualiter efficiantur municipes ipso facto.Secũdò
qualiter fiãt ex dispositione ciuitatis.Tertiò,quid impor
tet nomen municipis largo modo, & impropriè sumen-
do.Quartò,prędicta inducit ad determinationẽ vni⁹ quæ
stionis. Quintò,ad prędictã determinationem ponit v-
nam exceptionem,quam probat per rescripta principũ.Sextò,circa præ-
dicta ponit quorundã falsam opi.quã reprobat.Secũda ibi:& propriè.Ter
tia ibi:sed nunc abusiuè.Quarta ibi:qui ex duobus. Quinta ibi:nisi fortè.
Sexta ibi:quod beneficiũ.¶ Pone casum sic.Quæro qualiter qs efficiatur
municeps alicuius ciuitatis,vel municipij?Respondet Iurisc.municeps fit
quandoq; ipso facto,seu ipso iure:quãdoq; per constitutionẽ ipso iure fa-
cit aliquẽ municipẽ natiuitas,manumissio,& adoptio.& hoc in prima par
te.Constitutione fit,quãdo aliqui sunt recepti in ciuitate:vt munera no-
biscũ facerent.& isti propriè dicunẽ municipes:quasi muneris participes:
& hoc in secũda parte.Sed quærië,an illi,qui sunt in ciuitate ciues origine,
si aliquo priuilegio nõ subeant munera:an dicanẽ municipes?Respõdet Iu
risconf.ꝙ hodie vtimur isto vocabulo largè,& impropriè:vt quilibet ciuis
ciuitatis dicaẽ municeps,etiã si munera nõ subeat aliquo priuilegio.& hoc
1 in tertia parte.Cætera sunt plana.¶ †In prima parte dicitur municipem.
Quæro,qualiter intelligatur hoc nomen municeps?gl.C.de inco.l.ciues.di
a cit,ꝙ municeps est nomen generis[a]: ciuis & incola, est nomen speciei. &
idẽ dicit Dy.In contrariũ videẽ hæc rub.quæ dicit ad municipalẽ,& de in
colis.quasi incola sit species ꝑ se distincta à municipe.Pro hoc:quia in.C.
habemus rubricã de municipibus,& originarijs per se:& rubricam de in-
colis per se:ergo sunt diuersa:vt.C.de codicillis.l.si idẽ.Credo gl.dicere ve
rũ,ꝙ incola est species ad municipẽ:vt probatur in.l.filij.§.municipes.j.e.
tit.Nec est incongruũ:vt quãdoq; cadat copula inter genus,& speciẽ.Vel
ꝙ vna ru.fiat de genere,alia de specie:vt in multis partib⁹ iuris:dico tamẽ
ꝙ verbũ ciuis non potest adaptari omnibus municipibus:vt puta a-
latius,ꝙ verbũ ciuis non potest adaptari omnibus municipibus:vt puta a-
liquis est oriundus de quodã castro libero:hîc nõ poterit dici ciuis illius ca
stri,nec incola:sed appellabitur municeps,hoc nomine generali.vel origi-
narius:vt.C.de muni.& ori.super rubri.& sic apparet,ꝙ hoc nomen muni
ceps est genus ad ciuẽ ciuitatis,& ad castellanũ alicuius castri cõstitutũ ori
gine,vel constitutione,vel quod alio modo cõprehendaẽ etiã,vt dictũ est.
2 ¶ †Sequië in tex.natiuitas.vides ꝙ natiuitate qs efficitur ciuis.& dicit gl.
quod

quòd natiuitate paterna, vel propria:vt.j.eod.l.aſ-
a ſumptio.ᵃ& ibi dicam.Itē,quia naſcitur in comita
tu,in aliqua villa:vel caſtro ſubdita ciuitati efficitur
3 ciuis illius ciuitatis:vt.s.eo.l.qui ex vico. ¶†Sed cir
ca hoc dubitatur:vtrum comitatenſis natus in ciui-
tate ſit ciuis: vel ciuis natus in comitatu, ſit comita-
tēſis,vel forēſis fili⁹ nat⁹ ī comitatu,ſit comitatēſis.
Quidā dicunt quòd ſic,qa inſpicitur origo.vt hic,
4 cum ſi. ¶†Ad declarationē iſtius quæſtionis opor-
tet te ſcire, vtrum de iure communi aliqua ſit diffe
rentia inter ciuem & comitatenſem. Reſpōdeo ſic:
quia comitatenſis tenetur ad maiora onera. Poteſt
enim ei imponi collecta, pro ea parte, quæ vocatur
capitatio, quæ ciuibus non poteſt imponi, vt.C. de
capi.ciui.cen.exi.l.j.libr.xj.& ibi nota.&.C.ne ru-
ſti.ad vllum obſequi.deuo.le.j.eod.lib.Hoc etiam
b faciunt ſtatutaᵇciuitatum, vt videtis. Nunc ad pro-
poſitum debetis ſcire,quòd tam ciuis,quàm comi-
tatenſis, dicitur ciuis.Sed perſona comitatenſis eſt
obnoxiata quodam nexu, ſcilicet quodā munere:
vt maiora munera ſubeat, vt vidiſtis,ſed in iſtis ſic
obnoxiatis non inſpicitur locus,in quo naſcitur,ſed
perſonæ,ex quibus oriūtur, vt.l.cum ſatis.in prin-
cip.C.de agri.& cenſi.li.xj.& ſic natus ex ciue,vbi-
cunq; naſcatur, erit ciuis. Item natus ex comitaten-
ſi,vbicunq; naſcatur, erit ciuis comitatenſis. Natus
c verò ex non comitatenſi,erit ciuis,ᶜnon comitaten
ſis: quia non ex parentibus comitatenſibus. Vtrū
autem in prædictis inſpiciatur condicio partis,vel
matris,de iure communi: dicam aliâs in hoc tracta-
5 tu. ¶†Quæro, aliquis eſt natus in quodam caſtro
ſubdito ciuitati Peruſij,quæ eſt in Tuſcia:tamen ca
ſtrum eſt in ducatu.non eſt dubiū q̃ ille naſcitur ci
uis Peruſinus: vt.j.eo.l. qui ex vico. ¶ Sed dubita-
tur,vtrum iſte erit Tuſcus,vel erit Ducatanus.Pro
huius declaratiōe,debetis ſcire, q̃ municeps poteſt
quis dici reſpectu ciuitatis, & reſpectu prouinciæ.
vnde eſt quædam patria communis: vt tota prouin
d cia. Quædam patria ſingularis: ᵈvt ciuitas propria:
vt.l.Roma.j.eo.titu.& no.per glo.in.l.hoſtes.s.de
capti.&.l.prouinciales.j.de verb.ſign.&.C.de natu.
liber.l.iij.&.l. vxor.§.legauerat.de lega.iij.Dico er-
go, q̃ eſt Peruſinus quantū ad munera ciuitatis: ſed
quantū ad munera prouincialia, diceretur ducata-
nus, in qua prouincia eſt caſtrū: vnde ſibi origo eſt.
Et ideò, ſi collectæ imponerētur his pro oneribus
prouincialibus,non deberent ſubire illi,qui ſunt in
6 ducatu,vt.d.l.licet de facto non ſeruetur.¶†Quę-
ro.ciuitas iſta diſtinguitur per portas & per paro-
chias,vtrum natus in aliqua porta,vel parochia de-
beat dici de illa porta, vel parochia ratiōe originis?
videte ciues ciuitatis ſunt vniformes: & ciuilitas,
quę per originē cōtrahitur, eſt vniformis toti ciui
tati:vt hic patet &.s.dictū eſt. Diſtinctio verò por
tarū & capellarū fit gratia maioris notitię, & gratia
facilioris diuiſiōis de honoribus & muneribus fa-
ciendis:vt.l.nā ſalutē.s.de off.prefe. vigilū.Sicut di
cimus de agro,qui diuiditur gratia vberioris cul-
e turæ:ᵉvt.l.Caius.§.fina.s.de legatis.ij.Et ideò nati-
uitas in aliqua capella,vel porta,non facit eum illius
portæ,vel capellæ:ſed iſta diſtinctio fiet,vt in qua
capella munera ſubit,illius capellæ dicatur.argum.
extra de parrochi.c.fina.vel dicatur illius capellæ in
qua ipſe habitat,vbi magis conuerſatur:vt.l.eius,
qui.§.j.j.eo.& ita de facto conſuluit Iac.bu.licet nō
per iſtas.ll.¶ Sequitur,aut manumiſsio.dicit gl.q̃
7 †manumiſſus ſequitur originem manumittentis,
non eius,qui iuſsit manumitti:vt.C.eo.l.ij.lib.x.&
8 probatur.j.eo.l.libertus.§.ex cā.¶†Secūdò quæ-
vtrùm baptizatus hîc efficiatur ciuis huius ciuita-
tis?quod videtur.Nā per baptiſmū quis liberatur à
peccato & ſeruitute,qua tenebatˀ Sathanę,& ange-
lis eius:ergo vr̃ quaſi manumiſsio.per cōſequēs vr̃,
q̃ cōtrahatur ciuilitas.Videte,non credo,q̃ q̃tum
ad tēporalia per baptiſmū cōtrahatur ciuilitas:quia
certi ſunt modi per quos ciuilitas cōtrahitur:vt hîc:
&.l.ciues.C.de inco.inter quos non eſt iſte.Sed q̃-
9 tū ad ſpiritualia, relinquo canoniſtis.¶†Sequitur
i in tex.aut adoptio.Per adoptionem quis ſequitur
originem adoptantis:nec per hoc perdit primam
ſuam originem:vt.j.eod.l.ordine.§.fi.& durat iſta
qualitas,donec durat iſta adoptio:vt.l.ſed & ſi is.
10 j.eod.ti.¶†Iuxta prædicta quæro,vtrùm forenſis
factus monachus ſancti Petri,vel canonicus ſancti
Laurentij,huius ciuitatis,efficiatur ciuis huius ciui-
11 tatis?Antequam†declarem iſtam.q.oportet,q̃ mu
ta videamus.Primò,an ciuis huius ciuitatis,qui ef
f ficitur monachus,vel religioſus,deſinatᶠeſſe ciuis?
Rñ.nō:quia per monachationē qs nō perdit iura ci
uilia:vt.l.Deo nobis.C.de epiſ.& cler.Item ille,qui
monachatur aſcendit ad maiorē ſtatū:vt in aut.de
mo.in princ.ſed per dignitatē ſuperuenietē prima
ciuilitas non tollitur:vt.l.filij.§.ſenatores.j.eo.&.s.
de ſena.l.pe.Ita per monachationem non deſinit eſ
ſe ciuis.Et licet non teneatur ad munera realia,vel
perſonalia,non minus propter hoc dicitur ciuis:vt
hac.l.verſicu.ſed nunc.eſt enim ciuis priuilegiatus.
12 ¶†Quæroᵍetiā,an capitulū alicuius eccleſiæ Peru
g ſinę,dicatur ciuis huius ciuitatis?vos ſcitis,q̃ capitu
lū eſt perſona repræſentata:vt.l.mortuo.s.de fide-
iuſ.ſi ergo iſta perſona repræſentata,originem ha-
buit hîc:quis dubitat,q̃ ratione originis erit ciuis?
certè ciuis erit:vt hîc.Sed ſi eſſet capitulū,quod ali-
bi habuiſſet originem.Exēplū.Capitulū Hieroſo-
limitanū venit ad ciuitatē iſtā,& poſuit ſe in eccl̃ia
Sancti Lucæ:certè cap̃m habet hîc domiciliū rō-
ne incolatus,nō aūt eſt ciuis:quia nec originis:nec
13 alio mō qs ciuis cōſtituitur.¶ Quæro†etiāʰſi aliqs
h forenſis efficitur Abbas ſancti Petri,an erit ciuis hu
ius ciuitatis?Idē quæro,de rectore cuiuſlibet eccle
ſiæ:& videtur q̃ ſic.& videtur caſus extra de tem.
or.c.cū nullus.libro.vj.Prætereà,miles qui eſt poſi
tus in aliquo loco ad exercendā militiā,efficitur ci-
uis illius loci:vt.l.municeps.§.fi.j.eod.& ita intelli
i git gl.ⁱC.de inco.l.ciues.ergo præpoſitus regimini
alicuius eccleſiæ:& ſic illius militiæ ratione efficitˀ
ciuis.Prætereà,nō eſt dubiū,q̃ Abbas efficiatur de
capitulo:ſed capitulū eſt ciuis,vt dixi:ergo &c.Prę
tereà,vir trahit ad ſe vxorē ſuā,vt efficiatur ciuis il
lius ciuitatis.vñ eſt vir:vt.l.fi.§.itē reſcripſerūt.j.e.
ergo eadē rōne eccleſia trahit ad ſe p̃latū,vel recto-
14 rē ſuū.quod puto verū.¶†Ad propoſitā qōnē rñ
deo,q̃ monachus efficiatur ciuis illius ciuitatis per
monachationē,ſicut per adoptionē.Tranſit em̃ in
p̃tātē capituli:& in p̃tātē Abbatis,qui ſunt ciues:vt
s.dictum eſt.Verūtñ iſta qualitas durat,donec du
rat adoptio.& ſic ſi de illo capitulo recederet & trā
ſiret ad aliud capitulū,vt faciūt fratres prædicatores
minores,& Eremitæ deſinerent eſſe ciues huius ci-
uitatis,& eēnt ciues illi⁹ capituli,in quod trāſierūt.
15 ¶†Sequitur in text.& propriè qdē.Hîc no.q̃ ſecū
dū etymologiam vocabuli,municeps dicitur,quaſi
munerū p̃ticeps.Et ſic vides,q̃ propria ſignificatio
aſſumitˀ ex etymologia vocabuli:de quo plenè dixi
in repe.l.oēs populi.in tract.ſtatutorū.de iuſt.& iu
16 re.&.l.j.§.de teſta.&.l.tignū.j.de ver.ſi.¶†Secun
dò no.q̃ aliq p̃nt recipi in ciuitatē,vt munera nobiſ
cū faciāt:& ſic receptiōe cōtrahitur ciuilitas:vt hîc,
in tex.dū dicit,recepti in ciuitate &c.Poſſet ēt hîc
tex.intelligi aſr:vt dicātur recepti in ciuitate.ſ.ipſo
facto,per eos modos,qui ponuntur in prin.l.tamē
prior lectu.magis placet:vt receptione propria ex
cōtractu habito cum alio,ciuitas ſibi faciat ciuem.
hoc videmus ſeruari de conſuetudine.Hoc proba-
tur in.l.ædificia.cum ſua glo.j.de verbo.ſigni.Hoc
modo intellige.C.de incol.ciues.vbi dicitur,quòd
ciues facit origo,manumiſsio,adoptio,& allectio.
Nā ibi recitatˀ iſta.l.in eo,quod ibi dicitˀ de allectio.

a ¶ L. aſſumptio. qui naſcitur in caſtro, dicitur ciuis illius ciuitatis. vide Bartol.in.l.non dubito.s.de capti.& in.l.ij.de verbo.ſignifi. Et an comitatenſis natus in ciuitate ſit ciuis? & ciuis natus in ciuitate ſit comitatenſis? vide hîc Bartol. Et adde quòd Cyn.& Ange.& Bald.nota.in.l.huiuſmodi.§.legatum.de.l.j.per illū text.dicit,q̃ ſi vxor alicuius exiſtēs peregrè peperit partū Florētiæ,non debet talis filius cenſeri origine ciuis Florentinus: nec quo ad munera, nec quo ad honores, ſed Imola ibi inclinat in contrarium per hanc.l.& ciues.C.de inco.li.x.& ibi no.& fortè melius. Et facit etiam ad aliud,ſecūdū Bal. ibi.& ibi dixi. poſt Imo.Sed pone,aliquis eſt nat⁹ de caſtro Centi, qd᷑ eſt de ēpatu Bono. an dicatur Bono. vel forēſis? vide no.Ia.bu.& Bal.in autˀ.qua in p̃ui.C.vbi de cri.& adde Bar.ī.d.l.ciues.Et ad primū dictū.s. vide qd᷑ dicit Bar.in.l.j.C.de mu.& origi.Adde an filius comitatēſis nat⁹ ī ciuitate ſit ciuis? Bar.cōſil.clxxij.

b ¶ Faciunt ſtatuta. Adde nota.in ſimili per Barto.j.eod.l.fi.in.§.ij.dē reſcripſerunt.in verſiculo vlterius quæro.

c ¶ Erit ciuis. Et hic adde,qd᷑ not. Barto.in.l.ij.j.de ver.ſig.ī.q.an priuilegia cōceſſa ciuibus extendātur ad comitatenſes.

d ¶ Patria ſingularis.adde Bart.per illum text.in.l.& qui.in princi.j.de mu.& hono.

e ¶ Vberioris culturæ. Vide Bartol.in.l.quod conclaue.s.de dā.infec.in fine.& not. cuius capellę quis dicatur. & facit optimè,qd᷑ dixit poſt Bar.in.l.j.§.j.aliâs.in.l.Plautius.s.de condi.& demon.

f ¶ Religioſus deſinat.An per monachationē quis deſinat eſſe ciuis? & adde, quod dixi poſt Bartolum in l.in prouinciali.in fin.ſuprà de ope.no.nun.

g ¶ Quæro. Adde Old.in conſi.xxx.vtrùm ſacerdos ſit de vniuerſitate,q̃ ciuitas diuiditur in tres partes.vide ibi.Andr.Barba.

h ¶ Quæro etiā. An prælatus efficiatur ciuis? & vide Bar.in.l.hæres abſens.in fi.s.de iudi.& no.Inn.in.c.ex ore.de priuile.& quod no.Inn.in.c.fi.de eo,qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.& no.in.c.dilecti.el.ij.de reſcrip.& in.c.ex parte.de fo.cōpe.& quod not.Bar.in.l.municeps.§.miles.j.e.

i ¶ Intelligit gloſ. Hoc idē tenet in l.filio.in princ.C.de mun.& ori.li.x.& alle.l.j.C.de cap.ibi tamē hoc nō audet affirmare.Hanc tñ opin.ſecutus eſt Paul.de ca.in.d.l.huiuſmodi.§.legatū.de le.j.in lect.Bono.Sed idem Pau.de ca.in lectu.Padu.contrariam tenet opi.Imo.ſecutus.& ad dictum.§.legatū.Rñdet,q̃ illud ideò ibi:quia aliâs fraudaretur mens defuncti:qa prodeſſet partum naſciturum eſſe in loco,in quo ancilla mater ſucceſſerat,& fieret prę iudiciū legatario:vt etia dixit ibi Bal.in ſuo ſummario.& ita de facto ſeruatur. ſecundùm Pau.de ca.& dicit q̃ ita fuit de facto Paduæ.Pro quo ēt faciūt no.p̃ gl.& doct.ī.l.aſſumptio.§.j.j.e.&.d.l.filij.Hāc opi.etiā tenet Rapha.in.d.§.legatum.& in l.certa.§.fi.de leg.j.& ita dicit fuiſſe conſultum.& refert ita tenuiſſe dominū Chriſtopho.de caſtel.alle.d.l.aſſumptio.& l.filio quē pater.de liber.& poſth.& quia quæ ad diſpoſitionē.l.non attenditur hominis deſtinatio.d.l.certa.§.fin.&.l.is,qui.C.de furt.& ita tenet Alex.in d.§.legatum.

ne intelligo conuentione, vel constitutione ciuitatis facta cum aliquo. Et licet gl. ibi aliter intelligat, licet etiam intellectus glo. ibi positus sit verus in se. ¶ Veniamus ad tertiam particulã. Dicitur, ꝙ etiã illi qui non subeunt munera, dicuntur municipes,
17 sed abusiuè & impropriè. ¶ † Quæro, vtrùm[a] sta-
a tuta, quæ loquuntur de ciuibus, locum habeant in illis ciuibus, qui munera non subeunt? videtur quòd non: quia debent intelligi statuta secũdùm propriã significationẽ: vt. l. j. §. si is qui nauem. de exer. & l. non aliter. de leg. iij. & . j. eod. l. constitutionibus. sed illi nõ dicũtur propriè ciues: vt hîc. ergo &c. ¶ Cõtrarium dico: fateor ꝙ non dicuntur propriè municipes. cùm enim non subeant munera, repugnat allusio vocabuli: sed propriè dicitur castellanus, seu terrigena illius ciuitatis, castri, vel terrę. Et hoc probat iste text. dum dicit suæ cuiuscunq; ciuitatis ciues: & sic innuit quod verè, & propriè dicitur ciuis: licet non propriè municeps. ¶ Veniamus ad quartam particulam. hîc habes, quòd quis sequitur ori-
18 ginem patris, non originem matris. ¶ † Quæro, qd in comitatensibus. vtrùm natus ex matre comitatẽ si sit comitatensis? dicam. j. eo. l. qui iustum. ¶ Secũ-
19 dò ex ista particula no. † quòd idem est[b] dicere Pe-
b rusinus, & ciuis Perusinus, seu municeps Perusinus: vt in hoc versi. qui ex duobus. & in versi. sed & si ex patre. & . C. eodem. l. j. quod est verum, si Perusinus assumatur, vt nomẽ appellatiuum. nam si aliquis proprio nomine vocaretur Perusinus: non sequitur: ergo est ciuis Perusinus, vt. j. eo. l. vlti. §. pe. Idem puto si dicatur talis de Perusio quòd intelligatur: id est, ciuis Perusinus. Idem enim est dicere, de Perusio & Perusinus. vt extra de spon. c. j. & est tex. & gl. s. de excusa. tuto. l. sed & reprobari. §. amplius. ver. si enim. in gloss. super verbo Comaneus. Licet enim prædicta verba important aliquem esse ciuem Perusinum: videtur, quòd non important de necessitate ipsum esse habitatorem in Perusio. vt. C. eodem. l. j. licet in contrarium faciat. j. de verb. significat. l. prouinciales. dic vt ibi. ¶ Veniamus ad
20 quintã particulam. † hîc habes ꝙ ex priuilegio potest concedi aliquibus ciuitatibus: vt nati sequantur originem matris. ¶ Veniamus ad vltimam particulam, dicitur hîc, quòd vulgò quæsiti sequuntur originem matris: quia nullã habent aliam originem.
21 ¶ † Quæro, qd[c] si est aliqs, cuius ignoratur origo, pa-
c terna mr̃na, & propria. Exemplũ in infantibus expositis ad hospitale: ignoratur pater, & mater, & locus originis propriæ? hoc anno consului, quòd est ciuis illius ciuitatis, vbi est expositus & nutritus. Cùm nulla alia reperiatur origo: vt hîc dicit textus ibi: quam enim aliam originem hîc habet &c. Præterea, in dubio præsumitur, vt. s. de fund. instruct. l.
22 l. si ita. in fine. ¶ † Quærit gloss. quid de filio bastar
d do legitimato per Principem? certè dicit glo. quòd sequitur originem patris.[d] cùm sit legitimus: vt. l. ordine. in fine. j. eodem titulo. & idem tenet gloss. C.
23 eodem. l. filios. ¶ † Vltimò not. quòd frustra à Principe impetratur, quod iure communi conceditur. & verba debent intelligi, vt aliquid operentur. concor. sunt in glo. quæ incipit: scilicet legitimis, in fin. Solut. hîc verba possunt operari: ibi non. argumen. s. pro socio. l. sed & si adijciatur.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur pro filio, tanquam fideiussor.*
2 *Pater, qui non contradicit, quando iniungitur filio officiũ publicum auhoritate, & utilitate, uidetur consentire.*
3 *Officium ordinis decurionum tenetur facere ea, quæ ponuntur in hac. l.*
4 *Massarius communis, quòd teneatur soluere pecuniam de mandato prioris.*
5 *Decuriones, si est eis specialiter commissum, dant tutores: quando alij iudices deficiunt.*
6 *Appellatur à sententia Potestatis ad priores, quando ciuitas habet tantummodo potestatem: & non iudices appellationis.*
7 *Rempublicam saluam fore qui tenetur, non tenetur de damno priuato personæ.*
8 *Priores habentes arbitrium super publica utilitate cõmunis, non possunt statuere, nisi de pertinentibus ad utilitatem publicam principaliter.*

a ¶ Quæro vtrùm. statutum loquens de ciuibus, an habeat locum in his, qui nõ subeũt munera? vide tñ quod no. Bar. in aut. sed oĩno. C. ne vxor pro mari. & Bald. in. l. si non spãli. in. iij. col. C. de testa. & ibi etiã, qui dicãtur de patria, & de terra, & ad materiã adde glo. & ibi Bar. in. l. j. s. de tu. & cu. da. ab his.

b ¶ Idẽ est dicere. No. ꝙ idẽ est dicere Perusinus, & de Perusio. & adde Bar. & Imol. s. sol. ma. in prin. & latè Bart. in tractatu represaliarũ. in vij. q. & in. l. ij. j. de verb. sig. Adde ꝙ glo. lxxxv. d. c. Florentinũ. dicit, Florentinus dicit, qui est inde natus. facit de excu. tu. l. sed & reprobari. in versi. comaneus. & de tut. & cura. da. ab his. l. j. in fi. & dicit Bal. no. in. l. si siue possidetis. C. de proba. ꝙ si statutũ dicit, ꝙ Florẽtini habeantur pro Perusinis. hoc nomine significat originẽ: secus si dicat habeantur pro ciuibus: quia tũc põt referri ad quẽcũq; receptũ ad vtilitatẽ. facit quod ipse not. in. l. si nõ speciali, de testi. Sed ꝙ appellatione ciuium veniant tm̃ originarij: tenet Bald. in. l. ciues. C. de ap. quod dicit no. pro repsalijs.

c ¶ Quæro qd. adde Bart. in. l. quia semper. de in ius voc.

d ¶ Originem patris. vide Bar. in. l. assumptio. §. j. j. e.

LEX II.

1 QVoties. ¶ Not. † ex hac. l. ꝙ pater tenetur pro filio tanq; fideiussor. facit quod habuistis in. l. cum filius. in prin. s. de ver. obli. ¶ Ad istud op.
2 j. eod. l. Lucius. §. idem respondi. Solu. vt ibi. ¶ † Secundò no. quòd pater qui non contradicit, videtur consentire. concordan. sunt in glo. ¶ Ad hoc oppo. de. l. Lucius. la picola. s. de administratio. tutorum. Responde, quòd hîc loquitur quando iniungitur officium publicum authoritate, vel vtilitate: ibi verò erat vtilitate priuatum. Rationem dic, vt ibi. & tan-
3 gunt doct. c. quod cum eo. l. j. ¶ † Tertiò not. ꝙ ad officiũ ordinis decurionũ pertinet facere ea, quæ ponuntur hac. l. in ver. gestum autem. quę vide & not.
4 † Ex quo habes, quòd massarius cõmunis, tenet soluere pecuniam de mandato prioris. & omnia ista ptinent ad officium prioris de iure communi: vt hîc:
5 nisi aliter cautum sit. ¶ † Quartò not. ex versi. sed & si filius. quòd ad decuriones pertinet dare tutores. quod intellige, quando eis specialiter est permissum: aliàs non possent, nisi quando alij iudices deficerent: vt. l. vbi absunt. s. de tut. & curato. da. ab his.
6 ¶ † Et pro hoc dixi aliàs[e] in simili: ciuitas habet
e potestatem tantùm, nec habet iudicem appellationis: vtrũ possit appellari ad priores? dico quòd sic. ar. d. l. vbi absunt. Pro hoc facit optimè. s. de appel. l. j. §. si quis in appellatione. in eo, quod ibi loqui-
7 tur de consulibus. ¶ † Vltimò not. ꝙ ille, qui promittit rempublicam saluã fore, non tenetur de damno priuatæ personæ: vt hîc, & . s. de ma. cõue. l. j. in prin. & . j. eo. l. libertus. §. fin. ¶ Sed contra hoc oppo. quia reipub. vtilitas est. vt institu. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. fin. Sol. ad vtilitatem publicam pertinet, vtilitas priuatorum secundariò, non principa-
8 liter. ¶ † Et pro hoc facit in argumen[f]. quòd si prio-
f res habent arbitrium super publica vtilitate communis, quòd ipsi non possunt statuere: nisi de his quę pertinent ad publicam vtilitatem principaliter. quod not.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias non potest sine consensu patris sibi constituere domicilium.*
2 *Domicilium constituitur facto, & animo.*
3 *Pupillus potest sibi constituere domiciliũ, & ibi dicitur habere, ubi habitat, & habet maiorem partem facultatum.*

LEX III.

1 PLacet. ¶ Not. † quod filiusfa. põt sibi cõstituere domicilium
2 sine consensu patris. ¶ † Quæro qualiter constituatur domicilium? Respõdeo animo, & facto: vt dicit gloss. & probatur. j. eodem. l. domicilium. ¶ Quæro, quid sit domicilium? dic
g vt. l. ciues. C. de incolis. ¶ Quæro vtrum[g] pupillus
3 † possit sibi constituere domicilium? videt ꝙ non, quia non habet animum, nec intellectum integrũ: puto contrarium, ꝙ si in aliquo loco pupillus habeat maiorem partem facultatum suarũ: & ibi habitet, dicitur re, & facto habere domicilium. hoc probatur. C. vbi pe. tut. l. j. & ibi per Azo. in sum. Nec obstat, quòd nõ habet animũ: quia animus requirit in eo, qui habet: aliàs secus. argu. in. l. penul. in fin. C. de eman. libe.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilitas nõ mutatur libera uoluntate: sed domicilium, seu incolatus, sic.*
2 *Confeßio mentientis facit fidem contra ipsum, donec contrarium probetur.*

LEX VI.

h ASsumptio.[h] ¶ Op. s. de post. l. j. § bestias. Gl. nõ sol. Sed dicunt quidam. illud contingit propter mitigandum pœnam. Sed tu dic, quòd hîc est quædam qualitas, propter quam quis obligatur alteri. scilicet ciuitati suæ ad munera subeunda: ideò mutari nõ potest sine ciuitatis consensu. In contrario est quędam qualitas, per quam quis alteri non obligatur, vt bestiã

e ¶ Quoties. dixi aliàs. vide no. per Bart. in. l. j. §. si qs in appellatione. ij. de app. & quod dixi in. d. l. vbi. & adde textũ in aut. vt nulli iu. §. computauit. in verbo, Aragrantis ciuitatis. & Bartol. in. l. ambitiosa. in. ij. colũ. s. de decre. Bar. & Bal. in. l. ij. C. quãsi. vel priua. & in l. j. de offi. procon. & quod no. Rom. in rub. de arbit. in vij. char.

f ¶ Facit in arg. no. pro statuentibus, & vide Bar. l. ambitiosa. in. j. & in iij. regula. s. de decre. ab or. fa. & in l. j. C. de no. Codi. compo.

g ¶ Placet. quæro vtrũ. adde Barto. in. l. j. s. de tuto. & cur. da. ab his. in. l. j. C. vbi pe. tut.

h ¶ Assumptio. vide Bar. latè in. l. prouinciales. j. de verbo. signi.

a ¶ Libera voluntate domiciliũ, seu incolatus potest mutari libera voluntate. & vide Bartol. ff. ea. l. §. fin. & Bal. in rubri. C. si à non compe. iudi.

b ¶ Filius. Quæro circa, & vide Bar. no. in cõsi. inci. in nomie dñi. dubia occurrẽtia ex qõne. Mar. &c. vbi querit, qd si alibi natus est filius: & an filius sequatur originẽ, & conditionẽ patris? vide in. c. fi. de ser. non ordi. & in. c. licet. de coniu. ser. & Bar. in. l. fi. j. eo. & quo ad nobilitatẽ gñis sequitur patrem, secundùm Bald. in. l. fin. C. de ser. fugi.

c ¶ Itẽ in eo. & qualiter qs sortiatur forũ in loco domicilij originis propriæ paternæ, vel auitæ, vltra hîc nota. per Bar. vide p do. Ant. in. c. accedens. el. ij. vt lit. nõ cõtest. Et cõis sententia vr̃, ꝙ ibi possit conueniri, si ibi inueniatur: aliâs secus, nisi quo ad finem distribuendi bona ibi sita. & sic æquiparatur foro contractus, secundùm Imol. in c. fi. de fo. cõpe. de quo ẽt p Cy. in. l. iuris. C. de iurisd. om. iu. & ibi vide Bal. in cõtrariũ. & vide Bald. in rub. C. si à non cõpet. iu. ꝙ in loco originis quis põt conueniri ibi, vbi inuenitur. al'. hanc l. & ibi quid si mutauerit domiciliũ. qs tñ semp habere præsumitur domiciliũ in loco originis. secũdũ Bal. in. l. fi. in. j. col. C. si à nõ compe. iu. & ibi vide ad materiã in. ij. col. & no. quòd vbi fit mentio de domicilio, debet intelligi de domicilio habitationis, vt voluit gl. in. c. statutũ. in §. cũ verò. in glo. si dicebatur de rescri. in. vj. & Inn. in. c. fi. de fo. cõp. vñ propriè ille est subdit⁹ alteri, qui

vt bestiam esse ferocem. ¶ Item op. §. de rei vend. l. fi. & C. de non nu. pecu. au'. contra qui propriam. gl. non solu. Tu dic, ꝙ mendacium non nocet: quia per hoc non mutatur veritas: vt hîc, cum concor. sed bene nocet mentienti. quia ipse punietur: vt in
1 contrarijs. ¶ Extra glo. opp. † ꝙ ciuilitas possit mutari ex libera voluntate ciuis: vt. l. in bello. §. manumittendo. ff. de capti. & postli. re. Solu. domicilium, seu
a incolatus potest mutari libera voluntate[a]: vt. l. nihil. j. eo. Sed ciuilitas contracta, vel natiuitate, vel alijs modis, quos vidistis in. l. j. ff. eo. & l. ciues. C. de inco. nõ põt mutari libera volũtate. Nec ob. §. manumittendo. quia ciuilitas ibi erat amissa ex dispositione legali, propter captiuitatem. vnde libera potestas,
2 & volũtas est alicui ciuilitatẽ nõ reacqrere. ¶ † Quæro, vtrùm ista cõfessio faciat fidẽ contra ipsum mentientem? puto ꝙ sic, in. l. j. C. de confes. & l. inde Neratius. §. fi. ff. ad. l. aqui. donec probetur contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus viuo auo, sequitur originem aui: si eo mortuo, originem patris.*

2 *Filius, quo ad quid, sequitur originem patris, ubi relatis opinionibus ponit distinctionem.*

3 *Ciuilitas acquisita à ciuitate, ex cõsuetudine, transit ad filios.*

Filius. ¶ Iste est difficilis. §. & habes hîc duo. Primò, ꝙ filius sequitur originem patris, q̃tum ad ciuilitatẽ. Secundò ꝙ filius non sequitur domiciliũ patris: scilicet cõstitutione. ¶ Ad primũ op. secũdũ hoc quilibet esset ciuis illius loci, vbi natus est Adã, vel alij nostri antiqui: vt Noe, vel similes. quod dicere est absurdũ. glo. hîc dicit, fateor, ꝙ sequitur originẽ patris tãtùm, nõ aui: & sic cessat prædictũ incõueniens. ita tenet glo. hîc. & C. eo. l. filios. ¶ Contra hoc videtur text. istius. l. in fi. ibi, libertini &c. dũ dicit, itẽ, qui ex his nascuntur &c. Itẽ videtur tex. j. eo. l. libertus. §. in adoptiua. Dyn. dicit
1 quod. ll. contrariæ loquũtur, † quando pater & auus erãt eiusdem ciuitatis: meritò sequitur originẽ aui. Istud est diuinare. Iac. de Aret. in hoc variauit. Nã hîc dixit simpliciter istas glo. non dicere verũ, per ll. contrarias. Ad illud inconueniens respõdit: quòd quis sequitur originem patris & aui: non autẽ aliorum parẽtum antiquorum. Ita dicit hîc. Et ita etiã tenebat hîc do. Oldr. sed. C. de iurisd. om. iudic. l. ij. dicit aliter: videlicet aut nepos nascitur viuo auo: & sequitur originem aui: vt in contrarijs. Aut post, eo mortuo, & tunc secus, vt in istis gl. argumen. l. emãcipatum. in fi. & quod ibi no. ff. de sena. Quod puto verum. si enim nascitur viuo auo: & sic in eius potestate: meritò eius originem sequitur, sicut dicimus de filio adoptato, vel legitimato: vt vidistis. ff. eo. l. j.
2 ¶ † Quæro, circa[b] istud primum dictum, quo ad
b quid sequitur filius originem patris? Tres opinio. sunt in gl. Prima, ꝙ sequatur originem patris q̃tũ ad honores, & quantum ad tutelas, quas in loco originis patris necesse habet agnoscere: vt. C. vbi pet. tu. vel cur. l. j. & non quantum ad alia munera, quæ ibi subire non cogitur: nec etiam ibi poterit conueniri. Quod probat glo. exemplo eius translati ad dignitatem senatoriam: vt. l. deinceps. j. eo. & ff. de sena. l. pe. vnde nisi aliâs in origine paterna filius cõstituat sibi domicilium, ibi numera nõ subit. Et idẽ dicit glo. de eo, qui sequitur originem manumissoris. Et ista est prima opinio. ¶ Videamus an sit vera: & certè in eo, quod dicit, quòd quantum ad honores, & ad tutelas, sequitur patris originem: verũ dicit: vt. j. videbitis. sed inquantum gloss. alleg. ad hoc. l. prima. C. vbi pe. tu. malè dicit: quia ibi dicitur quòd alicui potest dari tutor in loco originis paternæ: quod est eis commodum: nõ autem dicit, quòd quis ibi cogatur esse tutor: quia illud esset onus. Itẽ
c in eo,[c] quod dicit quantum ad alia munera, non sequitur patris originem: malè dicit: vt infra videbitis. Item in eo, quod dicit, quòd in origine paterna non potest conueniri: malè dicit, per. l. incola. la. j. j. eod. titu. Sed Iaco. de Are. dicit, ꝙ in hoc potest sustineri gl. vt non possit ibi conueniri: subaudi si ibi non reperiatur: vt. ff. de iudi. l. hæres absens. j. respon. & l. relegatorum. §. dubitandum. ff. de inter. & releg. quod satis potest esse bene dictum. ¶ Secunda opi. est in gl. quòd in origine propria, subit omnia munera. In origine verò paterna, habet locum, quod ff. dicitur. Ista opi. non est vera, vt. j. dicam. ¶ Tertia opin. est in glo. quòd in omnibus subit munera, ratione originis paternæ, vel manumissionis: vt hîc, nisi alibi habeat domicilium: quia tunc nihil ibi subit oneris, vel honoris: vt. C. eo. l. filios. Nec obst. quod dictum est in senatore: quia in eo est speciale propter dignitatem: vt liberetur à muneribus municipij sui. Ita dicit gloss. Ista gloss. in eo, quod dicit quòd debet subire munera in omnibus, dicit verum. In eo, quod excipit, nisi habeat alibi domiciliũ dicit malè. Et ista exceptio reprobatur hîc, in fina. gloss. quæ dicit: sed hoc reprobatur. C. de muni. & origi. l. fin. per quã. l. ista exceptio reprobat'. In alijs ista opi. approbatur. pro hoc. j. eo. l. libertus. §. præscri. & C. de inco. l. ciues. Et ista est vera: quã tenet Iacob. de Are. & Cyn. in. l. ij. C. de iurisdictio. omnium iudic. Non obst. l. filios. quam gloss. allegat ad probandam dictam exceptionem: quia ibi non dicitur filium non conueniri in originali ciuitate patris, si alibi habeat domicilium. Sed dicitur non conueniri in originali ciuitate matris, si ibi non habeat domicilium. ¶ Vt igitur tibi liqueat ista materia, dico aut loquimur de muneribus personalibus: aut de patrimonialibus: aut de honoribus: aut de iure conueniendi. Primo casu, illa habet necesse subire
d ratione originis[d] propriæ, vel paternæ: vt. j. eo. l. libertus. §. præscriptio. & C. de incol. l. ciues. & l. fi. C. de muni. & origi. reprobatis omnibus alijs opinion. suprà dictis. Secũdo casu, scilicet de patrimonialib⁹. tũc certum est, ꝙ illa subit, si ibi habet possessionẽ, scilicet in loco originis propriæ, vel paternæ: vt. j. de censi. l. si forma. §. si verò quis. & j. de muner. & ho. l. vltima. §. patrimoniorum. & l. rescripto. §. fina. & C. de mulie. & in quo loco mun. sub. l. j. libro. x. Tertio casu, scilicet de honoribus, dico, quòd illa subit in loco originis propriæ, vel paternæ. vt. ff. de sena. l. pe. ¶ Quarto casu, scilicet de iure conueniendi. dic, ꝙ poterit conueniri in loco originis propriæ, vel paternæ: vt infra eodem. l. incola. quod est verum, secũdum Iacobum de Aretio, si ibi inueniatur per. l. hæres absens. primo responso. ff. de iudic. & per. l. relegatorum. §. dubitandum. ff. de interdict. & relegat.
e ¶ Venio ad secundum[e]. dicitur hîc, quòd domici-
3 lium constitutione patris, quis non sequitur. † Quæro, aliquis est ciuis huius ciuitatis ex cõstitutione: an istam ciuilitatem filius sequatur? videtur quòd non: quia est ciuilitas acquisita. & sic videtur eadem ratio, quæ in domicilio. In contrarium facit: quia ciuilitas acquisita per adoptionem: vel per manumissionem transit ad filios: vt infra eadem. l. in fine: vt. l. libertus. §. in adoptiua. j. eodem. Sed ciuilitas quæsita per conuentionem, prædictis æquiparatur, quia vtrunq; fit per conuentionem: ergo &c. Non determino modò: quia ista quæstio est in ciuitate Clusina. & fortè examinabitur in ciuitate ista: sed dicã de hoc. j. eo. l. libertus. §. patris.

SVMMARIVM.

1 *Domicilia plura quis habere potest: sed unum principalius altero.*

2 *Animus mutandi domicilium præsumitur statim, quòd quis recedit cum rebus suis.*

f Iuris prudentibus.[f] ¶ Vide circa hoc. quod no-
1 tat†. per Bernar. & Innocentium, extra de maiori. & obe. cap. iiij. vbi videtur dicere, quòd quis potest habere plura domicilia: sed vnum principalius altero: vt videmus in Regibus, qui in qualibet ciuitate habent domicilium: tamen in vna ciuitate habent prin-
i POMATES. ¶ Et ideo cũ.vide aliqua in simili per do.Præpo.in c.fi.ij.distin.& Feli.in.c.ecclesia sanctæ mariæ.col.ix. de cõsti.& Barb. cõsi.lj.col.xxviij. vol.j.& Panor.in d.c.j.colũ.ij.de re iudi. & Feli.in.d. c.j.col.viij.de iureiuran.& Panor. in.c.olim.col.vj.de iudi.vbi colligit generaliter ex hoc, quòd in notoriis non requiritur partis citatio.

k ¶ §.prædium. Qui fideiubent pro officiali habẽt beneficium excussionis. Adde gl.in.l.j.C.de conue.fis.debito.li.x.& tex.cum gl.fi.in.l.j.C.de decur.li.x.& no.Bar.in.l.quoniam.ŝ.loc.& reperitur quædam dispu.Bar.& no.tex.hic, quòd verba cõuentionis dubia, interpretantur secundum ius commune.& ad Bar.hic, vide Bal.in.l.cum eorum.C.de fen.

reconducitur

r econducit. †Item no. ꝙ licet aliter olim seruaretur in vectigalibus: tamen quantũ ad hoc, hodiè idem seruatur in vectigalibus, quod in alia locatione.

SVMMARIVM.

Officialis finito officio, an teneatur de euictione?

In eum. ¶ Iste est valde not. §. Oppo. & videtur, quòd syndici, qui vendunt, aut locant prædia publica, finito officio, non teneantur. Contra. s̈. de procurato. l. procurator, qui pro euictione. Huius timore Azo fatetur contrariũ: & dicit hîc in text. dum dicit: similis etenim videtur. s. is qui nouat. q. d. in omni contractu tenetur officialis publicus
1 etiam finito officio†, prætereꝗ in constituta pecunia. Et est ratio. qa constituit animo se nõ obligandi: sed ad finẽ debitã manifestandã, secundum Azo. quæ opi. Hug. nõ placet. Nam tutor non tenetur de euictione finito officio, quia officium assumit ex necessitate: eadem ratione nec talis officialis. & sic non obst. d. l. procurator, qui pro euictione. quia ibi loquitur in procuratore, cuius officium est voluntarium. Nec ob. princ. huius. §. qa hîc promisit pœnam animo nouandi, & se principaliter obligandi. & ista est vera. Alij vt Aldri. aliter distinguunt in gl. de qua distinctione non curo. Circa hoc tamen vide. s̈. quãdo ex fa. tu. l. post mortem. & quod ibi plenius no. hîc tamen non examino.

Pro magistratu. ¶ No. ꝙ isti, qui fideiubẽt ꝓ officialib⁹, non possunt conueniri personali vel hypothecaria, nisi excusso principali. quod est speciale de iure antiquo: aliâs secus: vt. l. iure nostro. C. de fideius.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia quando in unum usum legata, poßit in alium usum conuerti?*

LEX V.

LEgatam. ¶ Nota ibi circa principium. Ista est notabilis. l. circa hoc dic. Quandoꝗ relinquitur, vt fiat aliquod opus, quod fieri non licet: & tunc potest conuerti
1 in alium vsum† authoritate proximi superioris, causa cognita, vocatis his, quorum interest: vt. l. legatum. s̈. de vsufruc. leg. Si verò potest licitè fieri: tunc aut pecunia ad hoc relicta sufficit, & non potest conuerti in alium vsum, nisi authoritate Principis: vt hîc in princ. Aut non sufficit & tunc potest conuerti in alium vsum, etiam sine authoritate Principis: vt hîc in fi. & j. ti. ij. l. vlti.

Sed municipio. ¶ No. hunc. §. ad id, quod dixi. s̈. eodem. l. j. in prin.

LEX IX.

CAlcularii. Istam materiam erroris calculi prosequere, vt in glossa, quæ ita ponit bene, sicut alibi.

De decretis ab ordine faciendis Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Medicis Antiani possunt coustituere salarium.*
2 *Medici quot poßint eligi in minoribus ciuitatibus?*

LEX I.

1 **MEdicorum.** ¶ No. ꝙ de iure communi ordo ciuitatis, hoc est, priores seu antiani, possunt constituere salarium medicis. ¶ Secundò not. ꝙ hoc non permittitur præsidi. ¶ Opp. C. de epis. & cle. l. parabolani. dicit gl. ibi est speciale in ciuitate Alexandrina: in qua electio medicorum permittitur Episcopo. Itẽ quę
2 rit glo†. quot medici possunt eligi in minoribus ciuitatibus, vel maiorib⁹. dic vt. l. si duas. §. j. de excusa. tuto.

SVMMARIVM.

1 *Decreta decurionum inania sunt, nisi duæ partes consilij ibi sint: qui sono tubæ uel campanæ sunt uocandi.*

LEX II.

a **ILla decreta.** [a]¶ Cum. l. seq. No. quòd nõ valent decreta decurionũ, si ibi non sint duę partes decurionum: seu duæ partes consilij. Et intellige, ꝙ istarum duarum partium maior pars consentiat: vt. s̈. ad municip. quod maior. & ibi dixi. & j. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. ¶ Sed quæro. an præsentium nomina debeant scri bi. dic, vt. s̈. dixi de albo scrib. l. j. & ij. ¶ Item dicitur hîc, adhibitis. Sed quæro qualiter isti vocabunt: vtrum debent no-
1 minatim vocari? Respon. sufficit, ꝙ vocentur sono tubæ, vel cãpanæ: †vt l. ij. & ibi no. C. de decur. & no. in. d. l. aliud. §. refertur. j. de reg. iur. vt plenius dixi in repe. l. omnes populi. & debent vocari ad curiam: hoc est, palatium publicum: vt. d. l. ij. C. de decur. lib. x.

SVMMARIVM.

1 *Decreta decurionũ continẽtia donationem, quando sit nulla, & quando rescindãtur.*
2 *Decuriones, quòd poßint donare legatis & ambasiatoribus: & sic remunerare bene facientes.*
3 *Donatio facta à decurionibus in casu permisso: si in ea apponitur causa ficta & colorata, non tamen uera rescinditur.*
4 *Facultas remunerandi, quòd non transeat ad decuriones succedentes.*
5 *Decuriones non possunt grauare successores ad donandum.*
6 *Decreta decurionum possunt à præside rescindi: & per consilium ciuitatis, & ad instantiam cuiuslibet de populo.*
7 *Populus ciuitatis non recognoscentis superiorem, põt donare, & facere legem de donando.*
8 *Decuriones, qui habent arbitria disponendi circa ordines ciuitatis: quæ uirtute dicti arbitrij facere non possunt: nõ poterunt rebannire exbannitos, nisi sibi hoc expreßè sit permissum: uel nisi ex maxima causa.*
Non possunt sententiam condemnatoriam tollere.
Non suspendunt executorem sententiæ ultra tempus trium mensium.
Totus populus potest in pœnis à se impositis illas tollere & suspendere.
9 *Decuriones uirtute talis arbitrij, non possunt mutare ordines ciuitatis: nisi sit eis specialiter permissum. Nec possunt bona immobilia ciuitatis alienare: nisi specialẽ habeant commißionem. nu. 10.*
11 *Statuere aliquid contra statutum à toto populo, non possunt: nisi causa de nouo superuenisset, uel causa antiqua: quæ de nouo esset manifestata. Nec possunt per statutũ ius alicui quæsitum tollere, licet totus populus hoc facere poßit. nu. 12. Possunt autem debitoribus dilationẽ trium mensium concedere, & non ultra. nu. 13.*
14 *Iudicibus ciuitatis authoritatem & iurisdictiõem, quam ab ipsis decurionibus habent, tollere possunt, & interdicere: non quam habent à statuto confecto à maiori consilio.*
Ordo decurionum à creditoribus interpellatus, si non redderet iustitiam: teneretur parti ad interesse.
15 *Ordo decurionum, quando uirtute arbitrij poterit nouas gabellas & uectigalia imponere?*
16 *Decuriones uirtute dicti arbitij pro defensiõe ciuitatis, & suorum iurium, possunt nouam guerram instituere pro inuadendo res alienas, non sine authoritate populi.*
17 *Arbitrium super aliquo habẽtes possunt omnia facere, quæ principaliter spectant ad id, super quo habent arbitrium.*
Item possunt statuere & facere antecedentia, propter quæ ad illud perueniri potest. & qualiter intelligatur. numero. 20.
Omnia consequentia sunt, sine quibus illud explicari commodè non potest: & qualiter hoc intelligatur? nu. 23.
Non possunt aliquid facere super eo, quod non spectat ad id, super quo eis conceditur arbitrium. & nu. 19.
18 *Decuriones, quibus datum est arbitrium super bono & pacifico statu ciuitatis, possunt cogere homines habentes inimicitias ad pacem.*
Principaliter aliquid fieri, intelligitur duobus modis.
21 *Decuriones habentes arbitrium super bono & pacifico statu, non possunt legem facere super aliquo graui negotio prætextu modicæ pœcuniæ.*
Ambitiosum dicitur cupidum. inde ambitus, id est, cupiditas proprij honoris.
22 *Decuriones habentes arbitrium, unde ueniant pecuniæ: non possunt statuere, quòd mercatoribus reddatur ius summarium, etiam si adijcerent causam: secus si habent arbitrium super bono statu & pacifico.*
24 *Decuriones statuentes per quandam consequentiam quædã quæ ueniunt & uenire possunt contra illos particulares casus, ad quos arbitrium non extenderetur: an ualeat?*
25 *Decuriones habentes arbitrium super bono & pacifico statu ciuitatis, cuius uigore possunt tollere appellatiõem, non poterunt tollere restitutionem in integrum.*
26 *Decuriones habentes arbitrium, ut suprà non possunt aliquid facere super eo, quod est accessorium alterius, quod non spectat ad id, super quo eis concessum est arbitrium: licet istud accessorium uideatur ad illud spectare.*
27 *Præfationibus statutorum quando sit credendum.*
28 *Narrationi Papæ in facto proprio creditur: nec admittitur probatio in contrarium.*
29 *Decretum decurionum, quando petitur rescindi, si est factũ eorum authoritate coram iudice appellationis, hoc fit: si uerò authoritate consilij generalis, tunc per uiam appellationis ad illud consilium. Et coram quo, quando petitur rescindi officio iudicis.*
30 *Rescißio huiusmodi decreti quo iure petatur? ubi quòd per modum excusationis: per modum appellationis & uniuersaliter condictione ex ista. l.*

a ¶ Illa decreta. dicit Abb. sicul. in c. j. de his quę fi. à ma. par. cap. arg. illius tex. ꝙ in vniuersitatibus ecclesiasticis non valet statutũ, ꝙ requirat cõsensus ad minus duarũ partiũ qa sufficit ꝙ maior pars cõcordet ad hoc. c. licet, de ele. & tex. cũ glo. in. c. si cui. eo. tit. lib. vj. Et vide ad materiam quæ dixi. s̈. de albo scriben. in. l. ij.

31 *Rescissio huiusmodi decreti intra quantum tempus petatur?*
32 *Clausula, si & inquantum de iure possun t: posita in reformatione, uel decreto, quid operetur?*
33 *Decuriones, quando possunt decretum seu reformationem ab ipsis factam reuocare.*
34 *Decretum factũ à decurionibus, quãdo dicatur factũ ab eis uirtute iurisdictionis ordinariæ: & quãdo delegatæ.*

LEX IIII.

AMbitiosa. ¶ Habeo istam legem pro difficili.
¶ Oppon. dicitur hic ambitiosa decreta
rescindi debent: hoc est, decreta, quæ cõ
tinent donationem, si debeat rescindi: ergo præsup-
ponit, quòd tenent: vt. l. nam, & si sub conditione. §.
j. s. de iniusto testa. Sed hoc videtur falsum: quia imo
videntur nulla ipso iure: vt. l. j. §. itẽ cũ cõtra sacras.
s. quæ senten. sine appel. rescin. Dicit glos. ibi in sen-
tentia: hic in decreto. Ista solut. non est vera: quia eo-
6 dem modo distinguitur in decreto, quo in sententia:
vt. C. de appell. l. si ad scribatum, &. l. nominationes.
eodem titulo. & suprà de appella. l. si constat. Vnde
gloss. dicit aliter, quòd hic decretum non fuit contra
legem. Non enim decreuerunt donationem valere,
sed donauerunt. Certè nec etiam istud placet: quia,
illud dicitur contra ius, quod à iure improbatur: vt
C. de pact. l. pacta, quæ contra. sed ista donatio im-
probatur à iure: ergo &c. Qualiter ergo soluemus cõ
7 trarium, an decreta decurionum ambitiosa sint nul-
la ipso iure, vel debeant rescindi? text. hîc videtur cõ
e tradicere. Nam primò dicit rescindi debent. Secun-
dò in versicu. proinde. dicit nihil valebit huiusmodi
decretum. & sic innuit quòd ipso iure sit nullũ. Idẽ
videtur dicere tex. C. eodem. l. ordinis. Propter qđ
dicunt quidam talia decreta esse nulla ipso iure. Et
quòd hîc dicitur rescindi debent. scilicet, quatenus
8 de facto processum est. sicut. s. de iure fisc. l. ne pro-
1 curatore. &. C. si propter. pu. pen. l. ij. ¶ †Mihi vide
tur sic dicendum: quandoque in decreto non inter-
uenit solennis numerus decurionum: & tunc ipso iu
re sunt nulla: vt. s. eodem. leg. ij. Quandoque fuit so-
lennis numerus, sed continet donationem: & tunc
si quidem continet donationem apertè: decretum
est nullum. Vel si est interpositum super eo, quod
est expressè à iure improbatum: vt hîc, in versiculo
proinde. &. C. eodem. l. ordinis. Quandoque non cõ
f tinet donationem apertè, sed in veritate continet do
nationem: vt puta, si in calculanda ratione decreue-
runt rationem bene redditam, cum in veritate non
esset. vel locauerunt aliquam rem viliori mercede:
& sic continet donationem velatè. tunc talia decre-
ta debent rescindi, cum valeant: nec contineãt expres
sum errorem iuris: vt hac. l. in principio. &. s. titul.
{ j. l. calculi. in fi. * aliâs calcularij. * vt sic distiguat hîc
sicut in sententia, vt. l. j. in principio. s. quæ sentent.
sine appell. re. Posset etiam iste text. aliter intelligi.
vt dicam infrà in quæstionibus. ¶ Opponi. s. titu. j.
l. calcularij. Solutio. vt apparet ex præcedentibus.
2 ¶ †Quæro, vtrum[a] liceat decurionibus aliquo casu
a donare? videtur quòd non, cum hîc indistinctè pro-
hibeatur. ¶ In contrarium videtur, quòd posint re
munerare benefacientes, vt donare aliquid ambasia-
toribus & legatis venientibus inspecta magnitudine
ciuitatis donantis, & eius cui donatur, vt. l. iube-
mus. §. scientes. & ibi nota. C. de sacrosan ctis eccles.
&. l. cum plures. §. penultimo. s. de administ. tuto. &
l. tutor secundum dignitatem. in principio eodem ti
tulo. &. s. de bon. damna. l. diuus. §. finali. Sed dona-
9 re sine causa legitima, & iusta, non possunt. & ita lo
b quitur hic. Et ideo[b], si in donando †fuit apposita ali
3 qua causa ficta & colorata, non tamen vera, tunc de-
cretum deberet rescindi, & si nulla iusta causę fuit ap
posita, decretum esset nullum ipso iure. & hoc etiã
modo potest intelligi iste textus in primo & secun-
4 do responso. ¶ †Item quæro,[c] dixi quòd possunt[d]
c remunerare benefacientes, vtrum ista facultas remu-
d nerandi transeat ad successores, vt puta aliquis fecit
10 vnum magnũ seruitiũ huic homini tempore istorũ
priorum, & istorũ camerariorũ ipsi nõ remunerauerunt,
vtrum sequentes possunt remunerare? Respon
11 deo quòd non. Nam remuneratio est personalis ex

e parte numerantis: adeò quòd quis non potest gra-
uare hæredem suum, quo aliquem remuneret: vt
sit renumeratio in persona hæredis. ita probatur
5 s. si quid in fraudẽ. patro. l. viuus. ¶ †Et ex his po-
test colligi alius intellectus huius legis. Primò di-
cit, quòd decreta ambitiosa debent rescindi: vt pu-
ta si asserentes coloratè se velle aliquem remunera-
re, eum liberauerunt à debito, & largiti sunt. nam
valet decretum: licet rescindatur. sed si ipsi non fue-
f runt largiti. sed fecerunt decretum, quòd ei largire-
tur aliquid in futurum: certè tale decretum est ipso
iure nullum. Sicut enim quis non potest grauare
hæredem suum de remunerando. vt dixi: ita decu-
riones non possunt grauare suos successores. Et sic
habes in hoc principio, si bene aduertis, quinque le
ctu. vna secundùm gloss. quòd semper rescindatur.
alia secundùm alios, quòd semper sit nulla ipso iu-
re: sed rescindatur quatenus de facto processerunt.
6 tres alias lectu. posui vobis. s. ¶ Item quæro, †hîc
dicitur decreta debere rescindi. Quæro à quo & ad
cuius petitionem? respondeo, rescindetur à superio
re, si est: vt puta à præside: vel si non præses, puto,
quòd poterunt rescindi per consilium maius ciuita-
tis: vt. l. vbi sunt. s. de tuto. & curato. da. ab his. & di-
xi in. l. ij. s. ad municip. & fiet hoc ad petitionem
cuiuslibet de populo, condictione ex hac. l. vel offi
cio iudic. vt not. per Innocen. extra de offici. ordi-
7 na. c. conquerente. ¶ † Quæro, posito quòd decu-
riones ipsi non posint donare, vt dictum est: an
e populus[e] totus posit donare? puto, quòd sic. Quod
apparet: quia potest de donando legem facere: vt. l.
prohibere. §. planè. s. quod vi, aut clam. & ibi dixi.
Quod sine dubio procedit in illis ciuitatibus, quæ
de facto in temporalibus non recognoscunt supe-
riorem: & sic ipsi in se habent imperium. ¶ Circa
8 †materiam præsentis leg. quia reperitur, quòd de-
curiores & ordines ciuitatum in multis casibus ha-
bent arbitria. Et ad quæ dicta arbitria extendantur:
consueuit sæpisime dubitari, ideò de his aliqua vi-
deamus. Et consueuerunt quandoque habere arbi-
trium super bono & pacifico statu ciuitatis. Quan
doque super abundantia habenda in ciuitate. Quã
doque super custodia ciuitatis. Quandoque consue
uerunt habere arbitrium, vt pecunia veniat in com
muni: & super multis alijs, quæ factorum varietas
f introducit. ¶ Sciendum est[f] ergo, quòd ex virtute
dicti arbitrij, vel alicuius eorum, non possunt reban
nire exbannitos: nisi hoc sibi expressè permiserit
populus, qui in ciuitate sua dicitur Princeps: vt. l.
relegati. in fine. s. de pœnis. & argumen. s. de offici.
procura. Cęsa. l. final. Ex causa tamen vna possent
rebannire, scilicet in multos alios exbannitos, ap-
prehenderint & demonstrauerint: vt. l. non omnes.
§. fina. supra de re malita. Ad ciuitatem tamen ve-
niendi ex causa legitima licentiam possunt conce-
dere, secundum ea, quæ dixi in. l. is, qui reus. circa
finem. s. de publicis iudicijs. Item non possunt ali-
quam sententiam condemnatoriam tollere: vt. l. j. §.
finali, s. de quæstionibus. &. l. j. §. de qua. s. de postu
lan. Item non possunt executionem alicuius sentẽ
tiæ suspendere vltra tempus trium mensium: vt su
pra de iure fisc. l. in fraudem. §. fiscalibus debitori-
bus. Et apparet, quòd decuriones, qui quandoque
suspendunt executionẽ sententiæ in tempora pro-
lixiora, non iuridicè faciunt. totus autem populus,
qui in pœnis à se impositis loco Principis habetur,
posset hoc facere; vt. d. §. fiscalibus debitoribus.
9 ¶ †Item non possunt ex virtute dicti arbitrij, vel
alicuius eorum, mutare ordines & regimina ciui
tatum, argumen. s. de iure fisci. l. bonorum. &. l. ne
procuratores, &. l. aufertur. §. actores. Nã arbitriũ,
quod habent super bono & pacifico statu ciuitatis
intelligitur de præsenti: vt. l. si ita. s. de aur. & argẽt.
lega. sed reuocare, seu mutare ordines & regimina
esset facere nouum statum. ergo &c. ¶ Prædicta
vera, nisi esset eis hoc specialiter permissum. ¶ Itẽ
10 immobilia †ciuitatis non possunt alienare, nisi spe-
cialiter hoc eis permittatur: vt. l. finali. C. de vendit.
rerum ad ciuita. pertinentium. & dicta. l. prohibe-
11 re. §. planè. s. quod vi aut clã. ¶ Itẽ ex †vigore dicti
arbitrij

a ¶ Quæro vtrum. Vtrum decurionib⁹ liceat aliquo casu donare. Facit quod no. Bar. in. l. j. s. de iusti. & iur. & quòd not. Bar. in. l. liberũ. de pla. Adde Bald. in. l. p̃ses. C. de transacti.

b ¶ Et ideo. nõnũquam priores possunt absoluere à syndicatu Potestatem. Bar. in. l. mãcipia. C. de ser. fu. quod not. per illũ tex. & idem dicit in Principe.

POMATES.

c ¶ Item quæro. dixi. vide Lud. Ro. in consil. lxiij. vbi disputat, si anciani posint remouere officiales deputatos à se.

d ¶ Dixi ꝙ possunt. Et adde ꝙ si datũ est arbitrium generale in repu. non videtur data licentia componẽdi cũ inimicis, vel redimendi rebelles. l. Lucius. §. lucius. el. ij. de legat. ij. ar. illius textus secundum Baldũ.

e ¶ An populus. An populus posit donare &c. Ex his habes, ꝙ decuriones non repræsentant populũ. adde Imolã. in. l. municipibus. de cõdi. & demon.

f ¶ Sciendum est. Nota de arbitrio istorũ decurionũ. Adde Barto. in. l. omnes populi. s. de iusti. & iure. & vide Ro. in. l. iij. §. sed vtrũ. s. ad sil. & qđ dixi in. l. relegati. s. de pœnis & Bal. in. l. j. ad fi. de iusti. & iure. & dicit not. in. l. miles. in fin. C. de test. mil. ꝙ priores habentes liberum & generale arbitriũ, non possunt statuere ius iniquum cõtra aliquem, nec contra rempubli. tamen poterunt secũdũ consuetudinẽ facere gratiã carceratis, de pœna rei pu. applicãda. & dicit Bal. in. l. mãcipia. C. de ser. fu. ꝙ priores habentes arbitriũ, non possunt absoluere potestatẽ à syndicatu, qui sit culpabilis, quia hoc non posset Princeps sine clausula, nõ obstãte. Adde ad materiã ꝙ vigore hmõi arbitrij, nõ videtur ea posse, quę sunt cõtra iura: vt not. Bar. per id, qđ ibi habetur in. l. libertas. s. de stat. ho. & qđ not. in cle. sæpe. de verb. sig. & i. l. filiusfa. de do. & vide vltra suprà scripta: quæ no. Bar. & Bal. i. l. j. C. de sacrosan. eccle. in. q. ibi circa ipsam dispositionem, vel voluntatem &c. Et adde, ꝙ arbitriũ cõcessum tẽpore met⁹, cessat cessante metu. argu. l. j. & ibi Bald. C. de nauti. fœ. Adde, ꝙ generalis potestas statuendi, nõ intelligitur de iniquis statutis. l. j. vbi baldus. C. de mono.

a arbitrij, non possunt statuere[a] aliquid, quod sit contra statuta, & ordinem factũ à toto populo, à quo ipsi authoritatẽ habẽt: nisi de nouo superuenisset cã: vel cã antiqua, quæ esset de nouo manifestata: quã tempore legis cõ
12 ditæ, populus ignorabat: vt. l. si hominẽ. ff. mã. †Item ex virtute[b] dicti arbi
b trij, vel alicuius eorũ, nõ põt facere statutũ, per quod ius propriũ iam quæsitum alicui auferatur. Licet eñ totus populus posset: vt. l. vẽditor. §. si cõstat. ff. cõia prædio. & l. Antiochẽsiũ. ff. de priuil. cre. & dixi in l. toties. ff. de polli. Tñ cum alicui conceditur arbitrium, intelligitur hoc concedi sine alterius iniuria: vt. l. ij. §. meritò. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pu
c bli. & ideò ex virtute talis arbitrij,[c] nõ possent debitores aliquorũ libera
13 re: vel similia facere. ¶ Sed iuxta† prædicta quæro: an debitoribus possint dilationẽ cõcedere ex virtute alicuius arbitrij prædictorũ? Rñ. nõ puto vltra tps triũ mẽsiũ, vltra illud, quod aliàs debitores habeãt: ar. ff. de iure fisc. l.
14 in fraudẽ. §. fiscalibus debitoribus. cõiũcta. l. j. §. pen. C. de cad. tol. ¶ †Sed
d an possint iudicibus ciuitatũ authoritatem tollere,[d] vel interdicere iurisdictionẽ super petitione dictorũ debitorũ? Rñdeo: si quidẽ iudices prædicti non habent iurisdictionẽ ab ordine illo: sed magis à maiori cõsilio, vel statuto cõfecto à maiori cõsilio: ipsi non põt iurisdictionẽ illã auferre. Si verò habẽt ab ordine illo, tunc auferre possent, cùm ipse ordo remaneret iudex: vt. l. vbi absunt. ff. de tu. & cura. da. ab his. Et ideò, si appellatur ordo à creditoribus: & iustitiam nõ redderet, puniretur, & teneretur parti ad interesse. in auc. vt dif. iudi. §. j. colla. ix. & dicã. j. de va. & extraordi. cogni.
15 l. fin. ¶ Itẽ, †an ex virtute alicuius arbitrij de prædictis possit nouas gabellas & vectigalia imponere? & intelligo prædictã quęstionẽ, posito pro cõstãti, φ ciuitas ipsa, seu populus possit, prout de facto videmus, facere: licet de iure nõ possit: vt. l. ij. C. noua vecti. Rñdeo: si quidẽ in illa ciuitate vectigalia & gabellæ nõ sunt solitæ imponi: ordo eas imponere nõ poterit: nisi spãliter sit eis permissum. hîc eñ est casus, qui reseruatus est populo, qui in sua ciuitate imperiũ habet, seu obtinet vicẽ principis: sicut reseruatur Principi vniuersali per dictũ ti. C. noua vecti. Si verò ciuitas consueuit tpe necessitatis imponere gabellas: tunc imponere poterũt. Hoc eñ põt veni re in illo arbitrio, quod de more populi est. ar. l. vel vniuersorum. ff. de pig.
16 act. cũ si. ¶ Itẽ an† possit ex virtute alicuius arbitrij de prædictis institui noua guerra? Rñdeo, põt pro defensione ciuitatis & suorũ iuriũ. aliàs autẽ pro recuperatione rerũ prædictarũ ex interuallo, vt pro inuadẽdo res alterius nõ posset sine authoritate populi, vel maioris consilij. ar. eius, quod no. per Imo. extra de re. spo. c. olim causam. li. j. & quod dixi. ff. de capti. l.
e hostes. ¶ Visis ergo[e] quibusdã particularibus, quæ fieri non possunt virtute alicuius ex dictis arbitrijs, videam[9] aliquas regulas generales, quas re
17 ducemus ad practicã: ex quibus apparebit virtus prædictorũ. ¶ Prima† regula est affirmatiua, φ habẽtes arbitriũ sup aliquo, põt omnia facere, quæ principaliter spectãt ad id, super quo habẽt arbitriũ. ¶ Secũda regula est, φ põt statuere & facere omnia antecedentia, propter quæ ad illud pueniri põt. Tertia est, φ põt statuere & facere omnia cõsequẽtia, sine quib[9] illud explicari cõmodè nõ potest. ¶ Quarta regula est negatiua, φ nõ possunt aliquid facere, vel statuere super eo, quod non spectat ad id, super quo eis est concessum arbitrium. ¶ Quinta regula est, φ non possunt aliquid facere, vel statuere super eo, quod est accessoriũ alterius: quod non spectat ad id, super quo concessum est arbitrium: licet illud accessorium videatur ad illud spectare. ¶ Declaremus istas regulas. Prima regula est: φ habentes arbitrium super aliquo, possunt omina facere & statuere, quæ principaliter spectant ad id, super quo habent arbitrium. Probatur. ff. de arbi. l. nõ distinguemus. §. de officio. & ff. man. l. diligenter. de exerci. l. j. §. nõ autem. & §. igitur. & de insti. l. sed & si pupillus. §. conditio. cũ si. & ista regula videtur
f indubitabilis. ¶ Subijciamus[f] exemplum. †datum est prioribus ciuitatis[g]
18 arbitrium sup bono & pacifico statu ciuitatis: certè huius vigore poterũt
g homines habentes insimul inimicitias cogere ad pacẽ:[h] vt. l. æquissimũ. in
h prin. ff. de vsufruct. & l. si fur. e. ti. Nã per istas ciuiles contentiones respu. læditur: vt. ff. de cap. l. si quis ingenuam. §. fi. facit. ff. de offi. præ. l. congruit. in prin. de offi. præfect. vr. l. j. §. quies. ¶ Sed certè oppo. quia istud non videtur principaliter pertinere ad publicam vtilitatem, sed per quandam cõsequentiam: vt. d. l. si quis ingenuã. §. fi. & sic videtur, φ non veniat in arbitrio eis concesso: vt. ff. ad municip. l. libertus. §. fi. & de fideiusso. l. fideiusso
19 res magistratuum. & de magist. conue. l. j. §. j. Respondeo: †hoc, quod dico principaliter, potest intelligi duobus modis. Vno modo, vt denotet ordinem naturæ: vt in hoc exemplo verberatur filius: certè ipse filius principaliter iniuriatur, & pater per consequentiam: vt. l. j. §. j. de iniu. Certè isto casu dictio principaliter, non denotat ordinem temporis: quia eodem instanti fit iniuria patri & filio: sed denotat quendam ordinem naturæ, qui intellectu percipitur. ¶ Secundo modo potest intelligi, vt denotet ordinẽ intellectus: in quo est sciẽdum, φ in intellectu finis dicitur principium: & illud dicitur principaliter esse finis, ad quod intellectus finaliter tendit. Exemplum, mandator & fideiussor, licet ante reum intercedat: dicitur teneri accessoriè: eius reus, principaliter. Rõ est: quia ad hũc finẽ cõtrahẽtes tendebant. Item potest poni exemplũ per. l. & si nõ sint. §. perueniamus. ff. de auro & ar. leg. & de arbi. l. item si vnus. §. principaliter. & iste secũdus modus est proprior. ¶ Hoc præmisso, si poneremus, φ in intellectu fieret aliquid ad duos fines æqualiter, respectu cuiuslibet diceretur principaliter fieri. Exẽplũ in duobus reis, vnus obligatur hodie: alius cras: licet sit prior in tpe: tñ quilibet dicitur principaliter obligatus: vt. ff. de duo. re. l. iij. in prin.

Item hoc sequitur, φ si sunt plures personæ, quæ faciunt vnum actum: si tamen faciunt ad diuersos fines, in persona cuiuslibet diceretur principaliter fieri respectu finis intellecti per eum. Exemplum, emptor & venditor faciunt vnum contractũ. vnus principaliter tendit, vt habeat rem: alter principaliter vt habeat pretium: vt. l. j. de contrahen. emptione. & l. prima. de re. permu. Et hoc respectu dico, φ quãdo filio fit iniuria à sciente eũ filiumfam. vtriq; lex dat principaliter actionẽ. s. patri & filio: vt. l. eum qui nocentẽ. §. fi. ff. de iniur. facit. d. l. j. §. vsq; adeò, de iniu. ¶ Modò ad propositũ, licet inimicitiæ & brigæ tendant principaliter ad damnum priuatorũ, inspecto ordine naturæ: secundario ad rempu. tamẽ inspecto ordine intellectus iuris, ius imaginatur vtrunq; principaliter lædi: scilicet priuatos & rempu. Nec ob. ff. de ma. conue. l. j. in prin. quia licet respubli. lædatur principaliter, vt dixi: tamen nõ læditur damno pecuniario & æstimabili: φ ille fideiussor promiserat. Istã sol. ponit tex. ff. ad muni. l. ij. circa finem. Scias ergo, φ illud arbitrium super bono & pacifico statu est multũ latum. Cõprehendit enim arbitriũ super abundantia, super custodia, quasi super omnibus. argu. l. j. §. cura carnis. & §. seq. ff. de offi. præfect. vrb. Alia plura exempla possent poni circa hanc primã
20 regulam, quæ omitto. ¶ Secunda regula† est: quòd possunt statuere & facere omnia antecedentia ad id, super quo habent arbitrium, propter quæ ad illud perueniri potest. Probatur in. l. cui iurisdi. ff. de iur. om. iud. & ff. de procu. l. ad rem. & l. ad legatum. cũ simi. Pono exemplum. habentes arbitrium super abundãtia, volunt facere statutũ, quòd rustici nõ possint detineri in ciuitate pro testimonio vltra vnam diem: vel quòd rustici non cogantur personaliter venire ad custodiam ciuitatis: sed possint seruire per substitutum, adiecta causa: vt cultura agrorum non impediatur: & habeatur abundantia in ciuitate. Certè, quòd sit abundantia, istud est principale, super quo habent arbitrium. Quòd rustici non vexentur: est quoddam præambulum, siue antecedens, per quod peruenitur ad illud. hoc poterunt facere. casus est. j. de nundi. l. secunda. in greco. Facit. C. quæ res pig. obli. pos. l. pignorum. & auc. agricultores. & in corpore vnde sumitur. Item possent acquirere pecuniam mutuo pro expediendis his, quæ pertinent ab abundantiam. argu. l. j. §. non autem. de exercito. Item potest poni exemplum. habentes arbitrium prouidendi, vnde pecunia veniat in cõmuni: huius vigore possunt statuere, φ quicunq; vocat ad aliquod officium, possit illud gerere, vel seruire per substitutum, soluendo communi certam quantitatem pecuniæ. Certè, φ pecunia soluatur, id est, super quo habent arbitrium. Quod possint retinere, vel per substitutũ seruire, est antecedens ipsius: & hoc possunt per iura. ff. allega. Facit etiam, quia de iure est permissum polliceri pecuniam pro honore habendo: vt. l. hoc iure. in princip. de do. & l. j. de polli. Et eadem ratione licet reipu. polliceri remissionem. Plures etiam casus similes possent poni, quos omitto.
21 ¶ Ad vnũ† tñ aduerte: quia vigore dicti arbitrij nõ possent statuere, vel ordinare, seu legem facere sup aliquo graui & etiam põderoso & arduo negotio, prętextu modicæ pecuniæ, quæ dareẽ cõi. ar. l. quẽadmodũ. C. de agri. & cẽ. li. xj. Esset eñ decretũ ambitiosum. Ambitiosum eñ diciẽ cupidũ: inde ambitio. i. cupiditas proprij honoris: vt. ff. & C. ad. l. Iul. de Amb. Et ideò talia decreta dicũtur ambitiosa: id est facta cupiditate poti[9], q̃ zelo iustitię. ¶ Sed
22 quęro: †pone habentes arbitrium, vnde veniat pecunia in communi: statuerunt, φ mercatoribus reddatur ius summariè, vel aliquid aliud, adijcientes causam: quia propter hoc mercatores desisterent venire ad nundinas: & secundum hoc auidius venient ad ciuitatem: & ex hoc ciues efficiuntur ditiores: vnde eis collectæ melius & facilius imponenẽ. an hoc statutũ valeat? videẽ, φ sic: qa disponit sup antecedenti: quod possunt, vt dictũ est. Solu. dico, φ si hoc facerent ex virtute arbitrij, quod habent sup bono statu & pacifico ciuitatis: puto, φ valeret: quia pdicta pertinent ad statum ciuitatis augendum & conseruan-

a ¶ Nõ possunt statuere. Adde quod no. Bart. in. l. ij. de op. leg. & in. l. si p epistolam. de acq. hære.

b ¶ Item ex virtute. Adde qd' no. Bal. in. l. miles. C. de testa. milita.

c ¶ Talis arbitrij. idẽ bar. in. l. toties. j. de polli.

d ¶ Authoritatẽ tollere. Adde qd' no. Bart. in extraua. ad reprimẽ. qui sunt rebelles in ver. mille librarum. & vide j. ea. l. in vers. tertia regu. l. j. Et ad materiam de habentibus arbitrium sup publica vtilitate, vide quod dicitur latè in. l. ij. in fin. ff. ad municip. Et an habens potestatẽ tollẽdi statuta possit illa reformare? dic quòd sic. ita tenent doct. in. l. iurisgẽtium. §. adeò. & ibi Angel. ff. de pactis. & si habes potestatem condẽdi statuta, põt emẽdare & corrigere. C. de emẽ. iusti. codi. & ibi per Guido. de suza.

POMATES.

e ¶ Visis ergo. Adde etiam, φ vigore talis arbitrij nõ poterunt liberare officiales à syndicatu. ita Pau. de cast. in. l. mancipia. C. de ser. fugi.

f ¶ Subijciam[9]. Vide quæ consului pro comite Hugone de rangonibus. Andrę. Barba.

POMATES.

g ¶ Ciuitatis. Vide ad hæc Ro. consi. cccclxij. vbi dicit φ habentes arbitrium prouidẽdi. pro conseruatione alicuius loci, non poterunt sine iusta causa priuare rectores ipsius loci officijs suis.

h ¶ Cogere ad pacem. Vide Bar. & Bal. in. j. consti. C. & Bar. ĩ. l. de fidei com. de transact.

dum,vt dictum est,sed ex virtute arbitrij: quod habent, vnde pecunia veniat in cōmuni:hoc non possunt:quia prædicta pertinent ad hoc. Et illud,quod dictū est de antecedenti,est verum qn̄ illud antecedens de necessitate infert illud consequens, super quo habent arbitrium:vt in exemplo prædicto qn̄ statuunt,vt quis possit se excusare à muneribus soluendo certam quantitatem. Secus si ex antecedenti consequēs sequi potest casualiter, seu possibiliter, tunc non possunt:vt in casu proposito. Nam ex statuto præmisso,scilicet quòd ius reddatur summariè, possibile erit, ꝙ inuitabuntur alij ad veniendum,vt ciues efficiantur locupletiores: & fortè hoc non sequetur.ar.pro hoc.š.de nego.ge.l.si negotia.vbi noua negotiatio,quæ potest habere se ad lucrum & ad damnum, non debet institui. præterea, vt dixi,ꝙ possunt disponere super antecedenti.intelligi debet de antecedenti ꝓximo,vel modicum remoto vt in exemplis præmissis.Sed super antecedenti multum remoto vt in quæstione nostra,non possunt.ar.j.de ver. si.l.in lege censoria.§.ij.vbi dicitur,vsus sui causa,quod preparatū est ad vsum suę ꝑsonæ imediatè: vel mediatè,modicis medijs ꝓximis:vt coci,& similes.secus si essent multis medijs mediati:vt cultores agrorum.pro hoc.š.de au.& ar.le.l.quamuis.& ibi dixi.& prædictas duas notabiles limitationes tene

23 menti.¶ Tertia regula †est: quòd possunt statuere, & facere omnia consequētia ad illud,sine quibus explicari illud cōmodè non potest:vt d.l.cui iurisdictio.š.de iuris.oīum iu.& no.in.l. nō distīguemus.§. de officio.š.de arbitr.& ibi not.Ex hoc sequitur,ꝙ possunt terminos certos ponere ad implendum, quod statuunt,& mandāt:vt lege quid tamen.§.solutioni.š.de arbi.Possunt etiam pœnam imponere non obtemperantibus:vt.l.j.in prin.š.si quis ius dic.non obtemp.Possunt etiam officiales[a] ad prædicta etiam exequenda statuere,vt.l.ij.š.ad muni.Quod intellige,nisi aliàs ordinati essent per cōmune,vt dixi.š.circa casus speciales.¶ Contra prædicta opp.& videtur,quòd non possint pœnam imponere,quasi hoc non veniat in arbitrio eis cōcesso, vt.l.quid tamen.§.final.de arbit.Solut.quandoque committitur arbitrium generaliter,vt super abundantia: tunc si faciant super vno particulari dicti officij,per quod dictum officium non finitur, poterunt,vt.l.non ex omnibus.š.de arbi.Si verò cōmittitur arbitrium super vno negotio particulari, tunc puto idem,quòd possint pœnam imponere, vt.š.de verbo.obli.l.ex ea parte.in princip.& ꝙ ibi not.Non ob.l.quid tamen.§.fi.quia ibi committebatur decisio alicuius litis. vnde lite decisa non potest se vlterius intromittere. hic verò committitur dispositio &ordinatio certi negotij: in quo

24 accessoriè venit pœna. ¶ † Quæro: quid si in prædictis, & circa prædicta statuunt quædam, quæ per quandam consequentiam veniunt,& venire possunt contra illos particulares casus,ad quos dixi arbitrium non extendi: an valeat?vt puta:quia ex hoc ius alterius læditur,vel simi. Respōdeo:qn̄q; hoc cōtingit ꝑ quādā consequentiā ex culpa eius,cuius ius læditur. Exemplum: factū est statutū ab habētibus arbitrium super bono statu & pacifico statu,& publica vtilitate communis: ꝙ si quis non petierit debitū per.x.annos,de cætero nō audiatur.Certè ex hoc lædit ius creditoris,præcedente tamen culpa & negligentia sua:tunc dico,ꝙ statutum valebit:vt.l.j.š.de vsuca.pro hoc tex.optimus.š.de re.eo.l.si pupillorū.§.j. Quādoq; hoc potest cōtingere ex defectu alterius.Exemplū:ex vigore dicti arbitrij fecerūt statutū,ꝙ habentes quæstiones, cogant ad cōpromittendū[b] in simul:certè per hoc posset lędi ius partis:si arbiter malè iudicaret,& pars læderetur. Circa hoc dico[c]:ꝙ si aliquis habet sententiam,vel instrumenta guarentigiæ,quæ secundū statuta Tusciæ merentur executionē:tūc si statutū tale nō expressè dicit, quòd de his compromitteret, hoc non posset:quia & sub generalitate non veniūt: quia hoc esset ius partis lædere:vt.l.minor. xxv.annis,cui fideiuss.in principio.suprà de minori. Circa alias verò lites,dico statutum valere:nec debet attendi,ꝙ vna partiū posset lædi ex hoc:quia hoc esset casus.& ita pōt tāge

25 re actorē,sicut reū.arg.l.fideiussor.C.de fideiusso. Et ideò dico,† qn̄ ciuitas ipsa pōt facere statutum,ꝙ non liceat appellare:quod est qn̄ prima & secunda cā appellationis pertinet ad eam,secundùm ea quæ dixi in.l.oēs populi.š.de iusti.& iur.quod tunc ordo ciuitatis ex virtute dicti arbitrij posset hoc statuere.¶ Sed cōtra prædicta facit.š.de mino.l.si minor.xxv. annis filio.§.j.quod ibi no.vbi dicitur quod eoipso quod qs cōpromittit, læditur:& sic est cōtra primū dictū.Itē assignatur ibi etiā rō:quia pdit bn̄ficiū appellādi:& sic apparet ꝙ tollere beneficiū appellādi,est lędere.Rn̄deo.ibi in minore cōpromittēte quem verisimile est nō ita diligenter causam suā acturum,sicut maior.vnde non est æqualis conditio ab initio.quæ ratio cessat in quæstio.nostra.Puto tn̄ ex prædictis,ꝙ si decurionū statutum diceret,ꝙ non possit appellari:vel in integrū restitutio peti ex virtute talis arbitrij:ꝙ hoc valeret in restitutione,quæ peteretur rōne erroris, vel alia quæ vniformiter potest tangere vtrunq; litigātem.Sed ad restitutionem,quæ impetratur ex causa minoris ætatis,non potest porrigi,etiā si exprimeretur:quia tunc manifestè ius vnius partis læderetur:ita ꝙ non alterius.arg.l.si minor.Et intelligo de restitutione,quæ peteretur ratione minoris ætatis ad recuperationem iuris amissi:secus si peteret restitutionem,quia perdiderat lucrum.Hoc enim bene potest fieri per talia decreta:nec est regula impediens.Quandoq; per consequentiam peruenitur ad vnū de casibus.š.enumeratis prohibitis absq; culpa & facto alicuius:& tūc si hoc contingeret in consequentiam alicuius iuris permissi,valeret:aliàs

26 secus:vt.l.j.š.de autho.tu.& quod ibi no.per Dy.¶ Quarta †regula negatiua est:quòd non possunt aliquid facere,vel statuere super eo,quod nō spectat ad id,super quo eis concessum est arbitriū.Hæc regula est clarissima: vt.l.diligenter.š.man.&.C.si à non competen.iudic.l.j.&.ij.š.de arbitr.l. non distinguemus.§.de officio.¶ Quinta regula negatiua est:ꝙ non possunt aliquid facere super eo,quod est accessorium alterius,quod non spectat ad id,super quo eis concessum est arbitrium:licet istud accessorium videatur ad illud spectare. Exemplum.habet arbitrum,vt pecunia veniat in communi:ideò statuerunt aliquid esse delictum,cùm prius non erat:& pœnam imposuerunt:vt si quis opposuerit aliquam exceptionem,& eā non probauerit,puniatur in tantum.Certè hoc non valet. Nam pœna semper & omni respectu est accessoria ad delictū:vt.l.aliud est fraus.j.de verborum significa. vnde cùm ipsum delictum nō sit id:nec ipsum antecedēs, nec cōsequēs eius super quo habēt arbitriū:sup eius accessorio statuere nō poterūt:licet ipsum accessoriū videatur ad illud ptinere. Nā accessoriū nō trahit ad se principale:vt.l.ex pupillari.š.de vulg.& pu.&.l.si pacto,quo pœnā.& quod ibi no.C.de pac.& quod no.suprà de pact.l.iurisgentium.

27 §.quinimo.in.ij.gl.¶ Visis† & examinatis dictis regulis,videamus aliquas quæstiones.Et primò quæro,habētes talia arbitria faciūt suas præfatiōes, ex quibus inferūt id,quod statuunt pertinere ad eorū arbitriū:an his præfationibus sit credendum?[d] videtur,ꝙ non,nisi probēt:vt.l.fi.š.de exerci.& suprà de castrē.pe.l.si fortè.Ecōtrà ꝙ sic:vt.š.de hære.insti..l.fi.de exerci. l.j.§.nō aūt.ver.sed & si in pretijs.Sol.q̄tū ad ipsos statuētes,scilicet:quia ipsi illa cā & illa ratione,quā in præfatione exprimūt moti fuerūt ad faciēdum statutum:bene est eis credendum:vt suprà de hære.inst.l.fi. Quātū ad alios,credo idē,ꝙ illis præfationibus est credendū. Casus est in hac.l.secundùm vnā lect.& in eo,quod dicit,ꝙ debet rescindi:si eīn nō rescinderetur:essent decreta ipso iure nulla,nisi probaretur. Cū eīn ista arbitria nō cōcedātur,nisi electis & grauib9 ꝑsonis:credēdū est eis:in eo scilicet,quod asserūt:vt.l.j.suprà de offi.præfect.præto.& per hoc patet rn̄sio ad cōtra

28 ria.¶ Præterea† in istis extraiudicialibus,videtur eis credēdū,secūdū glo. extra de probat.c.possessionē.facit de proba.c.j.in cle. Nec dicas,ꝙ ibi est speciale in Papa:quia fateor,quòd est speciale,ne admittatur probatio in cōtrariū ex his,quæ narrat,quæ pēdēt ex facto suo.Sed cōtra istos admittitur probatio in cōtrariū. Pro hoc facit,ꝙ dicitur spāle in mutuo,ꝙ cōfessioni prælati statur,præterq; in mutuo:vt in auč.hoc ius porrectū.in.C. de sac.san.ec. Et per hoc pōt rn̄deri ad.l.fi.š.de exerci.quæ in mutuo loquitur.ꝙ idē putarē hīc:vt.l.ciuitas.š.si cer.pe. Prędicta vera,nisi euidētia facti doceret cōtrariū eius,quod in dictis præfationibus asseritur:vt in.d.l.si

29 fortè.š.de ca.pe.¶ Quæro:qn̄† decretum petitur rescindi,corā quo iudice fiet?dixi suprà ꝙ fiet corā superiore.& puto,ꝙ ille,qui est iudex appellationū in ciuitate,si superior:vt.l.j.§.solēt.suprà qn̄ ap.fit.Et hoc verū,qn̄ ipsi faceret authoritate eorū officij. Si verò facerēt authoritate alterius ordinis,vel cōcilij,hoc sibi cōmittētis:tūc si ista rescissio peteretur per modū appellationis,deberet appellari ad illud cōciliū,quod delegauit,cuius authoritate fit:vt.l.j.suprà quis & à quo app. Si verò ista rescissio peteretur officio iudicis,vel iure actionis:tūc peteretur corā eisdēm et:& corā quolibet iudice æquali:vel maiori:vt suprà de mino.l.præfecti.&.l.seq. Quo autē iure petatur,dicam.j.proxi.q. An aūt qs videatur facere iure sui officij: an tanq; delegatus ab alio:etiā dicā.j.proxi.q.¶ Quæro:quo[e] † iure peta

30 tur ista rescissio? Rn̄.qn̄q; decretū interponitur cōtra certam personam:& tūc qn̄q; petitur per modū excusationis:qn̄q; petitur per modū appellationis:vt.l.j.§.solēt.suprà qn̄ ap.fit. Qn̄q; vniuersaliter:tūc credo,ꝙ petatur iure actionis,scilicet cōdictione ex.l.ista.vt suprà de condi.ex le.l.j.& hoc videtur probari expressè.C.de censi.l.qui grauatos.lib.xj.¶ Quæro:

31 intra q̄tū tempus potest peti ista rescissio decreti?† Respōdeo:qn̄q; istud petitur per modū appellationis,vel excusationis:& tūc hoc petitur intra tempora

a ¶ Etiā officiales. Et adde, ꝙ idē sequit Bal.in.l.j.ad fi.C.si rector ꝓuinciæ.dicēs,ꝙ si permissum est prioribus statuere sup reddenda iustitia; poterūt eligere rectores,ꝑfigere terminū causis, & adijcere pœnas.& q̄rit Imol.in.l.j.ff. sol.ma.in pe.q.an habētes arbitrium super bono & pacifico statu ciuitatis, possint statuere,ꝙ nobilis faciēs brigā,puniatur in tantū? & ad materiā vide Io.An.in pulchra.q.ī regula,cū quid ꝓhibetur.in merc.in.vj.

b ¶ Ad cōpromittendū. An habētes arbitriū sup pacifico statu ciuitatis, possint facere statutū,ꝙ habētes in simul q̄ōnes,teneantur cōpromittere adde Bar.& Bal. in.j.consti.C.

c ¶ Circa hoc dico. & no.ꝙ statutū disponēs oēs causas debere cōpromitti limitat, nisi qs haberet instrā,vel aliud ius liquidū. &hic ēt collige,an statutum valeat: facit ad not.l.eleganter.in princip. suprà de cōdi.inde.& adde Bar.in j.constitu.C.& ibi Bal.ad fi.& qualiter dictū statutū intelligatur, vide Ang.in.l.cum hi. §.si cum lis.š.de de trāsac.& quod ibi dixi post Ange.

d ¶ Sit credendum. Ad hoc facit,qd no.Spe.in ti.de inquisitione.§.nūc tractandū.in vers. qd si in literis &c.

e ¶ Quæro quo. Istud facit ad not, in.l.quę sub cōdi. š.de condi. instit.

a ¶ Quæro quid. Add quod not. in. l. si quando. de lega. j. per Imol. in. l. iudex posteaq̃. de re iudi. in vlti. col.

b ¶ Quæro an. An reformatio possit ab ijsdē, qui fecerunt reuocari, per Bar. in. l. ij. C. de iuris. om. iudi.

c ¶ An aũt. An statutũ concedat iuris. ordinariã, vel delegatã. & istud not. bñ. vide quę habetur in. l. & quia. de iur. om. iu. & quæ ibi dixi. & Bar. in l. ij. in fi. de op. le. & in. l. fin. ad fi. C. vbi & apud quē ĩ inte. resti. & adde Bal. in. l. ij. in fi. C. de ado. & Bart. in l. j. in fi. q̃n ap. sit. & Bald. in. d. l. & qa. vbi etiã refert verba Bart. hîc. & quod no. Ang. & Imo. in. l. j. §. si qs simpliciter. de verbo. obli.

d ¶ Vltimò quero. Si hñtes arbitriũ aliqd statuerunt: nec exp̃sserũt se id facere ex vigore cuiusdã arbitrij quod ad hoc non sufficit: cũ alĩs habeãt arbitriũ sufficiens: an actus valeat? adde Bal. in. l. falsus. in. vij. co. C. de fur. & est text. & ibi Bar. in. l. habebat. ff. de instito. & sequitur Ro. in. l. j. §. si quis ita. de ver. obliga.

e ¶ In prædicta. q. Adde, q̃ questio incipit, adunantia generalis.

f ¶ Quod semel. vide quod dixit per istam. l. Bar. in. l. j. j. C. de admi. reipubli. lib. x.

g ¶ Transit in formam. vide Bar. in l. priuilegia. C. de sac. san. ec. & vide Bal. in. l. cùm mihi. ff. de dolo. vide Bal. in. l. qui se patris. C. vñ libe. & ĩ c. j. §. fin. qui feu. da. possũt. & vide Pe. de Anc. in. c. j. de cõsti. in. vj. col. & eũdē in cõsilio suo. xx. & Inn. in c. nouit. de iudi. & do. Anto. in. c. cùm dilecti. de tempo. or. vide do. Ioã. de fan. in. c. j. de cõsti. in. vj. & Inn. ĩ. c. j. ĩ materia de iniu. & dã. da. & Archi. x. q. j. quicunque. & vide Ang. in con si. l. in. v. col. circa princ.

tēpora ad hoc constituta: vt dicta. l. j. §. solent. & . C. de tempo. app. l. j. & . š. de excu. tu. l. scire. §. j. Q̃nq̃ hoc petitur iure actionis: & tunc si quidem aliquis vult petere rescindi, prætendens proprium interesse: debet hoc petere intra annum: vt. d. l. qui grauatos. Si verò prætēdit interesse publicũ: tũc intra decēniũ: vt. š. de tem. prescri. l. in omnibus. §. j. & . š. ti. j. l. calcularij.

32 a ¶ Quæro: † quidª si in reformatione, seu decreto sit dictũ: si & inquantũ de iure possunt? quid important hæc verba? Respondeo: ista verba important, si de iure fieri potest effectualiter: vt. l. in tempus. in prin. š. de hæredi. instit. & . l. hæc conditio. š. de condi. & demon. Et ideò vbi aliàs decretum veniret rescindendum propter ista verba, erit nullũ ipso iure. Cùm dicta conditio, si possunt: eēt de præsenti. quæ deficit, ergo dispositionem reddit ipso iure nullam: vt. l. cùm ad præsens. š. si cer. pet. & de ver. obli. l. conditio in præteritum. ¶ Ex hoc sequitur, quòd de hac nullitate poterit opponi corã quocunque iudice incidenter, coram quo tale decretum induceretur: vt. l. quoties. C. de iudi. & de ordi. iud. l. j. Item ex hoc sequitur, q̃ de hac nullitate poterit perpetuò excipi: vt. l. purè. in fi. š. de doli except. & . l. licet. C. de excep. Quod non esset, si deberet rescindi: vt. l. nec nõ. §. exēplo. š. ex qui. caus. maio. l. exceptiones. in fin. š. de exceptio.

33 b ¶ Quæro: † anᵇ decretum seu reformationē factam ab eis, ipsimet possint reuocare? Rñdeo, quandoq̃ conceditur arbitrium super certo actu: tũc si arbitrantur, & statuũt circa ipsum actum, ita q̃ sint functi eorum officio, nõ poterunt posteà reuocare: vt. š. de re iu. l. iudex. de arbi. l. quid tamen. in prin. Quandoq̃ cõceditur arbitrium indeterminatè: vt puta, prioribus huius ciuitatis cõcessum est arbitriũ sup abũdãtia, oi tpe, vel certo tpe, ex forma statuti: cuius arbitrij vigore aliquid statuitur: tunc an ipsi possint illud reuocare? videndum est, an eis fuerit concessum dictum arbitrium per modum cuiusdam potestatis, seu iurisdictionis ordinariæ, ita quòd eorum officio hoc incumbat vigore ipsorum officij: tunc ipsimet poterunt reuocare: quia nemo potest sibi legem imponere: à qua non sit licitum recedere: vt. l. si quis in prin. testamenti. š. de leg. iij. Q̃nque hoc eis hoc cõceditur per modum cuiusdam potestatis delegatæ, ita quòd ipsi possint authoritate concilij maioris, hoc committentis: & tunc ipsimet reuocare non poterunt: nisi eo modo, quo possent reuocare ea, quæ facta non essent dicto maiori concilio. Nam ipsum concilium maius videtur hoc fecisse per ipsos, quibus hoc commisit: vt. l. itē eorum. §. si decuriones. š. quod cuiusq̃ vniuer. no.

